UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1000. Usque Ad Annum 1063

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117956

urn:nbn:de:hbz:466:1-66323

Visual Library

Th. 5178

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA

LATINE REDDITA
ET NOTIS ILLUSTRATA
A

R. P. BRUNONE PARODE
ORD. S. BEN. IN MONASTERIO ETTALENSI
PROFESSO p. t. SUBPRIORE & BIBLIOTHECARIO.

TOMUS XIV.

AB ANNO CHRISTI 1000. USQUE AD ANNUM 1063.

Collegii Paderani Societ. Jesu 1762.



Cum Approbatione & Consensu Superiorum.

AUGUST. VIND. & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLXI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

Illa Verſionis noſtræ Pars modo oculos tuos ſubit, Lector Benevole, quæ tibi Doctrinam, Diſciplinam, moresque Fidelium in Eccleſia Romano Catholica ab anno Salutis reparatæ 1000

usque ad annum milleſimum ſexageſimum tertium exhibebit.

§. I.

Ecclesiæ Doctrina.

Doctrinam ſi ſpectemus, vix alium hac ætate habuit Eccleſia Adverſarium, quam Berengarium, hominem inconſtantem, publice timidum, domi protervum, cui Lanfrancus O. S. P. Benedicti Monachus, deinde Archiepiſcopus Cantuarienſis, & Guitmundus Archiepiſcopus Averſanus, & ipſe antea S. Benedicti Monachus atque Lanfranci Diſcipulus ſe ſe ſtrenue objecerunt. Ceterum Lectori attento & nullis Proteſtantium præjudiciis occupato nihil magis conſtabit, quam in hoc Sæculo fidem de Reali præſentia Corporis Chriſti in univerſa Eccleſia tam Orientis quam Occidentis fuiſſe ſtabilitam. Cave Anglus

glus *in Conſpectu Sæculi Hildebrandini* ait: *Berengarius anno milleſimo quinquageſimo in Synodis, Romana, Vercellenſi, & anno milleſimo quinquageſimo quinto in Turonenſi damnatus eſt. Anno milleſimo quinquageſimo nono in Synodo Romana ad opinionem revocandam compulſus, quod ſecunda & tertia vice, anno milleſimo ſeptuageſimo octavo & milleſimo ſeptuageſimo nono factum, præſtito juramento in hæc verba: Ego Berengarius corde credo & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in Altari, per Myſterium Sanctæ orationis & verbum noſtri Redemptoris ſubſtantialiter converti in veram & propriam ac vivificam Carnem & Sanguinem Domini Noſtri JEſu Chriſti &c.* Merito autem ex Caveo aliove Proteſtante quærunt Catholici; quænam

de exiſtentia Corporis Chriſti in Evchariſtia Doctrina, tanquam vera & toti Eccleſiæ propria habenda ſit, an illa, quam Epiſcopi in tot Conciliis congregati publice tenebant, vel illa, quam ſolus Berengarius perjurus, & pauculi obſcuri ejus Sectatores, nuper invenerant?

§. II.

Si ſpectemus Eccleſiæ Diſciplinam, in aliquibus corruptiſſimam fuiſſe inveniemus, atque abuſus enormes circa Inveſtituram Epiſcopis & Abbatibus a Principibus Sæcularibus conceſſam, item circa Clericorum incontinentiam, usque adeo invaluiſſe, præcipue vero Simoniæ vitium tam aperte fuiſſe graſſatum, ut æquum non ſit, quemquam Hildebrando, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Archidiacono, & deinde Romano

Diſciplina.

Pon-

Pontifici ſuccenſere, ſi ad tollenda extrema mala extremis remediis utendum eſſe exiſtimaverit. Bene vero obſervat in hoc Sæculo Cave in *eod. Conſpect.* Quod ad hujus Sæculi medium referatur *Cardinalium* proprie dictorum inſtitutio. *Fuerant quidem antea*, inquit, *in Eccleſia Romana Cardinales in celebrioribus ſcilicet Urbis Eccleſiis Clerici fixi & titulati, nec in aliis majoribus Eccleſiis deerant Cardinales. Verum hoc circiter tempore in Collegium Apoſtolicum, ut Papæ Conſiliarii & Conjudices eſſent . . . aſciti ſunt.*

§. III.

Si ad Mores hujus Sæculi mentem vertamus, ut ut in multis fuerint depravati, occurrent tamen plurimi non ſolum medii inter homines ordinis, ſed etiam viri ſupremæ in Sæculo Mores.

Dignitatis & coronati vertices, S. Henricus Imperator, S. Stephanus Rex Hungariæ, Robertus Rex Franciæ, S. Eduardus Rex Angliæ, qui illa ætate Mundum Christianum non tam Regiæ Majestatis terrore impleverunt, quam summarum virtutum & eximiæ Sanctitatis splendore illustrarunt. Status Monasticus quoque novas vires & magna incrementa accepit, nam eodem ævo Monachi Cassinenses & S. Petrus Damiani in Italia, in Francia S. Odilo, S. Hugo Cluniacenses floruerunt.

§. IV.

Ecclesia Orientalis.

Doctrinam in Ecclesia Orientali labefactavit Hæresis de Processione Spiritus Sancti, quod non futurum fuisset, si perfidi & superbi Græculi Judiciis Ecclesiæ Romanæ, ad cujus Pastorem Christus dixit: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua,* * obsequi voluissent. Tum Patriarcha Constantinopolitanus Michael, dictus

* *Luc. 22.*

Ce-

Cerularius, eo vesaniæ prorupit, ut nomen Romani Pontificis e Diptychis deleverit, quasi vero Christi Ecclesia sine Capite, sine unitate Doctrinæ, sine Communione, sine Judice visibili constare potuisset. Non tamen universale in Oriente hoc Cerularii Schisma fuit, plurimis in Communione Romanæ Ecclesiæ permanentibus, quod Natalis Alexander in sua Historia Ecclesiastica probat.

At non solum in hoc Sæculo EcclesiæCatholicæ statum,eaque omnia, quæ laudem, quæ vituperium merentur, sed etiam ab anno Christi sexcentesimo usque ad annum millesimum centesimum ex eruditissima Fleurii Dissertatione post Lib. LIX. inserta Lector studiosus clarissime cognoscet.

§. V.

Protestantium Jus Canonicum.

Porro illud omnino obstupescendum videtur, quod Protestantes hodie demum Jus quoddam Canonicum Ecclesiarum suarum fabricare cogitent.

tent. Quod discimus ex Libello cui Titulus: **Johann Lorenz von Mosheim allgemeines Kirchenrecht der Protestanten, nach dessen Tode herausgegeben von Christian Ernst von Windheim**, cujus Introductionem D. Windheim exorditur in hunc modum: **Das geistliche Recht ist den Geistlichen seit sechzig Jahren zu wissen viel nöthiger geworden, als ehedem. Sonst trieben die Rechtsgelehrten diese Disciplin nur allein, und die Geistlichen glaubten nicht, daß dieses ihnen etwas angienge.** Per Deum! quales viri Ecclesiastici, qui putarunt, Scientiam Juris Ecclesiastici nihil ad se pertinere? Sed nempe nullum est Jus Ecclesiasticum, ubi vera Christi Ecclesia non existit. In illo enim opusculo, aliorumque Protestantium libris, solam Lutheri, præsertim de Evchariſtia, Doctrinam laudari & recipi videmus; At illi Ecclesiæ nota certissima veritatis deest, cujus

cujus Doctrina ne quidem inter Proteſtantes eſt univerſalis.

Unam eſſe oportet Chriſti Sponſam, ſeu veram Eccleſiam. At Eccleſia Lutheranorum, Hollandorum &c. dum ſæpe publicis indictis precibus pro omnibus Proteſtantium Eccleſiis contra Eccleſiam Romanam communi oratione uniuntur, communione & Approbatione quorumcunque Proteſtantium, quorum tamen Doctrinam damnant, polluitur. Ergo Eccleſia Lutheranorum vel Hollandorum vera Chriſti Eccleſia non eſt, quia una non eſt.

Concedit Mosheimius, ut ſæpe meminimus, Eccleſiam ſuam potuiſſe per integra Sæcula latere, & Sectatoribus viſibilibus carere. At vera Chriſti Eccleſia non eſt, quæ viſibilis non eſt, cum Chriſtus in Evangelio dicat: *Nemo accendit lucernam & ponit eam ſub modio.* Et iterum:

Non

Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita. Matth. 5.

Admittit etiam Mosheimius totam Eccleſiam poſſe errare & deficere. **Verſuch zu einer Ketzergeſchichte.** At illa vera Chriſti Eccleſia non eſt, de qua ſemper dici non poteſt: *Et portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam.* Matth. 16. Si tota Eccleſia errare poteſt, quis mihi teſtis erit, quod Mosheimius, Lutherus, Calvinus aliive Proteſtantes in explicanda Sacra Scriptura non errent?

Veram Chriſti Eccleſiam ab origine Epiſcopi rexerunt, teſte S. Paulo: *Vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Act. Apoſt. c. 20. Eorumque Princeps Petrus fuit ex teſtimonio JEſu Chriſti: *Tibi dabo claves Regni Cælorum.* Matth. 16. Ergo Eccleſia Proteſtantium, in qua nullum omnino Regimen

gimen admittitur, & de qua Windheimius Mosheimii Commentator dicit: **Wir haben die Bischöfe weggeworfen, und dafür die Landesfürsten erwehlet,** vera non est. Vera autem est illa, quæ Episcopos Rectores, Summumque eorum Romanum Pontificem, S. Petri Successorem veneratur; quia ad ipsum dixit Christus Dominus: *Confirma Fratres tuos.* Luc. 22. constat enim, hæc verba de solis Apostolis, Spiritu Sancto, æque ac S. Petrus fuit, modo sensibili, repletis, intelligi non debere. Itaque vel Christus frustra & sine conveniente sensu locutus est, vel hæc verba de S. Petri Successoribus, Romanis Pontificibus, accipienda sunt.

Ceterum meam Fleurii Versionem illi Protestanti, qui eandem Historiam vertere cœpit & non absolvit, ejusque Fautoribus, Fautorumque amicis, non probari, sed sperni,

sperni, nec dubium est, nec mirum. Verum his ingerendum, quod in Novellis Literariis Lipsiensibus mense Octobri anno 1760. lego.

Es ist sehr leicht ein Werk verlachen,
Weil solches auch der Dümmste kann;
Doch tadeln, und es besser machen,
Dazu gehört ein kluger Mann.

Endlich ist der siebente Theil der Fleurischen Kirchengeschichte von dem so oft erwehnten Protestanten ohne Namen übersetzt zum Vorschein gekommen, und wollen wir alsogleich die ersten Proben seines Fleisses, seiner Geschicklichkeit und seiner Redlichkeit in diesem neuen Theile kund machen.

Auf der allererſten Seite zu Anfang des sechs und vierzigsten Buches

ches soll der Titel des ersten Abschnittes nach dem Fleury seyn: Traités du Batême, Abhandlungen von der Taufe. Man lieset aber dafür: Abhandlungen vom Abendmahl. Da sehen wir seinen Fleiß und Aufmerksamkeit.

Nach dem neunten Abschnitt bey dem Tode Carls des Grossen, machet er eine lange Anmerkung über solche Dinge, die in meinem Fleury ohnedem schon vorgekommen, in welcher diese Worte gelesen werden auf der 15. Seite. Es irren sich alle diejenigen, welche glauben, daß Carl der grosse als ein solcher gestorben, der den Lehren des Lutherus zugethan ist.

ist. Der ehemalige Superintendent zu Osnabrück *Niphanius* hat hievon eine besondere Abhandlung unter dem Titel *Carolus Orthodoxus & Lutheranus* geschrieben. Dieser Herr Superintendent, lächerlichen Angedenkens, muß ein sehr einfältiger Mann gewesen seyn. Wir sind aber dem Protestantischen Uebersetzer Dank schuldig für sein Geständniß, daß Carl der grosse nicht als ein solcher gestorben sey, der den Lehren Lutheri zugethan ist. O nein! Luther lehrete, man soll den Pabst bis zur Hölle hinunter verjagen, und dieser Meynung ist der Kayser Carl einmal nicht gewesen. Allein da hat die den Herren Lutheranern

ranern verdrüßliche Frage wiederum einen Platz; Carl der grosse hieng den Lehren Lutheri nicht an, weil er gut Papistisch war, und die Römische Kirche bereichert hat, von seinen Unterthanen in Deutschland, in Frankreich, in Italien, lieset man auch nicht, daß sie in der Religion andere Meinungen, als ihr Kayser, geheget; Wo waren denn also damal diejenigen Christen, welche die Lehren Lutheri geprediget oder geglaubet haben? oder hatten vielleicht die Worte Christi aufgehört, wahr zu seyn, Et portæ Inferi non prævalebunt adversus eam? Matth. 16.

Diese Anmerkung beschliesset unser redlicher Uebersetzer mit den Worten: Denn er (Carl der grosse) war ein eben so grosser Feind der Bilder, als es *Leo* und sein Sohn *Constantinus* in Orient gewesen. Diese letztern hat man bis zum Abgrund der Hölle verstossen, bey jenem aber hat man eben diese Kezerey übersehen, welche Gelindigkeit er durch nichts anders erworben, als daß er die Päbste und Bischöfe groß und reich gemacht.

Ein jeder, der sich nur mittelmäßig in den Kirchengeschichten umgesehen, weiß, daß dieses unverschämte Gewäsch eine offenbare Unwahr-

wahrheit in sich enthält. Denn auf der 21. Seite übersetzet eben dieser Protestant aus dem Herrn Fleury diese Worte: Der Kayser (Leo) schickte inzwischen heimlich Soldaten aus, die das Bild JEsu Christi vor dem ehernen Thore, das schon ehedem von Leo dem Isaurier abgerissen, von Irene aber wieder aufgerichtet worden war, wie es aus der Unterschrift erhellet, beschimpfen mußten. Die Soldaten warfen Steine und Koth wider dieses Bildniß ꝛc. Wo lieset man etwas solches vom Kayser Carl dem grossen? Die Bischöfe in Frankreich haben eine Zeit etwas wider die Verehrung der

Bilder eingewendet, weil sie von der rechten Lehre der Römer keine vollkommene Wissenschaft gehabt. Sie haben sich aber von der Römischen Gemeinschaft nicht getrennet. Da haben wir die Probe von unsers Uebersetzers Geschicklichkeit.

In einer schriftlichen Antwort, welche die Katholischen Bischöfe dem Kayser Michel dem Stammelnden im Orient übergeben, werden die Worte gelesen Fleur. Lib. XLVI. Tom. XI. p. 135. Quod si quid est quod ambigas, id Patriarcha pie dissolvere poterit. Jube recipi Declarationem Veteris Romæ, prout olim & ab initio transmissus mos fuit. Dieses hat unser

Prote-

Protestant auf der 56. Seite gegeben: Befehlet, daß man die Erklärung des alten Roms annehme, so wie sie von je her ist beobachtet worden. Nicht die Erklärung, welche neu war, sondern die Gewohnheit, sich zu Rom, wenn man zweifelte, um die Wahrheit zu erkundigen, war allzeit beobachtet worden, wie die Bischöfe sagen, und dieses hat unser Uebersetzer nicht ausgedrücket. Da haben wir ein Probstück der Aufrichtigkeit in seiner Uebersetzung. Hierauf folgen diese Worte: Denn sie (die Römische Kirche) ist das Haupt aller Kirchen, wo der Heilige Petrus zuerst presidiret hat.

Also schreibet dieser Lutheraner in der Uebersetzung des Herrn Fleury tausend Zeugnisse aus dem Verehrungswürdigen Alterthum hin, wider seine eigene Kirche, welche weder er noch tausend seiner Glaubensbrüder widerlegen können.

At tu, Benevole Lector, iterum iterumque vale.

LICEN-

LICENTIA ABBATIS.

Ut R. P. Bruno Parode, ad Beatissimam Fundatricem Virginem in Monasterio nostro Professus, p. t. Subprior & Bibliothecarius, Historiæ Ecclesiasticæ Claudii Fleurii Abbatis, latine redditæ cum Notis Tomum XIV. & Deo dante secuturos, accedente ad singulos Tomos Approbatione, & Consensu Reverendissimi Ordinariatus Augustani, in lucem edere possit, eo libentius concedimus, ac licentiam damus,

quo certius nobis constat, eosdem Tomos ab Eruditissimis, & sapientissimis Viris avide exspectari, hancque ipsam Dilecti Conventualis nostri Versionem etiam in publicis Illorum Congressibus passim prælegi, mireque dilaudari.

Actum
in Abbatia nostra Ettalensi
4. Aprilis an. 1761.

(L. S.)

BERNARDUS
ABBAS mppr.

CON-

CONSPECTUS
TOMI XIV.
LIBER LVIII.

§. 1. *Ottonis III. profectio ultima in Italiam.* Pag. 1
§. 2. *S. Bernuardus Hildesheimenſis Romæ.* 4
§. 3. *Concilium Cauſæ S. Bernuardi favens.* 7
§. 4. *Quædam in Germania Concilia.* 10
§. 5. *S. Heribertus Colonienſis.* 14
§. 6. *Ottonis III. obitus. S. Henricus Rex Germaniæ.* 16
§. 7. *Hungari convertuntur.* 21
§. 8. *S. Stephanus Rex Hungariæ.* 23
§. 9. *S. Nili extrema.* 29
§. 10. *Concilium Romanum.* 34
§. 11. *Silveſtri II. obitus. Joannes XVII. Papa.* 36
§. 12. *S. Henricus Rex Italiæ.* 38
§. 13. *S. Abbonis Floriacenſis obitus.* 40
§. 14. *Concilium Pictavienſe, & alia.* 42
§. 15. *Heriveus Theſauro Eccleſiæ Turonenſis Præfectus.* 44
§. 16. *Eccleſia Lochienſis.* 46

§. 17. *Monasterium Fecamense reformatur.* 48
§. 18. *Robertus Archiepiscopus Rotomagensis.* 51
§. 19. *Leutardus Fanaticus.* 52
§. 20. *Alii Fanatici.* 53
§. 21. *Giselerii obitus. Tagmundus Archiepiscopus Magdeburgensis.* 54
§. 22. *Wigbertus Episcopus Merseburgensis.* 58
§. 23. *Episcopatus Bambergensis.* 60
§. 24. *S. Aufridus Episcopus Ultrajectensis.* 64
§. 25. *Roberti Regis Religio.* 66
§. 26. *S. Bonifacius Martyr apud Russos.* 69
§. 27. *Joannis XVIII. obitus. Sergius IV. Papa.* 71
§. 28. *Ecclesia S. Sepulchri destructa.* 73
§. 29. *Califæ Fatimitæ.* 76
§. 30. *Ecclesiæ Orientis.* 79
§. 31. *Concilium Legionense.* 84
§. 32. *S. Elfegius Cantuariensis.* 85
§. 33. *S. Elfegii Martyrium.* 89
§. 34. *Gero Archiepiscopus Magdeburgensis.* 92
§. 35. *Sergii IV. obitus. Benedictus VIII. Papa.* 96
§. 36. *Obitus S. Libentii.* Unvan *Archiepiscopus Bremensis.* *ibid.*
§. 37. *Ecclesia Saxoniæ afflicta.* 98
§. 38. *S. Henricus Imperator coronatur.* 100
§. 39. *Concilium Ravennatense.* 103
§. 40. *S. Henrici Religio.* 104
§. 41. *S. Meinvercus Paderbornensis.* 108
§. 42. *Papa Saracenos depellit.* 110
§. 43. *Normanni in Italia.* 112

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 44. *Ecclesia Germaniæ.* 114
§. 45. *Ecclesia Poloniæ.* 118
§. 46. *Papa in Germania.* 119
§. 47. *Concilium Ticinense.* 121
§. 48. *Imperator cum S. Heriberto reconciliatus.* 124
§. 49. *Imperator in Italia Victor.* 127
§. 50. *Imperator in monte Cassinensi.* 130
§. 51. *Concilium Selingestadiense.* 133
§. 52. *Burchardus Wormatiensis, ejusque Decretum.* 136
§. 53. *Manichæi in Francia.* 141
§. 54. *Concilium Aurelianense.* 150
§. 55. *Manichæi combusti.* 154
§. 56. *Gauselinus Archiepiscopus Bituricensis.* 157
§. 57. *Fulbertus Episcopus Carnutensis.* 159
§. 58. *Guilielmus Dux Aquitaniæ.* 165
§. 59. *Roberti Regis pietas.* 167
§. 60. *Richardus Abbas Virdunensis.* 174
§. 61. *Angelrannus Abbas S. Richarii.* 180

LIBER LIX.

§. 1. *Ecclesia Germaniæ.* 183
§. 2. *S. Henrici obitus. Conradus Rex.* 187
§. 3. *Benedicti VIII. obitus. Joannes XIX. Papa.* 190
§. 4. *Ecclesia Constantinopolitana.* 192
§. 5. *Synodus Attrebatensis.* 193
§. 6. *S. Cunegundis Secessus.* 201
§. 7. *Concilium Ansanum.* 203
§. 8. *Continuatio vitæ S. Romualdi.* 206
§. 9. *Varia S. Romualdi Monasteria.* 215

§. 10. *S. Romualdi obitus.* 219
§. 11. *Guido Aretinus Muſicus.* 221
§. 12. *Bruno Epiſcopus Tullenſis.* 224
§. 13. *Conradus Imperator.* 226
§. 14. *Canutus Rex Daniæ & Angliæ.* 228
§. 15. *S. Olaus Rex Norvegiæ.* 231
§. 16. *Alexii Patriarchæ Conſtitutio.* 235
§. 17. *Monaſteria in Commendam data.* 237
§. 18. *Mors Conſtantini. Romanus Argyrus Imperator.* 240
§. 19. *Fulberti Carnutenſis extrema.* 243
§. 20. *Dedicatio Eccleſiæ S. Aniani Aurelliani.* 249
§. 21. *Guilielmi Abbatis Divionenſis extrema.* 252
§. 22. *Roberti Regis obitus. Henricus Rex.* 253
§. 23. *Concilium Bituricenſe.* 254
§. 24. *Concilium Lemovicenſe. S. Martialis.* 256
§. 25. *Decretum de pace.* 261
§. 26. *Abſolutio Papæ.* 269
§. 27. *S. Simeon Trevirenſis.* 271
§. 28. *Pacis publicæ conſilia agitantur.* 276
§. 29. *Gerardi Cameracenſis Monita.* 281
§. 30. *S. Bardo Archiepiſcopus Moguntinus.* 284
§. 31. *Joannis XIX. obitus. Benedictus IX. Papa.* 288
§. 32. *S. Simeonis Trevirenſis extrema.* 290
§. 33. *S. Poppo Abbas Stabulenſis.* 295
§. 34. *Romani obitus. Michael Paphlago Imperator.* 298
§. 35. *Conradus Imperator in Italia.* 302
§. 36. *Conradi obitus. Henricus III. Rex.* 307
§. 37. *S. Stephani Regis Hungariæ extrema.* 309

§. 38.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 38. *S. Guntherus Eremicola.* 311
§. 39. *Casimirus Monachus Rex Poloniæ.* 313
§. 40. *Alebrandus Archiepiscopus Hamburgensis.* 317
§. 41. *Inductiæ Deo Sacræ.* 319
§. 42. *S. Odilo Archipræsulatum Lugdunensem recusat.* 321
§. 43. *Richardi Abbatis Virdunensis extrema.* 323
§. 44. *Michael Calephatus Imperator. Tum Constantinus Monomachus.* 326
§. 45. *Rerum vicissitudines in Hungaria.* 330
§. 46. *S. Gerardus in Hungaria.* 332
§. 47. *Silvester III. Tum Gregorius VI. Papæ.* 335
§. 48. *S. Petri Damiani exordia.* 338
§. 49. *Gregorius VI. se Dignitate abdicat. Clemens II. Papa.* 343
§. 50. *Halinardus Archiepiscopus Lugdunensis.* 347
§. 51. *Concilium Romanum.* 350
§. 52. *Martyrium S. Gerardi in Hungaria.* 354
§. 53. *S. Bartholomæus Tusculanus.* 357
§. 54. *Damasus II. Leo IX. Papæ.* 359
§. 55. *Concilium Romanum.* 363
§. 56. *S. Odilonis extrema.* 365
§. 57. *Commemoratio Defunctorum.* 367
§. 58. *S. Hugo Abbas Cluniacensis.* 370
§. 59. *Leo Papa in Francia.* 371
§. 60. *Dedicatio Ecclesiæ S. Remigii.* 374
§. 61. *Concilium Remense. Sessio prima.* 377
§. 62. *Sessio II.* 381
§. 63. *Sessio III.* 384

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 64. *Concilium Moguntinum.* 389
§. 65. *Hæresis Berengarii.* 391
§. 66. *Concilium Romanum.* 395
§. 67. *Colloquium Briotnense.* 397
§. 68. *Maugerus Archiepiscopus Rotomagensis.* 399
§. 69. *Concilium Vercellense.* 400
§. 70. *Epistolæ ad Berengarium datæ.* 401
§. 71. *Concilium Parisiense.* 411
§. 72. *Lanfranci exordia.* 413
§. 73. *Herluinus Abbas Beccensis.* 415
§. 74. *Ecclesia Hispaniæ.* 422
§. 75. *Leonis IX. Dictum.* 423
§. 76. *Scriptum Petri Damiani contra Clericos impudicos.* 426
§. 77. *Liber, Gratissimus.* 430
§. 78. *Ecclesia Franciæ.* 434
§. 79. *Halinardi Archiepiscopi Lugdunensis extrema.* 438
§. 80. *Papa in Germania.* 440
§. 81. *Concilia in Italia.* 445
§. 82. *Papa a Normannis captus.* 446

LIBER LX.

§. 1. *Epistola Papæ ad Patriarcham Antiochenum.* 575
§. 2. *Epistola ad Michaelem Cerularium.* 577
§. 3. *Literæ ad Episcopos Africæ datæ.* 581
§. 4. *Legatio Constantinopolim.* 582
§. 5. *Leonis IX. obitus.* 589
§. 6. *Humberti Responsum ad Epistolam Michaelis Cerularii.* 591
§. 7. *Responsum ad Nicetam Pectoratum directum.* 597

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 8. *Nicetas retractans.* 602
§. 9. *Michael Cerularius excommunicatur.* 603
§. 10. *Michaelis Cerularii Decretum.* 608
§. 11. *Epistola Petri Antiocheni ad Dominicum Gradensem.* 611
§. 12. *Michaelis Cerularii Epistola ad Petrum Antiochenum.* 615
§. 13. *Petri Antiocheni Epistola Responsoria.* 621
§. 14. *Michaelis Rescriptum.* 628
§. 15. *Constantini Monomachi obitus. Theodora Imperatrix.* 629
§. 16. *Concilium Narbonense.* 631
§. 17. *Victor II. Papa.* 633
§. 18. *Hildebrandus Legatus in Francia.* 635
§. 19. *Maurilius Archiepiscopus Rotomagensis.* 637
§. 20. *Theodoricus Abbas S. Ebrulfi.* 640
§. 21. *Concilium Tolosanum.* 643
§. 22. *Henrici III. Imperatoris obitus. Henricus IV. Rex Germaniæ.* 647
§. 23. *Victoris II. obitus. Stephanus X. Papa.* 649
§. 24. *Petrus Damiani Episcopus.* 653
§. 25. *Theodoræ obitus. Isaacus Comnenus Imp.* 656
§. 26. *Obitus Michaelis Cerularii. Constantinus Lichudes Patriarcha.* 662
§. 27. *Stephani Papæ obitus.* 667
§. 28. *Benedictus Antipapa.* 669
§. 29. *Nicolaus II. Papa.* 671
§. 30. *Desiderius Abbas Cardinalis.* 676
§. 31. *Concilium Romanum.* 680
§. 32. *Berengarius retractat.* 685
§. 33. *Guido Archiepiscopus Mediolanensis.* 688
§. 34. *Petrus Damiani Legatus Mediolanum mittitur.* 689

§. 35.

§. 35. *Juramentum Archiepiscopi & Clericorum.* 693
§. 36. *Petrus Damiani ab avaritia alienus.* 697
§. 37. *Petrus Damiani Episcopatu se abdicat.* 699
§. 38. *Petrus Damiani pro Cælibatu Presbyterorum.* 700
§. 39. *Papa Apuliam Normannis concedit.* 701
§. 40. *Constantinus Ducas Imperator.* 703
§. 41. *Philippus I. Rex Franciæ coronatur.* 704
§. 42. *Gervasius Archiepiscopus Remensis.* 707
§. 43. *Concilia in Galliis.* 708
§. 44. *Concilium Jaccetanum.* 710
§. 45. *Aldredus Archiepiscopus Eboracensis.* 711
§. 46. *Nicolai II. obitus. Alexander secundus Papa.* 713
§. 47. *Cadalous Antipapa.* 715
§. 48. *S. Anno Archiepiscopus Colonienſis.* 719
§. 49. *Disputatio Synodalis Petri Damiani.* 723
§. 50. *Alia Petri Damiani Scripta.* 728
§. 51. *S. Dominicus Loricatus.* 734
§. 52. *Quomodo Pœnitentia redimi potuerit.* 739
§. 53. *Flagella.* 743
§. 54. *Devotio & pietas in Sanctam Virginem.* 747
§. 55. *S. Wulstanus Episcopus Vigornienſis.* 749
§. 56. *S. Eduardus Rex Angliæ.* 753
§. 57. *Ecclesiæ in Septentrione.* 758
§. 58. *S. Gothescalcus Sclavorum Princeps.* 761

HISTO-

PEREGRINANTES JEROSOLYMAM.



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LVIII.

SILVESTER II. PAPA.
OTTO III. IMPER. OCCID. BASILIUS ET CONSTANTINUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

Ottonis III. in Italiam profectio ultima.

Cum Otto III. Imperator superatis alpibus anno milleſimo Ticini verſaretur, S. Romualdo auctore, prope Ravennam Monaſte- Sæculum X. A. C. 1000. *vit. Rom. n. 52.*

Sæculum X. A.C. 1000.

nasterium S. Adalberti honori Sacrum fundavit. Cumque S. Romualdus instaret, ut, quod in altera Romana profectione promiserat, relicto mundo Monachum indueret, affirmavit Imperator, id se effectui daturum, postquam Roma, rebelli sibi urbe, domita, Victor Ravennam repetiisset. At S. Romualdus respondit: *Si Romam ieris, nunquam Ravennam redibis.* Tum disertis verbis ei denunciavit, brevi moriturum, & quia obfirmatum ab incepto revocare non potuit, tristis recessit.

Sup. lib. LVII. §. 52.

Ubi Otto Imperator Romam pervenit, celebrato Domini Nostri Natali, in Insula Tiberis Ecclesiam ædificavit, honori S. Adalberti Pragensis dedicatam, cujus Sancti manus auro & gemmis insertas attulerat, & quia aliorum quoque Sanctorum Reliquiis hanc Ecclesiam decorare cupiebat, ubicunque potuit, Sacra Lipsana conquiri jussit. Compererat, in Ecclesia SS. Abundii & Abundantii prope montem Soractem complura Martyrum corpora servari; itaque missis illo Episcopis, Clericis, monachisque, ea in Ecclesiam S. Adalberti solemni pompa transferri curavit.

Chr. Hildes. Fragm. Sæc. 5. Act. Ben. p. 873.

Ferunt Ottonem Imperatorem etiam S. Bartholomæi corpus in hanc Ecclesiam inferre voluisse, quod postquam a civibus Beneventanis expetiisset, idque ipsi cru-

Chr. Can. l. II. c. 24.

crude denegare non auderent, decepta ipsius pietate, corpus aliud, nempe S. Paulini Nolani transmisisse. Ut ut res se habeat, credunt Romani, se tam unius quam alterius corpus in illa Ecclesia habere, quæ jam diu nomen a S. Bartholomæo, æque ac Insula in qua posita est, accepit. Sæculum X. A.C. 1000.

Benedicti V. Papæ quoque ossa Hamburgo Romam Otto III. transferri jussit, secundum ejusdem vaticinium. Nam in exilio suo versatus dixisse fertur: *Moriendum mihi in hac terra, quæ deinde Infidelium armis vastata, ferarum futura est receptaculum. Non erit huic Regioni pax constans ante translationem corporis mei; sed postquam in Patriam rediero, spero per interccessionem SS. Apostolorum futurum, ut Pagani quiescant.* Huic prædictioni eventus respondit, cum Sclavi multis annis Saxoniæ Ecclesias afflixerunt. Curam transferendi corpus Benedicti Papæ, jubente Imperatore, in se suscepit Raco Bremensis, ex Capellanis Principis vir piissimus, quem ad Dignitatem Episcopalem evehere volens Otto, eidem gravi morbo decumbenti Baculum pastoralem tradidit. At ægrotans, priusquam consecraretur, e vita decessit. *Ditm. l. IV. p. 47.*

Sæculum XI.
A.C. 1001.

§. II.

S. Bernuardus Hildesheimenſis Romæ.

vit. Bern. 21. Sæc. 6. Act. Ben. p. 213. Ottone III. Imperatore Romæ commorante Epiſcopus Hildesheimenſis Bernuardus quarta Januarii anno milleſimo primo Romam venit. Imperator adventu hujus Præſulis, quo olim præceptore uſus fuerat, lætiſſimus ad paſſus bis mille e ſuo Palatio usque ad S. Petri Baſilicam obviam proceſſit. Tum in amplexus ivit, & multis colloquiis exſatiatus, ſex ſeptimanarum ſpatio, quo Epiſcopus in ejus Palatio fuit, omnia neceſſaria Hoſpiti gratis præberi juſſit. Cauſa vero itineris Epiſcopo fuit lis inter ipſum & Archiepiſcopum Moguntinum fervens ob monaſterium Virginum, dictum Gandeſemenſe, quod ad illud usque tempus Epiſcopum Hildesheimenſem tanquam ſuum proprium & Diœceſanum agnoverat; ſed Sophia, Ottonis II. Imperatoris filia, cum propediem in illo monaſterio Deo conſecranda eſſet, muliebriter elata, noluit ab alio Epiſcopo, quam qui Pallio ornatus eſſet, velum accipere, idque a Willegiſo Archiepiſcopo Moguntino ſibi dari expetiit. Obſtitit Epiſcopus quantum potuit; ſed tandem precibus Theophaniæ Imperatricis, Matris Sophiæ Novitiæ, id ſaltem

tem dedit, ut ipse & Archiepiscopus communi opera hunc Ritum in Ecclesia peragerent. Ergo, quod in omnium oculis novum erat, Episcopi duo vestibus Pontificiis fulgentes ad utrumque cornu unius Altaris sederunt. Nihilominus Episcopus Hildesheimensis Ottonem III. Regem præsentem publice interrogavit, an consentiret, Sororem suam votis monasticis obligari, tum ipsam Sophiam, an sibi & Successoribus suis obedientiam promitteret, iterumque publice reclamavit contra quamcunque Jurisdictionem, quam Archiepiscopus in hac Ecclesia usurparet. Sub hoc Episcopo, ejusque Successore, atque etiam septem primis annis, quibus Bernuardus præfuit, nihil mutatum. At Sophia regiæ stirpis magis, quam professionis monasticæ memor, invita sua Abbatissa e monasterio elapsa ad Palatium se contulit, ibique annum vel biennium commorata dissolutæ vitæ tramitem incedens varium de se ipsa sparsit rumorem. Bernuardus blandius admonitam permovere conabatur, ut ad suum monasterium rediret. Illa monitori aspera, ejus conspectum fugit, atque ad patrocinium Archiepiscopi Moguntini se convertit, dicens, ab ipso non ab alio se velum monasticum accepisse, monasterium Gandesemense in Moguntina Diœcesi existere,

Sæculum XI A.C. 1001.

Sæculum XI. A C. 1001. denique se nulla ratione Episcopo Hildesheimensi esse subjectam. Ad monasterium deinde reversa seditiosis sermonibus Moniales usque adeo turbavit, ut Episcopum ad monasterium ex officio Pastoris invisentem non tanquam suum Præpositum, sed tanquam Hospitem alienum exceperint, & monitorum salutarium nullam rationem habuerint. Tandem cum Ecclesia istarum Monialium esset consecranda, seditiosæ feminæ Willegisum Archiepiscopum advocarunt; Bernuardus vero ab iis per nuncium monitus, ut & ipse spectator adesset.

S. Bernuardus misit Echardum, Episcopum Sleswicensem, vices suas obiturum, qui, atrocissimis bellis e sede sua pulsus, ad eum confugerat, & in officiis Episcopalibus adjuvabat. Is, ubi advenit, publice edixit, Bernuardum obsequiis Imperatori præstandis intentum venire non potuisse, rogavitque Archiepiscopum, ne hanc Dedicationem, spreto jure Episcopi Diœcesani, perageret. Willegisus, quem invidiæ latens ignis urebat, quod Bernuardi magna esset apud Imperatorem auctoritas, ægre a proposito dimoveri potuit, sed tamen Echardo constanter repugnanti cessit. Itaque Bernuardus ex amicorum consilio querelas ad Papam & Imperatorem detulit; & hæc causa fuit, cur iter Romam

mam ſuſceperit. Præterea Henricus Dux Bavariæ, tunc in Palatio Imperatoris commorans, ei ſanguine junctus, Epiſcopi cauſæ favebat, & Judicium urgebat, quo maturius in illam Eccleſiam pax reduceretur. Sæculum XI. A.C.1001. n. 24.

§. III.

Concilium cauſæ S. Bernuardi favens.

Igitur Silveſter Papa Concilium viginti Epiſcoporum, ex quibus ſeptendecim Itali, & tres Germani erant, Imperatore, Henrico Duce, cunctisque Romanæ Urbis Senatoribus præſentibus, celebravit. Poſtquam prælectum fuiſſet Evangelium & aliquot Canones, Papa omnibus Benedictionem impertitus eſt. Tum conſidentibus omnibus & præcone ſilentium imperante, Bernuardus Epiſcopus cauſam ſuam expoſuit, adjiciens, quod majus erat, ſe abſente & fruſtra reclamante in ſua Diœceſi, id eſt, in Monaſterio Gandeſemenſi Archiepiſcopum Moguntinum Synodum celebraſſe. Tunc Papa ex Patribus exquiſivit, an legitima Synodus haberi deberet Conventus, quem Archiepiſcopus Moguntinus cum ſuis Clericis illo deductis, in Eccleſia ab omni hominum memoria Epiſcopo Hildesheimenſi ſubjecta, Epiſcopo abſente & hanc ipſam cauſam ad Sacram Sedem

Sæculum XI. A.C. 1001. deferente, celebrasset. Petierunt Patres, ut de hac re sibi secreto deliberare liceret, quod ubi Papa concessit, Episcopi Romani soli exierunt. Et tandem Concilium declaravit, hanc Synodum fuisse conventiculum schismaticum, atque secundum Canones rejicienda esse omnia, quæ in eo acta essent.

Tunc vero Papa sententiam pronunciavit in hunc modum: *Auctoritate Apostolorum & Patrum, irritum & nullum declaramus, quod absente fratre nostro Bernuardo Gandesemi in ipsius Diœcesi ab Archiepiscopo Willegiso, & rei hujus conscius, actum est.* Tum addidit: *An Frater noster Bernuardus postulat, Investituram ab Archiepiscopo sibi ablatam restitui?* Responderunt Patres: *Non est quidem necessarium; quia vero id instantissime petit, si Imperatori placet restitue.* Igitur Papa Episcopo Ferulam (*) seu baculum Pastoralem tradidit, dicens: *Restituo tibi, & confirmo possessionem monasterii Gandesemensis, omniumque prædiorum ad illud pertinentium, omnibusque & singulis prohibeo, ne te in hac possessione*

(*) Hic ob ea, quæ in Historia Ecclesiastica de Investituris sequentur, notatu dignum, quod Papa Baculum Pastoralem Episcopo Hildesheimensi præsente Imperatore tradat.

ſeſſione perturbent, niſi id ſecundum Canones fieri oporteat. Sæculum XI. A.C. 1001.

Tandem ſtatutum, ut Archiepiſcopo Moguntino reſcriberent, factum exprobrarent, & hortarentur, ut a cœpto deſiſteret. Illud quoque decretum, in Saxonia Concilium Epiſcoporum indicere, & Legatum Pontificium mittere, qui Conventui præeſſet. Deſignatus eſt locus Poldena prope Brandeburgum, & dies vigeſima prima Junii præſtituta. Legationem obire juſſus eſt Fridericus Presbyter Cardinalis Eccleſiæ Romanæ, & poſtea Archiepiſcopus Ravennas, natione Saxo, ætate juvenis, ſed pietate inſignis. Priusquam iter in Saxoniam rediturus ingrederetur Bernuardus cum Papa militans civitatem Tiburtinorum rebellium ad deditionem compulit. Ubi ambo Præſules urbem intrarunt, cives ut ſe Imperatori nullis poſitis conditionibus ſubjicerent, & hunc Principem ut devictis parceret, permoverunt. At Romani indignati, quod Tiburtini jam pacem haberent, ſeditionem moverunt, Auctore quodam Gregorio, viro perfido, qui licet Imperatori eſſet cariſſimus, Dominum & Principem ſuum per proditionem comprehendere conatus eſt. Ergo portæ urbis clauduntur, nemo vel ingredi vel exire ſinitur, quin & aliqui amicorum Imperatoris interficiuntur. *Ditmar. l. 4. p. 44.*

Sæculum XI. A.C. 1001.

Sup. l. LV, §. 18.

Tunc vero Bernuardus Episcopus Excubitores Cæsarei Palatii monuit, ut peccata sua confiterentur Sacerdoti, cumque eos in Missa Viatico muniissent, & oratione ad fortitudinem militarem excitassent, alacres ipse ante prima signa procedens, & Sacram Lanceam, quod tanquam singulare præsidium Imperatores Germani venerabantur, portans, in cives rebelles eduxit. Illi mutatis subito animis arma projiciunt, & pacem deposcunt. Itaque postquam Imperator breviter dixisset ad populum, ingratos & tot beneficiorum immemores animos increpans, extincta est seditio. Imperatori & Papæ tamen visum est in Dominica Sexagesimæ, quæ anno 1001. in decimam sextam Februarii incidebat, Roma excedere, & non procul a mœnibus castra metari. Ibi cum Bernuardus Episcopus & Imperator inter mutuas lacrymas sibi valedixissent, ille muneribus & Reliquiis cumulatus ad suos remeavit.

§. IV.

Quædam in Germania Concilia.

Fridericus Cardinalis quoque in Germaniam pervenit, eo vestium cultu, quo Papa incedere solebat, ut omnes agnoscerent, eum Summi Pontificis vices gerere. Equi etiam phaleris purpureis splendebant. Concilium Poldenæ cele-

celebratum vigesima secunda Julii Archi- Sæculum XI.
episcopo Moguntino ejusque Clientibus, A.C. 1001.
qui inviti venerant, strepitantibus. Legatus medius inter Lievezonem, Archiepiscopum Hamburgensem, & Bernuardum Episcopum sedens, primum Episcopos leniter ad concordiam exhortatus est, & tandem, ubi silentium tumultui successit, Epistolam Pontificis ad Archiepiscopum Moguntinum datam legi jussit. Is Episcopos Fratres suos & præprimis Archiepiscopum Hamburgensem consuluit, qui dubitanti respondit, omnino oportere, ut, quod Concilium judicabat, Episcopo Hildesheimensi satisfaceret. Tum apertis Ecclesiæ foribus intrant permulti laici, vociferantes, ad arma procurrendum esse, & ultima Legato atque Bernuardo Episcopo comminantes. Ambo virili constantia furiosos exceperunt, & quamvis plures militum cohortes, quæ adversarios numero superabant, ipsis non deessent, si ferro dimicandum fuisset, satius tamen visum bonis verbis calentes animos mitigare. Ceteri vero Episcopi arbitrabantur, rem in alterum diem esse differendam, quin vades se ipsos dabant, venturum Archiepiscopum, & quod justum esset, facturum. At ille summo mane clam discessit. Cumque eum Legatus præsente toto Concilio citasset, absentem ab omni officio

Sæculum XI. A.C.1001.

officio Episcopali suspendit, usque dum se Papæ sisteret in Concilio, quod Romæ in Festis Natalitiis Domini celebrandum omnibus Episcopis indixit.

Cardinale in Italiam reverso, & Legationis suæ rationes Pontifici & Imperatori exponente, illi acriter offensi missis in Germaniam mandatis omnes Episcopos ad Festum Natalis Christi Domini ad se venire jubent, non solum interfuturos Concilio, sed etiam cum omnibus suis vasallis Imperatori militanti sua obsequia præstituros. Haud diu post Fridericus Cardinalis Archiepiscopatum Ravennatensem, vacantem abdicatione Leonis seu Neonis, quem, postquam Gerberto succesisset, Paralysis corripuerat, consecutus, eidem latissimos fundos, unde sustentaretur, concessit.

Petr. Dam. opusc. XVII c. ult.

In Germania cum Archiepiscopus Moguntinus iterato contra Episcopum Hildesheimensem vim armorum adhibuisset, celebratum est Concilium Francofordiæ post Assumptionem S. Virginis, cui Archiepiscopi tres, Moguntinus, Colonienses & Trevirensis cum Episcopis quatuor interfuerunt. Nihil vero definitum, Bernuardo absente, quem corporis infirmitas venire prohibuit, nisi quod placuerit, nec Bernuardum, nec Willegisum ullum actum Jurisdictionis exercere in Monasterio Gandesemensi debere,

vit. S. Bern. n. 30.

Willegisus Moguntinus.

debere, usque ad octavam Pentecostes, (*) quo tempore Episcopi Fritzlariæ Conventum habituri essent. Sæculum XI. A. C. 1001.

At Bernuardus Episcopus desiderio ardebat in Italiam redeundi, tum ut mandatis Papæ obsequeretur, tum ut Imperatoris præsentia frueretur, quem tenero complectebatur affectu, sed cum ipse profectionem longam suscipere non posset, misit Tangmarum Presbyterum, sui Monasterii Decanum, qui ipsum anno superiore in profectione Romana comitatus fuerat, & ab annis juvenilibus operam dans instituendis pueris, ipsius Bernuardi Episcopi Magister extiterat. Is Imperatorem in Italia habuit haud procul Spoleto, & jussus est expectare Concilium in civitate Tudertina, in Festo S. Joannis Evangelistæ, Indictione decima quinta, eodem anno millesimo primo celebratum, cui interfuere Episcopi circiter triginta, Papa & Imperatore præsidentibus.

Tangmarus Presbyter a Subdiacono Oblationario in Synodum introductus, Papa interrogante, quid peteret, ad pedes

(*) Si Festum Assumptionis decima quinta Augusti celebratum fuit, uterque Episcopus usque ad Octavam Pentecostes suspendi non potuit. Eadem vero verba leguntur in Act. SS. Ben. Sæc. VI. part. I. in vit. S. Bernuardi.

Sæculum XI. A.C. 1002.

des Pontificis & Imperatoris provolutus est. E terra deinde surgens, narravit, quæ in Concilio Francofordiensi acta fuissent, testem verborum suorum indicans Archiepiscopum Ravennatem ibi & hic præsentem. Tum cum Archiepiscopus Legationis suæ eventum retulisset, Archiepiscopi Moguntini facta ab omnibus Episcopis Romanis damnata. Placuit tamen Archiepiscopi Colonienſis, aliorumque Episcoporum, qui propediem adfuturi dicebantur, opperiri adventum. Sed quia moræ in longum trahebantur, missionem petiit Tangmarus, & donis ad Dominum suum deferendis, præter alia, medicamentis & aromatibus cumulatus undecima Januarii discessit.

§. V.

S. Heribertus Colonienſis.

vit. ap. Boll. 16. Mart. to. 7. p. 467.

Tandem advenit Heribertus Archiepiscopus Colonienſis, magnum Imperatoris gaudium, utpote quem arcanorum suorum conscium habere adsueverat. Quippe eum, natum Wormatiæ nobilibus parentibus, & deinde in Abbatia Gorzienſi educatum, Otto III. Rex ad se evocaverat, ejus opera, nempe ad obeundum Cancellarii munus, usurus. Ex variis etiam Heriberti epistolis dispicimus, ipsum jam nomine Willegisi Archiepiscopi Moguntini, Germaniæ Archican-

chicancellarii, jam nomine Petri, Episco- Sæculum XI,
pi Comensis, Italiæ Archicancellarii, ut A.C.1002.
nempe Imperator nunc in Germania, nunc in Italia versabatur, hoc officio functum fuisse. Anno 995. Sede Herbipolensi vacante, cum Otto Heribertum ad Episcopatum suscipiendum compellere vellet, is obtinuit, ut illa Dignitas fratri suo juniori conferretur, ne ipse a latere Principis avelleretur. Anno nongentesimo nonagesimo octavo decima quarta Julii, Archiepiscopo Colonienſi vita functo, cum Clerici (*) & populus in Electione diu dissentirent, unus ex electis juri suo renuncians, in medium attulit, an non magis expediret, Heribertum Cancellarium eligere? Omnibus assentientibus, mittuntur in Italiam Nuncii, qui eum ab Imperatore expeterent. Annuit Otto lubentissimo animo, remque sua manu Heriberto perscripsit, quem Ravennæ ad comprimendos seditiosos reliquerat. Heribertus pæne invitus obediit, acceptoque a Pontifice

(*) Quamvis in hoc Sæculo frequentissime occurrat, Episcopatus ab Imperatoribus vel Regibus huic vel illi fuisse collatos, ex isto casu & pluribus aliis tamen cognoscimus, nihilominus Electionem Canonicam locum habuisse; sed denique plerumque illum eligi oportuisse, quem Princeps nominabat.

Sæculum XI. A.C. 1002.

fice Pallio Coloniam profectus in vigilia Nativitatis Domini anno nongentesimo nonagesim nono consecratus est. Talis ergo erat Heribertus Archiepiscopus Colonienſis.

Imperator quidem ex ejus adventu aliorumque Vasallorum, qui auxilia contraxerant, solatium capiens, lætum vultum præferebat, intus autem animo ingemiscebat, cogitans peccata sua. Per nocturnum silentium vigilabat, & largiter fundens lacrymas orabat. Sæpe tota Hebdomada, excepta Feria quinta jejunabat, & eleemosynas plurimas distribuebat. Cum quadam die cum Archiepiscopo ambularet, & ambo de iis, quæ pro Salute animarum suarum facere possent, colloquerentur, inter ipsos convenit, alterutrum, qui in Germaniam incolumis perveniſſet, Monasterium in honorem beatæ Virginis conditurum, donavitque eo consilio Imperator Archiepiscopo complures agros, qui exinde pactum, fundata celebri Abbatia Duizienſi prope Coloniam, implevit.

Ditm. lib. 4. p. 44.

vit. Herib. c. 2. n. 11.

§. VI.

Ottonis III. obitus. S. Henricus Rex Germaniæ.

Jam non paucis ab hinc diebus ægrotare cœperat Otto III. Imperator, accepto, ut creditur, veneno, a Crescentii vidua,

vidua, qua impudice abutebatur. Obiit(*) tandem vigesima octava Januarii anno millesimo secundo, annos natus circiter viginti

Sæculum XI. A.C. 1002.

(*) Sicut Summi Pontifices nullibi decentius splendidiusque quam Romæ Ecclesiam regunt, ita nullibi unquam Imperatoribus Romanis melius quam in sua Germania fuit. Ceterum ad integritatem Historiæ hujus Cæsaris Ottonis III. pertinet, quod scribit Pagi ad annum Christi 996. N. 10. *Baronius, Conciliorum Collectores, & multi viri doctissimi Electoralis Collegii seu Septem Virorum, penes quos solos esset Imperatoris eligendi potestas, Institutionem ad Gregorium V. & ... Synodum Romanum* (nempe anni nongentesimi nonagesimi sexti, in qua Otto III. a Pontifice Gregorio V. coronatus) *retulere. Verum veterum Scriptorum, qui de rebus Germaniæ hoc & duobus sequentibus Sæculis scripsere, silentium demonstrat, audiendos non esse, qui Sæculo XIII. & sequentibus illud nullo antiquo monumento fulti litteris mandarunt. Citatur quidem hanc in rem S. Thomas lib. 3. de Regimine Principum, sed ei perperam opus illud attribuitur .... Certum tamen esse debet, Jus eligendi Imperatores a Romanis Pontificibus Imperii Institutoribus, ut de Carolo Magno loquentes vidimus, emanasse. Diserte illud scribit Innocentius III. in Epistola. ad Bertholdum Zaringiæ Ducem &c.*

Videri potest Nat. Alexander tom. XII. Dissert. XVII. ubi dicit: *Non negandum (inquam)*

Sæculum XI. A.C. 1002. viginti tres, (*) ex quibus novemdecim Rex Germaniæ & quinque Imperator regnaverat. Locus, in quo animam reddidit, Paternum fuit, modicum in Campania Romana oppidum, unde Archiepiscopi Colonienſis cura Cæſareum funus Aquisgranum translatum eſt. In itinere viſcera defuncti Auguſtæ Vindelicorum in Sacello S. Udalrici depoſita ſunt, corpus vero Coloniam in Hebdomada majore pervenit, & primis tribus diebus in diverſas Eccleſias, in Cœna Domini autem ad Eccleſiam S. Petri, quæ Cathedralis erat, delatum eſt, ubi, poſtquam pœnitentes de more fuiſſent introducti, & Abſolutionem recepiſſent, eam Archiepiſco-

quin Jus eligendi Imperatores a Sede Apoſtolica quodammodo emanaverit &c. a Joanne autem XII. Jus illud videtur conceſſum Principibus & Optimatibus Imperii, cum Ottonem I. Romæ Imperatorem coronavit. &c.

Item Antonius Pagi ad obitum Ottonis III. anno 1002.; *Obiit improlis & ut ex dictis liquet valde juvenis. Cernens exercitus, inquit Glaber lib. 1. cap. IV. quem ſecum duxerat, ſe ſuo Domino deſtitutum, coegerunt ſe pariter in unum agmen, ne ab iis, quos in Italia preſſerant, trucidarentur. Impoſito ante ſe in equo defuncti Imperatoris corpore in patriam tuti pervenientes &c.*

(*) Alii, viginti octo.

episcopus etiam animæ defuncti Imperatoris, præsente corpore, tribuit, præcipiens Presbyteris, ut ejus in precibus publicis meminissent. Feria VI. mane iter ingressi sunt, qui corpus defuncti Cæsaris Aquisgranum devexerunt, ubi die Resurrectionis Domini, quinta Aprilis, in Choro Ecclesiæ Beatissimæ Virginis sepultum est. Sæculum XI. A.C. 1002.

Mense Junio sequente electus est Rex Germaniæ Henricus, Dux Bavariæ, Henrici, Fratris Ottonis I. nepos, adeoque Ottonis III. nulla prole relicta mortui, proximus consanguineus. Is appellatur Henricus II. ut ab Henrico Aucupe distinguatur, item Henricus Claudus, sed S. Henrici nomine, quod ei vitæ integritas post obitum peperit, notissimus est. Regem futurum, olim S. Wolfgangus Episcopus Ratisbonensis prædixerat; cum enim Henricus Dux, Henrici Sancti Parens, ei liberos suos, quibus Sacerdotalem Benedictionem tribueret, adduxisset, Vir Sanctus Henricum, Regem, Brunonem Fratrem ejus, Episcopum, Gisellam, Sororem ejus primogenitam, Reginam, minorem natu, quam ipse e Sacro fonte levaverat, Abbatissam, appellavit. Porro, verum de singulis fuisse vaticinium eventus demonstravit. Quippe Bruno ordinatus est Episcopus Augustanus, & Gisella Hungariæ coronam conjugio

Ditm. lib. 5. p. 54.

vit. S. Wolfgang. c. 30.

Sæculum XI. A.C. 1002. c. 42.

consecuta est. S. Wolfgangus ad Cœlestia translatus quondam Henrico Duci juveni, apud ipsius sepulchrum oranti, & in somnum lapso conspicuus factus dixit: *Lege accurate, quod in pariete scriptum est.* Sed Henricus plura legere non valuit, quam duas voces: *Post sex.* E somno excitatus, credidit, sibi fuisse significatum, quod post dies sex moriturus esset, & multas largiens eleemosinas ad agonem se comparavit. Elapsis sex diebus, cum se bene valere sentiret, spatium sex mensium fuisse indicatum putavit, & his quoque se incolumi prætergressis, sibi denique post annos sex e vita migrandum fore existimavit. At anno septimo Rex electus Vaticinii sensum intellexit. Coronatus est Moguntiæ a Willegiso Archiepiscopo, Dominica octava post Pentecosten, die decima nona Julii, eique Sacra Lancea, tanquam potestatis Regiæ Insigne in manus data. Decima Augusti, in Festo S. Laurentii, idem Archiepiscopus Moguntinus Cunegundem, Regis Henrici Sponsam, Paderbornæ corona Regia decoravit, quam postmodum Ecclesia S. Virginibus adscripsit. Eam Henricus Rex, perpetuam continentiam servans, more fraterno diligebat, permisitque Deus, ad manifestandum rarissimæ virtutis exemplum, innocentem feminam insigni calumnia affligi.

vit. S. Bern. n. 34. 35.

Chro. Sax.

vit. S. Cuneg. Sæc. 6. Act. Ben. p. 456.

affligi. Ejus fama ab improbis proſcindebatur, jamque etiam Auguſtus ſuſpicione violatæ fidei conjugalis tangebatur. Ipſa candentis ferri probationem pro more illius ætatis ſubire non dedignata, nudis pedibus ignitos vomeres illæſa calcavit. Sæculum XI. A.C.1002. *Boll. 3. Mart.*

§. VII.

Hungari convertuntur.

Giſella quoque, Henrici Regis ſoror, Sanctum maritum ſortita eſt, nempe Stephanum Hungariæ Regem, filium Geiſæ, Ducis Hungarorum, ex quo in Pannoniam irruperant, hujus nominis, quarti. Qui in ſuos aſper, ita ut ne quidem a crudelitatis nota liberetur, in exteros tamen præſertim in Chriſtianos liberali animo erat. Quin edita publice conſtitutione Chriſtianis poteſtatem fecit, in Regno ſuo commorandi, juſſitque indigenas, ſi hoſpites advenirent, eos benigne ſuſcipere. Clericis & Monachis in conſpectum ſuum admiſſis patientes aures præbebat. Tandem cum tota ſua familia converſus, & baptizatus eſt, pollicitus effecturum ſe, ut omnes ſubditi ſibi populi Chriſtianam Religionem amplecterentur.

Solicite penſanti Geiſæ quid ſibi, ad abolendam Infidelitatem, & novam Religionem per Epiſcopos confirmandam

Sæculum XI. A.C. 1002. agendum esset, per somnum juvenis objectus est miræ pulchritudinis, dicens: *Quod modo cogitas, tu non perficies. Manus cruore humano pollutas habes. Sed filius tibi nascetur, qui exequetur, quod exoptas. Is numero Electorum Dei inseretur, & postquam regnaverit in terra, Regnum æternum in Cælo consequetur. Interea benigne excipe virum ad te venturum, ad salutem animæ tuæ Legatum, ejusque Doctrinam animo tuo imprime.* Legatus ille Cœlestis, de quo hic juvenis, S. Adalbertus Pragensis fuit, qui cum non diu post venisset in Hungariam, ipsoque suadente & Geisa Duce præcipiente, populi in unum locum confluxissent, iisdem Fidem JEsu Christi annunciavit, permulti fuere baptizati, & in compluribus locis Ecclesiæ ædificatæ.

Sup. lib. LVII. §. 48.

Duciſſæ quoque objecta est Visio. Nam prægnanti, & proxime parituræ apparuit S. Stephanus, Martyrum primus, significans, ipsam filium in lucem edituram, primum Gentis suæ Regem futurum, & jubens, ut eum de suo nomine Stephanum appellaret. Puerum natum S. Adalbertus Sacro fonte abluens Stephanum dixit. Natus est vero Strigonii, ubi deinde adolescentulus primis Grammaticæ elementis imbutus, & maxima cura educatus est. Ubi pueritiam egressus est, Dux parens, convocatis Optimatibus, cunctis-

cunctisque Regni sui ordinibus, & iisdem consentientibus, Successorem suum pronunciavit, atque omnes novo Principi fidem jurare præcepit. Anno deinde nongentesimo nonagesimo septimo Geisa Dux senio confectus vitam posuit. Sæculum XI. A.C. 1002.

§. VIII.

S. Stephanus Rex Hungariæ.

Dux juvenis Stephanus totam Hungarorum nationem ad Fidem Christi perducturus, pacem cum omnibus finitimis firmavit. Sed Subditi ipsius Infideles, ducentibus principibus seditione commota, urbes ejus & agros diripiebant, præfectos necabant, ipsum Stephanum lacessere ausi. Ergo ille contracto milite in Rebelles, Vesprinum obsidentes, movet fulgentibus Signis, in quibus SS. Martinus & Georgius conspiciebantur. Tum profligatis hostibus eorum terras Deo consecravit, fundato Monasterio in honorem S. Martini Turonensis, quem Pannonia, in qua natus est, semper Patronum coluit. Hoc Monasterium in quodam loco, qui Mons sacer dicebatur, ubi S. Martinus, cum in Patria versaretur, orasse ferebatur, conditum est.

Reportata de seditiosis victoria, Stephanus Dux propagare Evangelium omnibus viribus contendit, atque ut Dei auxilium sibi conciliaret, largiter elee-

Sæculum XI. A.C. 1002. mosynas effundebat, & sæpe prostratus in pavimento Ecclesiæ, fluentibus lacrymis precabatur. Undique Operarios Evangelicos convocabat; quapropter Presbyteri, Clerici zelosi, Abbates, & Monachi eum adibant, qui, ut tam pium opus promoverent, alacri animo patriam relinquebant. Ceterorum omnium vero nullus illustrior fuit Astrico, alio nomine Anastasio, illorum sex Monachorum ex numero, quos S. Adalbertus Pragensis e Monasterio Romano S. Bonifacii adduxerat, quando ultimo in Bohemiam venit, eumque Monasterio Breunovienſi, nuper a Duce Boleslao pio fundato, Abbatem præfecerat. Postquam autem S. Adalbertus Bohemos rebelles deseruit, Astricus quoque cum monachis suis in Hungariam migravit, quibus benigne exceptis Dux Stephanus Monasterium in honorem S. Benedicti a se conditum tradidit, Religiosorum virorum colloquiis mire delectatus. His piissimo Principi in conversione populorum ipsi subjectorum egregiam operam conferentibus, (*) Stephanus tum persuasione, tum illato rebellibus metu, Idololatriam e toto Regno suo eliminavit. Ex Polonia etiam duo

Sup. l. LVII. §. 44. Elog. Anna. Sæc. 6. Ben. p. 72.

(*) Ex his liquet, in conversione Regni Hungariæ Sacri Ordinis nostri non ultimas partes fuisse.

duo Sancti Viri advenere, alter Zoeardus, seu Suiradus, cognomento Andreas, alter nomine Benedictus, qui vitam anachoreticam amplexi sunt. Benedictus, a grassatoribus occisus, Martyribus accensetur. Andreas compluribus miraculis claruit. Sæculum XI. A.C. 1002. *Elog. Sæc. 6. Act. Ben. p. 25.*

Cum vero Stephanus Dux perbene intelligeret, nascentem Ecclesiam sine Pastoribus firmas radices agere non posse, totam Regionem in decem Episcopatus divisit, Strigonium Metropolim esse jussit, atque Sebastianum, monachum virtutibus insignem, e monasterio S. Martini evocatum, Archiepiscopum constituit. Astricum Abbatem eligi Episcopum Colociensem curavit, & Anastasium nominari voluit. Anno deinde post obitum Patris sui quarto, nempe JEsu Christi millesimo, Stephanus Astricum Romam remisit, ut a Papa novorum Episcopatuum confirmationem, & ipsi Duci Coronam Regalem (*) expeteret, quo ad ea, quæ pro bono Ecclesiæ destinata habebat, majore auctoritate gauderet. *Chart. c. 7.* S. Stephanus Rex.

(*) Ex hoc & sexcentis similibus factis in Historia Ecclesiastica occurrentibus confunduntur Protestantes, contemptores Romanorum Pontificum, quos omnis retro antiquitas usque adeo venerata est, ut non solum confirmationem Episcopatuum,

Sæculum XI. A.C. 1002. Ubi Anastasius Romam pervenit, & omnia, quæ Stephanus Dux ad propagandam Religionem Catholicam in sua Republica egisset, retulit, Papa lubentissimo animo non coronam modo concessit, sed & Crucem adjecit, quæ ante novum Regem, cum procederet, publice tanquam Apostolatus signum præferretur. *Ego enim*, inquiebat Pontifex, *Apostolicus sum & dicor, sed & Stephanus dici meretur Apostolicus, postquam tantam populi multitudinem JEsu Christo genuit.* Jam ab aliquot Sæculis Papa, simpliciter Apostolicus dici solebat.

Postquam vero Anastasius Episcopus epistolas Pontificis, Coronam, Crucemque in Hungariam attulit, Præsules, Proceres, Clerici, populusque conveniunt, Dux Stephanus Rex salutatur, ungitur, & solemni ritu coronatur. Ipse edita Constitutione prohibuit, ne debiliores a potentioribus opprimerentur, pacem & bonos mores in Regno stabilivit. Gisellam quoque uxorem suam, Henrici Imperatoris Sororem, coronari voluit, piissimam Principem, quæ & ipsa maxima beneficia contulit Ecclesiis & Monasteriis, præser-

tuum, quod spirituale est, sed etiam Coronas Regales, quod politicum & sæculare, maximi orbis Principes ab iis sibi expetendas esse existimaverint.

præsertim Ecclesiæ Vesprinensi, quam e fundamentis extructam ornavit, & vasis Sacris locupletavit. Rex Metropolim aliasque Ecclesias a se fundatas magnis reditibus auxit, amplissimas earum Diœceses designavit, & iis dignissimos Antistites præfecit. Abbatiis quoque agros & servos Regia munificentia contulit, quoad vixit in rem Ecclesiasticam magis magisque profusus, ne cura rerum necessariarum Monachos ab officio Divino abstraheret. Ceterum solicite jam ipse, jam jussu ipsius alii in vitam & mores monachorum inquirebant, tepidos increpabant, & fervidos Regiæ amicitiæ honore excitabant. Canonicos Stephanus Episcoporum curæ commendabat. Sæculum XI. A.C. 1002.

Sebastiano Archiepiscopo Strigoniensi oculis capto, Rex, consentiente Papa, cœco Successorem dedit Anastasium, Episcopum Colociensem. Sed elapso triennio, cum Sebastianus iterum lumen recepisset, loco cedens Anastasius ad Ecclesiam suam rediit, Pallium approbante Summo Pontifice retinens. S. Stephanus, voto edito prorsus singulari, se ipsum & Regnum suum Tutelæ Sanctæ Virginis commisit, atque in civitate Alba Regali ejus honori Sacram Ecclesiam magnificentissimæ structuræ ædificari jussit. Chori parietes opere sculptili ornabantur, pavimentum marmore stratum nitebat, com- Hungaria sub Sanctæ Virginis Mariæ Patrocinio.

Sæculum XI. A.C. 1002. complurium Altarium menſæ ex auro puro erant, gemmis diſtinctæ, & ſuper Altare Ciborium ſeu Tabernaculum miræ artis & elegantiæ, ad S. Evchariſtiam condendam ſtabat. Eccleſiæ theſaurus vaſis aureis, argenteisque, chriſtallinis, & onychinis, atque veſtibus pretioſiſſimis abundabat. Voluit autem Rex, ut hæc Eccleſia ipſi ſoli & nulli Epiſcoporum eſſet ſubjecta. In illis diebus, quibus Abſolutio pœnitentibus eſſet tribuenda, aut Sacrum Chrisma conficiendum, Regis erat Epiſcopum deligere, qui his miniſteriis fungeretur, & ipſo præſente Miſſam celebraret. Rege abſente nulli Epiſcopo poteſtas erat quodcunque munus in ea peragendi, ſine licentia Præpoſiti & Monachorum, qui etiam decimas a populo huic Eccleſiæ ſubjecto accipiebant, excluſis Epiſcopis. Nunquam huc usque hujusmodi exemptionem in Hiſtoria Eccleſiaſtica notavi, & dubito, an Sanctus Rex eam conceſſiſſet, ſi Diſciplinæ Eccleſiaſticæ regulas probe noviſſet.

S. Regis zelus Regni ſui limitibus includi non potuit. Monaſterium fundavit Jeroſolymæ, agrosque & vineas coemit, unde Monachi congruos reditus acciperent. Romæ Collegium duodecim Canonicorum, & Hoſpitia inſtituit, ad quæ Hungari ad limina SS. Apoſtolorum

rum peregrinantes diverterent. Tandem Ecclesiam ornatissimam etiam Constantinopoli (*) ædificari suis sumptibus jussit. Fama tantæ pietatis illecti plerique peregrini ex Italia & Gallia, qui Jerosolymam commeabant, relicto consueto itinere maritimo per Hungariam viam ingressi sunt. Rex Stephanus cunctos ut fratres dilectos excipiens donis & beneficiis cumulabat. Hinc tanta benevolentia plurimos nobiles & ignobiles ad hanc peregrinationem suscipiendam invitavit. Sæculum XI. A.C. 1002. *Glab. l. III. c. 1.*

§. IX.

S. Nili extrema.

In Italia S. Nilus Stephanum amiserat, carissimum Discipulum, quo tanquam exemplari & instrumento, ut ita dicam, ad alios corrigendos utebatur. Nam si forte, S. Nilo in Ecclesia ad populum dicente, quisquam somno victus stertebat, *sine dubio*, ajebat Nilus, *tam validos ronchos Stephanus ducit*, eumque ex Ecclesia exire jubebat. Sæpe eum sedentem ad mensam abigebat, quasi incondite voraret. Denique Stephanum castigabat, quotiescunque delinquebant alii *vit. p. 159.*

(*) Ex hoc loco contra Protestantes eruitur, concordiam & communionem inter utramque Ecclesiam Latinam & Græcam perduraſſe,

Sæculum XI. A. C. 1002.

alii, ut eos doceret, & hujus patientiam probaret. Ipsius ergo mortem tenerrimo affectu dolens Nilus, tumulum, qui duos caperet, præparari jussit, quo & ipse, ubi decessisset, inferretur. Sed Princeps Cajetanus, vir piissimus, & merita S. Nili maximi faciens, ubi causam duplicis sepulchri comperit, ad circumstantes ait: *Absit, ut si Sanctus Senex moriatur, ejus corpus ibi relinquam. Sed in civitatem meam transferam, cui præsidium sit & tutela.* Cum hæc verba ad S. Nilum fuissent delata, constituit sedem mutare, & se conferre in locum, in quo omnibus ignotus viveret. Morte enim miserrima extingui potius cupiebat, quam ab ullo mortalium Sanctus haberi. Quin iracundus & furiosus videri volebat, usque adeo, ut non nunquam non intelligentes falleret, & scandalo esset. Ergo monasterium Serperitanum relicturus, in quo annis ferme decem versatus fuerat, vix equum conscendere valens, quippe decrepita senectute debilitabatur, Romam versus iter instituit. Fratribus abitum ejus lugentibus ait: *Vado ut Monasterium præparem, in quo omnes filios meos dispersos colligam.*

Ita pervenit Tusculum, duodecimo ab urbe lapide, seu quatuor leucis, situm, prope modicum Græcorum Monasterium, quod a S. Agatha dicebatur. Hunc locum,

locum, ultimum sibi in vita tabernaculum, elegit Nilus, nec ulla ratione amplius a proposito dimoveri se passus est sive a fratribus, qui ipsum secuti fuerant, sive ab Optimatibus Romanis, eum invisentibus, & obtestantibus, ut Romam saltem amore Apostolorum intraret. Nam ei familiare erat dicere: *Non sum dignus vel nominare SS. Apostolos. Sed qui fidem, licet modicam, habet, hic quoque SS. Apostolos venerari potest. Hic nullum mihi misi mortis obeundæ negotium.* Gregorius Tusculi Comes, tyrannide & multis injuste actis notissimus, cetera vir ingenii & judicii vi pollens, S. Nilum adiit, atque ad ejus pedes prostratus, inquit: *Peccata mea maxima indignum me efficiunt, ut tantum Dei Servum sub tectum meum recipiam; quia tamen exemplum Magistri tui secutus ad me peccatorem, relictis justis, divertisti, en domum meam, en civitatem & totam regionem, his, ut lubet, utere.* Cum S. Nilus locum petiisset, in quo ab omni humano strepitu remotus orationi vacare posset, lætus Gregorius concessit, quod exoptabat, videlicet angulum in ruderibus cujusdam prœdii Ciceronis, quod *Grotta ferrata* dicebatur.

Sæculum XI. A.C. 1002.

vid. Kircheri Lat. p. 57.

At Fratres, qui in monasterio Serperitano remanserant, cum post duorum mensium spatium comperissent, Nilum

Patrem

Sæculum XI. A.C. 1002.

Patrem ad se non amplius rediturum, acceptis palliolis suis, ovinis pellibus, & reliqua paupere supellectile ad locum novo monasterio condendo designatum nempe ad *Grottam ferratam* se contulerunt. Quod ubi S. Nilo nunciatum, in spiritu exultans misit, qui suo nomine dicerent: *Satis est, fratres mei, quod amore mei usque ad illum locum venire non estis gravati. Manete ibi, usque dum ad vos perrexero.* Jamque ad *Grottam ferratam*, a S. Agatha, ubi ipse degebat, tertio lapide positam, pedibus iter facere parabat, cum subito vitæ suæ finem imminere sensit. Ergo fratres, qui apud ipsum erant, & Paulum, cui jam diu Præpositi munus destinabatur, convocat, suos eis distribuit centones, nihil enim aliud habebat, & rogat, ut Sancta Mysteria sibi præberi curarent. Tum ait: obsecro, cum mortuus fuero, corpus meum statim injecta terra condite. In nulla Ecclesia me sepelite, nec supra locum sepulchri vel fornicem, vel quodcumque aliud ornamentum ponite. Cunctis deinde Benedictionem impertitus, in lectulo suo membra extendit, & toto biduo nec locutus est, nec oculos aperuit, sed orare videbatur, nam labia movebantur, & dextra signum Crucis formabat.

S. Nilus moriens.

Cum Gregorio Comiti fuisset indicatum, S. Virum cum morte luctari, advola-

volavit cum Michaele excellentissimo Medico, & jacentem amplexus lacrymis fluentibus, Pater mi, ajebat, Pater mi! cur me tam cito deseris: nempe peccata mea horres. Tum manus exosculans addebat: jam me manus tuas osculantem non amplius, ut solebas, repellis dicens: non sum Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, sed monachus græculus. Hæc dicens Gregorius tantam lacrymarum vim fundebat, ut eum adstantium nemo siccis oculis aspicere posset. Medicus meantis sanguinis mensuram apprehensa S. Senis dextra explorans affirmabat, nec febris, nec ullum instantis mortis vestigium sibi liquere. Sæculum XI. A.C. 1002.

Tandem omnibus recedentibus, quia tempus monebat, cantandas esse Vesperas, Fratres Sanctum Virum in Ecclesiam deferre statuerunt. Nam Festum S. Joannis Evangelistæ aderat, quod Græci vigesima sexta Septembris celebrant, & non nesciebant, quam devote Sanctorum Festa colere solitus fuisset & sæpe dicere, monachum in Ecclesia mori decere. Itaque illuc transfertur; tumque officio Vespertino completo & sole jam merso Vir Sanctus expiravit. Monachi tota nocte cantando Psalmos & preces funebres consumpta, ubi illuxit, lectulum unacum corpore cum cereis & incenso ad illum locum, in quo a ceteris p. 168.

Sæculum XI. A.C. 1002. fratribus expectabatur, nempe Grottam ferratam, deferunt. Utraque monachorum caterva sibi in via occurrente auctus est dolor. Gregorius quoque Comes mœrens, & regionis illius confluentes incolæ pompam funebrem claudebant. Exinde tota illa Congregatio Abbasque Paulus apud S. Nili tumulum sedem fixerunt, manibus suis laborantes, & non sine sudore pane suo vescentes, quia ille locus alimenta nulla præbebat. Brevi tamen temporis spatio celebre Monasterium ibi conditum. Ecclesia S. Nili memoriam ipsa obitus die colit, vitam vero ejus aliquis Discipulorum græco sermone & bona fide scripsit.

Mart. Rom. 26. Sept.

§. X.

Concilium Romanum.

tom. 9. Conc. p. 1246. Sub finem anni millesimi secundi, nempe tertia Decembris, Indictione prima, cum Silvester II. Papa Romæ Synodum in Palatio Lateranensi convocasset, Petrus Scriniarius dixit: *Domine Papa! hic Abbas tuus S. Petri prope Perusium queritur, quod Conon, Episcopus Perusinus ipsum armata suorum satellitum manu sub Altare monasterii tui confugientem abstrahi, atque ex Ecclesia & domo expelli, omniaque ad monachorum usus ibi servata diripi jusserit.* Conon Episcopus respondit: *Facile demonstrare possum, nec mea volun-*

voluntate, nec præcepto hæc facta esse. Sed tu, Sanctissime (*) *Pater! mihi Ecclesiam Perusinam commisisti, & ad jurandum compulisti, nunquam me consensurum, ut illius juribus quidquam detraberetur. Nunc vero Monasterium istud ad meam Ecclesiam pertinet, & si res secundum Canones discuteretur, nullum jus vestro Apostolatui competeret.* Econtra Papa affirmavit, se illud Monasterium in Dominio Ecclesiæ suæ inveniisse, jussitque privilegia Paparum perlegi. Reposuit Episcopus Perusinus, prius ex illis datum privilegium fuisse sine consensu Antecessoris sui. Sed totus Clerus Ecclesiæ Romanæ ait, se epistolam Antecessoris ejus vidisse, qua non modo consensisset, sed etiam ut id fieret obnixe postulasset. His auditis Episcopus secundum sententiam Concilii, juri in Monasterium S. Petri renunciavit, illud Papæ reddidit, & osculum pacis Abbati tribuit. Sæculum XI. A.C. 1002.

Hic Abbas ad S. Petrum Perusii, & ipse Petrus dictus, hoc Monasterium, consentiente Honesto Episcopo in Ecclesia, quæ in exordiis Cathedralis erat, primus instituerat. Obiit anno millesimo septimo, decima Julii, exinde Sanctis adscriptus. *Mabill. Sæc. 6. p. 70.*

C 2 §. XI.

(*) In ipsis Actis legitur: *Omnium Pontificum Pater!*

Sæculum XI.
A.C. 1003.

§. XI.

Silvestri II. obitus. Joannes XVII. Papa.

Epit. ap. Baron. Raspon. p. 75.

Silvester II. Papa anno sequente, millesimo tertio, decima tertia Maji, postquam Sacram Sedem tenuisset plus annis quatuor, e vivis migravit. (*) Sepultus est ad S. Joannem in Laterano. Cumque post aliquot Sæcula illa Ecclesia, anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo, repararetur, inventum est ejus corpus in arca marmorea, vestibus Pontificalibus indutum, Mitra ornatum, brachiis decussatis, unde odor amœnus exhalabatur. Quamprimum vero aer incidit, cuncta in pulverem resederunt, nihilque nisi crux argentea & annulus Pastoralis superfuit. Præter epistolas, quarum mentionem feci, habemus Sermones

(*) Fabula de Silvestro in quibusdam legitur hujusmodi: *Hispalim profectus Silvester studii causa, ibique a Saracenis Hispanis edoctus in Oraculum sibi conflasset* Statuæ caput ex certo Siderum cursu, ut ex eo fatum expiscaretur. Homagium itaque cum feciſſet Diabolo, ut sibi ad votum omnia succederent, id quod Dæmon promisit adimplere, Iste obsequiis Diaboli insistens, frequenter super desideriis suis cum eo loquebatur, & quæ petebat Gerbertus Diabolus implebat &c.* Palat. in Silvest.

* conflavit.

nes Silvestri, jam Papæ, ad Episcopos di- Sæculum XI.
rectos, in quibus eos ad officium Episco- A.C.1003.
pale implendum exhortatur, & Simoniæ *Mabil. Ann.*
scelus execratur. Episcopum Neo-Ele- *to. 2. p. 16.*
ctum inducit in hunc modum loquen- *p. 230.*
tem: *Ordinatus fui ab Archiepiscopo, cui præmii loco dedi centum Solidos aureos. Sed si fortuna me amet, & vitam indulgeat, pecuniam istam neutiquam perditam censeo. Aurum quippe refundent Presbyteri, Diaconi, aliique Altaris Ministri, quos ordinaturus sum. Abbates quoque & Ecclesias neutiquam gratis consecrabo.* Memorat, in Ordinatione Episcopi populum solitum fuisse proclamare: *Dignum & justum est!* Successor Silvestri II. fuit Joannes XVII. (*) cognomento Sic-

 cus,

(*) Hic iterum non tam ad Numerum adjectum, quam ad annum Regiminis, atque Antecessorem & Successorem attendendum.

Eminentissimus Baronius ad hunc locum: *Turbarum harum eam intelligimus extitisse causam, quod defuncto Ottone Imperatore, qui duos jam promovisset ad Pontificatum ultramontanos homines, Gregorium atque Silvestrum, quos æque auctoritate Imperatoria atque potentia in eadem Sede continuisset; jam res relapsa est ad Comites Tusculanos, præcipuos, ut vidimus, in Urbe Proceres: quorum factio cum prævaluisset, duos hos Joannes in Sedem Apostolicam collocandos elaboravit, quos & nomine Prædecesso-*

Sæculum XI. A.C. 1004.

cus, qui postquam Sacram Sedem mensibus non plus quinque tenuisset, ultima die Octobris anno 1003. obiit, & in Monasterio S. Sabæ sepultus est. Exinde postquam S. Petri Cathedra mensibus quatuor & dimidio vacasset, decima nona Martii anno millesimo quarto, Papa ordinatus est Joannes XVIII. alio nomine Fasanus, patria, sicut ipsius Antecessor, Romanus, qui sedit annis quinque. Quidam Scriptor hujus Sæculi refert, tunc Romæ Monasteria Virginum viginti, Monachorum quadraginta, Canonicorum sexaginta, illis, quæ extra Urbem erant, non recensitis, fuisse numerata.

Arnulph. Com. to. 2. antiq. lect. Canis. p. 114.

§ XII.

S. Henricus Rex Italiæ.

Muratori Anecd. to. 2. p. 204.

Ex quo Otto III. e vivis abierat, Henricus necdum Rex Italiæ habebatur. Nam Principum aliquis Longobardus, nomine Arduinus, seu Harduicus, Ticini in die Dominica, decima quinta Februarii, anno 1002. tribus postquam Otto decess-

---

cessorum ejus factionis Pontificum voluerit nominari, & eo pariter numero consignari, quo omnes ipsorum studiis promoti, & eo nomine insigniti etiam Pseudopontifices includerentur, ut nefarius ille (Joannes XVI.) *qui sedit in Schismate contra Gregorium Joannes Placentinus &c.*

Sæculum XI. A.C.1004.

deceſſiſſet ſeptimanis vix elapſis coronatus fuerat. Quare Henricus Rex, ubi floridum ver militum turmas educere permiſit, ſuperatis alpibus anno 1004. in campis Veronenſibus caſtra poſuit, ibique Feſtum Paſchale, hoc anno in diem decimam ſeptimam Aprilis incidens, celebravit. Tum Brentam cum exercitu trajecit, Arduinum occupaturus, adverſam ripam cum copiis obtinentem. At ille adventum hoſtis expectare non auſus fuga ſe proripuit. Tum Henricum Brixiæ Archiepiſcopus Ravennas, ejusque Suffraganei exceperunt, Pergami vero eidem fidem juravit Archiepiſcopus Mediolanenſis, qui Principem Ticinum ſecutus, eum in Eccleſiam S. Michaelis deduxit, ubi totius Longobardiæ Optimates eodem Archiepiſcopo duce Henricum Regem elegerunt, coronaruntque medio menſe Majo, poſtquam Arduinus annis duobus totidemque menſibus regnaſſet. Qui ei adhærebant, collectis viribus ſeditionem commovent, & urbem Papienſem maximam partem flammis vaſtant. At Henricus Rex rebellibus domitis celeriter Germaniam repetens Feſtum S. Joannis Argentorati celebravit.

Ditm. lib. 6. p. 61. Chro. Saxo. 1004.

Sæculum XI. A.C. 1004.

§. XIII.

S. Abbonis Floriacenſis obitus.

vit. c. 16. 17. &c. Glab. III. c. 3.

In Francia Abbo Floriacenſis in Vaſconiam ſecundo profectus eſt, Monaſterium, quod latine Regula, lingua vulgari *la Reole* dicebatur, reformaturus. In itinere ab Abbatibus & Proceribus honorifice exceptus, ad dictum monaſterium circa Feſtum S. Martini pervenit, cumque ejus comites cum Vaſconibus ob negatum equorum pabulum rixari cœpiſſent, temeritatem eorum, qui viribus deſtituti potentiores ſe laceſſere auderent, acriter objurgavit, atque adventum Comitis Burdegalenſis, & Vicecomitis hujus monaſterii Advocati, expectare juſſit, quippe propediem adfuturos conſtabat, ut Abboni in perficiendo Reformationis opere præſidium præſtarent. Totum deinde monaſterium luſtrans Abbo, & admirans, naturali ſitu eſſe munitiſſimum, ridendo dixit: *Jam ego Rege Franciæ, Domino noſtro, potentior ſum, habens arcem in loco, ubi nemo ejus exercitus formidat.*

Altera die, decima tertia Novembris, anno 1004. Abbas cuidam ex Monachis Vaſconibus exprobravit, quod ſine ſua licentia extra monaſterium prandium ſumpſiſſet. Ille ad Abbatem nihil, ſed præſentibus, quam impatienter id ferret,

ferret, gestu prodidit, exortusque est muliebris clamor, quasi signum ad seditionem ederetur. Inter hæc, Vasconibus & Francis jurgantibus, aliquis Francorum ira incitatus Vasconem fuste percussum in terram dejecit. Mox altera pars alteram lapidibus insectari. Procurrit e monasterio Abbas rixas sua præsentia compositurus, cujus latus Vasco lancea perforat, vi tanta, ut tota acies intra costas conderetur. Non exclamavit Abbas, sed voce temperata: *Animam elidit mihi homo iste.* Aimoinus monachus, qui vitam Abbonis scripsit, tunc ejus sequens vestigia, & videns sanguinem e latissimo vulnere prorumpere, pallens tremensque adstabat, cui Abbas sereno vultu: *Quid faceres, si ad te ipsum pertineret clades?* Obiit vero Abbo eadem die, & præter eum non nulli ex ipsius sociis necati, alii sauciati. Sepultus est in Ecclesia illius loci, & Martyribus accensitus, quin & quædam miracula ad ejus tumulum patrata referuntur. At Bernardus Dux Vasconiæ ab interfectoribus pœnas pro merito exegit, quorum aliqui suspendio, aliqui flammis concremati perierunt. Monasterium vero Regulense Floriacensi, cui de jure debebat, etsi de possessione litigaretur, subjecit.

Sæculum XI. A.C. 1004.

Adimar. Chro.

Sæculum XI. A.C. 1004.

§. XIV.

Concilium Pictavienſe, & alia.

tom. 9. Conc. p. 78. Sub idem tempus, incertum quo anno, Concilium Pictavii decima tertia Januarii celebratum, quod Guilielmus V. cognomento *Magnus*, Comes Pictavienſis & Dux Aquitaniæ, Princeps pietate illuſtris, convocavit. Adfuere Epiſcopi quinque, videlicet, Seguinus Burdegalenſis, Giſelbertus Pictavienſis, Hilduinus Lemovicenſis, Grimoardus Engolismenſis, Islo Santonenſis, & Abbates duodecim. Tres Canones conditi, quorum primum, in quo de pace agitur, Dux & Proceres ſub pœna Excommunicationis, & datis obſidibus ſervare promiſerunt.

In eo articulo primo itaque conſtituitur, ut ob res ante annos quinque Eccleſiis ablatas, vel futuris temporibus auferendas actio coram Principe, vel pagi illius Judice moveretur. Morem non gerentem Princeps vel Judex inferior compellat, aut obſidem perdat. Si vero per viam Juris raptores comprimere non poſſint, Proceres & Epiſcopos, qui in Concilio præſentes fuere, convocent, in Rebelles moveant, agros vaſtent, donec rei quod ratio poſtulat facere cogantur. Obſides dati & Excommunicatio *tom. 9. Conc. p. 733.* pronunciata, ſecundum tres Canones in Concilio Carrovenſi, in eadem provincia,

cia, anno 989. celebrato editos. In illis anathema dicebatur omnibus, qui Ecclesias effringerent, pauperes spoliarent, aut Clericos inermes cæderent. Atque ex his duobus Conciliis clare cognoscimus, quam frequenter & impune tunc plerique latrocinarentur, cum malum non nisi extremis remediis tolli posset. Ceteri duo Canones Concilii Pictaviensis prohibent, ne Episcopi quidquam pro injuncta pœnitentia, vel collata Confirmatione a Fidelibus acciperent, & ne Presbyteri Diaconique, domi suæ mulieres alerent. Sæculum XI. A. C. 1004.

Eodem ferme tempore complura Concilia in Italia & Gallia celebrata. Prohibitum Episcopis, ne jejunia illo tempore, quod inter Ascensionem & Pentecosten intercedit, excepta Vigilia Pentecostes, indicerent, sed permittitur, privatæ devotionis causa jejunare. Querela proposita, quod Monachi in Adventu & Quadragesima contra consuetudinem Ecclesiæ Romanæ Hymnum Te Deum cantarent. Illis respondentibus, id se facere secundum Regulam S. Benedicti a S. Gregorio approbatam, dixerunt Episcopi, oportere monachos suam servare consuetudinem. Illa quoque Quæstio mota, an non Festum Annunciationis, quod jam illa ætate vigesima quinta Martii agebatur, magis extra tempus De Monachis.

Sæculum XI. A.C. 1004.

pus Quadrageſimæ celebrari expediret, & aliqui arbitrabantur, illud Feſtum ad decimam octavam Decembris more Hiſpanorum eſſe transferendum. Sed vicit antiqua conſuetudo.

Hoc Sæculo undecimo ineunte Ec-
Glab. III. c. 4. cleſiæ, præſertim in Italia & Gallia, reparabantur, quamvis id plerisque non eſſet neceſſarium. Sed æmulatione populos urente, in ſua patria elegantiora quam uspiam alibi templa reperiri jactabant. Ergo omnes Eccleſiæ Cathedrales, Monaſteria, quin etiam parva Sacella reſtaurantur. Inter alias etiam Eccleſia S. Martini Turonenſis diruta, & cura Herivei theſauro præfecti iterum magnificentius excitata.

§. XV.

Heriveus Theſauro Eccleſiæ Turonenſis Præfectus.

Glab. ibid. Heriveus ex primis Francorum ſtirpibus natus, cum artibus liberalibus operam dare cœpiſſet, vehementiore Salutis ſuæ deſiderio accenſus clam monaſterium ingreſſus eſt. Monachi vero, quod nobilium Conſanguineorum iram formidarent, eum recipere non auſi, promiſerunt, ſe ipſi futuro tempore Habitum daturos, ubi voluntas parentum non obſtitiſſet. Herivei Parens, comperto,

perto, quo confugiſſet, ad monaſterium furore ardens contendit, & acriter objurgatum ad Palatium Roberti Regis invitum deducit, rogans Principem, ut Regia beneficia promitteret, atque filium a propoſito revocaret. At econtra pius Rex collaudatum juvenem ad perſeverandum hortatus, theſauro S. Martini Turonenſis præfecit, eundem ad Epiſcopatum evecturus. Pluribusque deinde Eccleſiis vacantibus Rex Heriveum Epiſcopum dare voluit, ſed ille Sacerdotalem honorem accipere conſtanter recuſavit. Sæculum XI. A.C 1004.

Quin etiam Heriveus vix permoveri potuit, ut officium Ærario præfecti in ſe reciperet; nam quamvis habitu Canonicorum candido incederet, Inſtituto tamen monaſtico, ut poterat, inhærebat. Cilicium carni admotum gerebat, ſemper jejunabat, vigilabat, orabatque aſſidue, & largiter eleemoſynas ſpargebat. Tandem animo conſtituit S. Martini Eccleſiam majore & auguſtiore forma ædificare, cumque a fundamentis cœpiſſet opus ſumptuoſiſſimum usque ad faſtigium conſummavit. Complures re perfecta invitavit Epiſcopos ad Eccleſiam ſuam dedicandam, atque aliquot diebus Solemnem Ritum præcedentibus Deum oraſſe fertur, ut aliqua miracula, qualia ſuperiore tempore in Dedicatione Eccle-

Sæculum XI. A.C. 1004.

Ecclesiarum facta legerentur, patraret, porro inter has preces in terram prostrato conspicuum se obtulisse S. Martinus, eique dixisse. *Fili mi, his majora a Deo impetrare valeres; sed præteritorum Sæculorum miracula sufficere debent huic ætati, cui Mundi finis non dubitatur esse propinquus. Nihil petendum, nisi animarum Salus. Et ego quidem pro Salute omnium orare non cessò, præsertim illorum, qui huic Ecclesiæ serviunt.* Dedicatio Ecclesiæ, quæ hodieque existit, in Festo Translationis S. Martini, quarta Julii, peracta.

Heriveus exinde Cellulæ prope Ecclesiam se se addixit, rigorem vitæ augens & orationi jugiter intentus. Annis quatuor elapsis, mortis suæ præscius in morbum incidit, cumque complures ad ægrotantem invisérent, credentes, ipso defuncto, Cœlum prodigia esse edicturum, ait; nullum certissime eos visuros miraculum, sed abjecta hac spe, Deum pro se orarent. Ita anno 1024. sancto fine quievit.

§. XVI.

Ecclesia Lochiensis.

Fulco Comes Andegavensis, inferni pœnas metuens, quod multum sanguinis humani in variis prœliis fudisset, Jerosolymam peregrinatus, ubi rediit, animo

Glab. l. II. c. 4.

animo constituit ædificare monasterium Fratribus, diu noctuque pro Salute animæ ejus oraturis. Itaque fundato Monasterio Bellogiensi, (Beaulieu) a Lochiis mille passibus dissito, & Ecclesia pulcherrima brevi tempore perfecta, misit Nuncios ad Archiepiscopum Turonensem Hugonem, in cujus Diœcesi erat Ecclesia, qui suo nomine rogarent, ut veniret, & Dedicationem perageret. Respondit Archiepiscopus: *Nequeo Deo offerre vota viri, qui Ecclesiæ meæ complures agros servosque subtraxit. Si enim Deo placere vult, nihil antiquius habeat, quam ea restituere, quæ aliis contra fas abstulit.* Sæculum XI. A.C. 1004.

Tantæ constantiæ responso incitatus Comes minas in Archiepiscopum protulit terribiles; moxque magna auri argentique vi consarcinata, Romam iter instituit, ubi causa sua Joanni Papæ exposita, pretiosa dona obtulit rogans, ut Ecclesiam suam dedicari juberet. Misit Papa cum Fulcone in patriam redeunte Cardinalem Petrum nomine, additis mandatis, quæ Comes petebat, intrepide perficeret. At Galliarum Episcopis factum non probabatur; quippe Ecclesiasticæ Disciplinæ male consuli judicabant, si Papa exemplum daret contemnendi Canones, prohibentes, ne quis Episcoporum in Diœcesi alterius sine ipsius

Sæculum XI. A.C. 1004.

ipsius consensu quidquam moliatur. Dedicationis die in mense Majo præstituta, innumerabilis populi multitudo confluxit, sed nulli Episcopi nisi ex Ditione Comitis, & ipsi inviti adfuerunt. Finitis Cæremoniis ipsa Dedicationis die circa horam nonam aeris serenitas subito turbatur, horrida ingruit tempestas, atque ventorum turbines, novæ Ecclesiæ culmine diu jactato, tandem non tegulas modo, sed etiam totam tignorum compagem dejiciunt. Hunc casum in pœnam violatæ Disciplinæ Ecclesiasticæ Cœlitus immissum omnes crediderunt. Quamvis enim Sedis Apostolicæ Dignitas Papam ceteris omnibus Mundi Episcopis venerabiliorem efficiat, non tamen ei licet Canones transgredi, & quia quilibet Episcopus est Sponsus Ecclesiæ suæ, in qua Salvatoris personam gerit, nullum omnino Episcopum decet alterius Diœcesis jura lædere. Hæc sunt verba Rudolphi Glabri illius ætatis Historiæ Scriptoris, qui nihilominus, cum esset monachus Cluniacensis, neminem sibi Præpositum quam Abbatem suum & Papam agnoscebat.

§. XVII.

Monasterium Fecamense reformatur.

Sup. lib. XXXIX. §. 30.

Richardus I. Dux Normanniæ animo constituerat reformare Abbatiam Feca-

Fecamenſem, Sæculo VII. pro Virginibus fundatam, a Normannis deinde Infidelibus deſtructam, & tunc a Canonicis vitæ diſſolutæ occupatam. Miſit ergo nuncios Cluniacum ad S. Majolum, tunc illius Monaſterii Abbatem, qui ſuo nomine rogarent; ut veniret, & dictum Monaſterium reformaret. Reſpondit vir Sanctus, ſe iter ſuſcepturum ea conditione, ſi Dux in toto ſuo Ducatu illam penſionem abrogare vellet, quæ pro facultate porcos ad paſcua in ſilvas agendi exigebatur, cunctisque Proceribus, Vaſſallis ſuis, ne quid peterent, prohiberet. Non placuit Duci conditio, & tunc de reformando monaſterium nihil amplius agitatum.

Sæculum XI. A.C.1004.

vit. Guil. Act. SS. Ben. Sæc. 5. p. 341. 351.

S. Majolo vita functo, cum Guilielmi ejus Diſcipuli, piiſſimi viri, ad S. Benignum Divione Abbatis, fama ad eundem Richardum Ducem perveniſſet, miſſis legatis rogari juſſit, ut Fecamum veniret, & Monaſterium ſecundum Regulam S. Benedicti inſtitueret, quibus Abbas Guilielmus reſpondit: *Filii mei! Duces Normannorum, homines barbari & feroces eſſe dicuntur, qui Eccleſias & Monaſteria non ædificant, ſed deſtruunt & monachos diſpergunt. Redite ergo ad Ducem veſtrum & meo nomine dicite; omnia nobis neceſſaria ad rem tantæ molis deeſſe.*

Sæculum XI. A.C. 1004. *Præterea equos non habere, qui me & fratres noſtros & ſarcinas vehant.*

Hoc reſponſo audito Dux, veritus ne, ſi cunctaretur, quod ſibi propoſuerat, iterum effectu careret, permultos equos miſit, & Abbas, penſata Ducis perſeverantia, cum magno monachorum ſuorum numero itineri ſe dedit. Venientes Dux, ut JEſum Chriſtum, recepit, eisque ſuis manibus miniſtravit. Tum ejectis e Fecamenſi monaſterio Canonicis ſæcularibus, illud Sanctæ Trinitati dedicatum Guilielmo Abbati, monachisque ejus tradidit. Id actum anno 1001. Obiit vero Richardus Senior anno ſequente & in Eccleſia hujus monaſterii ſepultus eſt. Filius defuncti Richardus II. Patri ſuccedens, non minore pietatis affectu Guilielmum Abbatem & familiam Fecamienſem proſecutus eſt. Sæpe monachis menſæ accumbentibus ſerviebat, tumque penes ipſos in infimo loco conſidebat. Ut liberius Regulæ ſuæ Inſtituta ſervare poſſent, Richardus Epiſcopis Proceribusque ex tota Normannia Fecami congregatis, iſtud Monaſterium ab omni Epiſcoporum Jurisdictone exemptum declarari voluit; cujus immunitatis Decreto Robertus Archiepiſcopus Rotomagenſis (nam in ipſius Diœceſi Fecamum erat) ceteri Epiſcopi omnes & Proceres ſubſcripſerunt. Hoc privilegium exinde

Dudo p. 198.

Rober-

Robertus Rex & Benedictus Papa VIII. confirmarunt. Sæculum XI. A C. 1004.

§. XVIII.

Robertus Archiepiscopus Rotomagensis.

Robertus Archiepiscopus Rotomagensis similem Exemptionem duodecim aliis Ecclesiis concessit, ut memoriam Ducis parentis sui sic coleret, & voluntati fratris sui satisfaceret. Nam filius erat Richardi (qui anno 989. defuncto Hugone, ei Rotomagensem Archiepiscopatum & Comitatum Ebroicensem contulit. Unde more Principum non Episcoporum vitam ducebat, negotiis sæcularibus & voluptatibus totus immersus, atque scandalum, quod Antecessor ejus dederat, producens. Feminam nomine Herlevam duxit, & cum ea publice vivens tres liberos Richardum, Rudolphum, & Guilielmum suscepit, quibus Comitatum Ebroicensem aliasque excelsas Dignitates concessit. Robertus nihilominus commendatur a munificentia in Ecclesias, præsertim in Cathedralem suam, quam e fundamentis eductam, maximam partem absolvit. Sedem vero Archiepiscopalem Rotomagensem annis quadraginta octo, nempe usque ad annum millesimum trigesimum septimum, tenuit, & sub finem vitæ pœnitentiam egit.

Sup. l. LV. §. 27. Order. vit. lib. 5. c. 44. Mabill. ann. tom. 2. p. 438.

Sæculum XI.
A.C. 1004.

§. XIX.

Leutardus Fanaticus.

Glaber. l. II. c. 11. Circa finem anni milleſimi homo plebejus, nomine Leutardus, apud pagum, a virtute dictum, in Diœceſi Catalaunenſi, Prophetam ſe fecit, & multos decepit. Ei aliquando ruri exiſtenti, & poſt gravem laborem in ſomnum lapſo, videbatur grande examen apum per poſteriorem partem corporis ſui ingredi, iterumque per os magno ſtrepitu erumpere. Tum eædem apes aculeos figendo Prophetam torquebant, agitabantque, & demum loquentes etiam præcipiebant, ut quædam, homini impoſſibilia, faceret. Ipſe fatigatus domum rediit, & quaſi præcepto Evangelico ſatisfacturus uxorem dimiſit. Domo ſua deinde egreſſus, quaſi orandi gratia, Eccleſiam intrat & arreptam Crucifixi Imaginem conterit. Qui factum conſpexerunt perterriti hominem a ſana mente dimotum credidерunt, quibus ille, nam ſimpliculi ruſtici erant, facile perſuaſit, ſe mirabili & cœleſti revelatione monitum id egiſſe.

Leutardus multa loquebatur, cupiens ab hominibus magnus Doctor haberi. Sed in ejus ſermonibus nihil ſolidi, nihil veri. Dicebat, ea, quæ Prophetæ protuliſſent, tantum ex parte eſſe credenda, cetera eſſe inutilia. Dicebat, nihil prod-

eſſe

esse homini, decimas dare. Interim fama eum tanquam Virum Sanctum deprædicante, brevi ad se non modicam vulgi partem traxit. At Geboinus, sapientissimus senex, qui tunc Ecclesiam Catalaunensem regebat, ad se accersitum de omnibus interrogat, quæ ipsum dixisse & fecisse compererat. Ille cœpit venenum suæ nequitiæ occultare, & testimonia Sacræ Scripturæ afferre, quam non didicerat. Tunc vero sagacissimus Episcopus nebulonem mendacii & insaniæ convicit, populumque ex parte seductum ab errore revocavit. Infelix Leutardus intelligens, se in vulgi existimatione perditum, se ipsum puteo periturus immersit. Sæculum XI. A.C. 1004.

§. XX.

Alii Fanatici.

Sub idem tempus quo Leutardus insaniebat, alius quoque Fanaticus Ravennæ extitit, nomine Vilgardus, professione Grammaticus, more Italorum, qui illa tempestate hoc studii genus omnibus ceteris præferebant. Is ergo quadam nocte tres Poetas Virgilium, Horatium, & Juvenalem ad se invisentes conspicere sibi videbatur, gratias agentes, quod Scripta eorum magni faceret, eorumque famam apud posteros conservaret, polliciti, ipsum maximæ post fata gloriæ fore *Glab. l. II. c. 12.*

Sæculum XI. A. C. 1004.

participem. Tali honore turgidus complures opiniones fidei adversantes spargere cœpit, & affirmare, omnia quæ Poetæ cecinissent, esse credenda. Tandem Hæresis convictus ab Archiepiscopo Ravennate damnatur. Plures alii illo tempore in Italia reperti, eodem errore infecti, quorum pars gladio, pars flammis periit. Sub idem tempus non nulli Hæretici in Sardinia Insula, fœcunda portentorum matre, nati sunt, a quibus aliqua Christianorum pars in Hispania depravata. Hos quoque Catholicorum pietas exterminavit. Huic itaque tempori, quo tot Hæreses pullulabant, multi congruere crediderunt illud S. Joannis Vaticinium; Satanam expletis mille annis esse solvendum.

Apoc. 20. 7.

§. XXI.

Giselerii obitus. Tagmundus Archiepiscopus Magdeburgensis.

Chron. Sax. 1004. Ditm. l. 5. p. 57.

In Germania Henricus Rex illa negotia, quæ Otto Imperator juventute impar, & deinde præmatura morte occupatus non potuerat, perficere adlaborabat. Inter præcipua fuit, Episcopatum Merseburgensem ab Ottone suppressum restituere. Quapropter Henricus Rex Poldenæ Natali Domini celebrato, anno Regni sui secundo, Dorneburgum venit, unde Magdeburgum misit Willegisum Archiepiscopum

scopum Moguntinum aliosque viros sa- Sæculum XI.
pientes, qui Archiepiscopum Magdebur- A.C.1004.
gensem ægrotum & de vita jam diu periclitantem inviserent, atque Regis nomine hortarentur, ut suam conscientiam tandem discuteret, Dei manum se evidenter castigantem oscularetur, Sedem Magdeburgensem dimitteret, ad Merseburgensem, quæ propria ipsius esset, rediret, damna, quæ illum Episcopatum premendo intulisset, resarciret. Tandem vero aberat, ut hoc facere vellet Giselerius, ut, nunciis id sibi exponentibus, excandesceret. Paucis tamen respondit, se intra triduum ad Regem iturum & coram rationem redditurum. Itaque in currum a suis se levari præcipit (nam jam diu alio modo vehi non sustinebat) & ad domum suam Tiburiensem deduci, ubi morbo consumptus post biduum vigesima quinta Januarii anno 1004. e vita decessit.

Quo comperto, Henricus Rex eo ipse iturus, ut defuncti corpus usque Magdeburgum comitaretur, præmisit Nipertum Capellanum suum cum mandatis; Tagmundum a Clericis Archiepiscopum eligi curaret. Interim vero Walthardus Ecclesiæ Magdeburgensis Præpositus convocatis Clericis denunciat obiisse Archiepiscopum, Regemque ad ipsos venturum. Tum eorum sententiam exquirit,

Sæculum XI. A.C 1004. quem defuncti Succeſſorem eligendum eſſe exiſtimarent. Illi una voce affirmant, quod eum ipſum (Walthardum) eligerent. Sed is Dignitatem accipere concinna modeſtia recuſavit.

Cum corpus Archiepiſcopi Giſelerii Magdeburgum fuiſſet delatum, & Rex paulopoſt eo perveniſſet, altera die miſit Arnulphum Epiſcopum Halberſtadienſem, qui Clericos & Vaſallos Eccleſiæ vacantis ad eligendum Tagmundum ſolicitaret. Reſpondit Walthardus Præpoſitus; ſe quidem Electioni, qua ſibi Dignitas Archiepiſcopalis offerebatur, lubenter renunciare, ſed nomine omnium Regem rogare, ne ipſos libertate privaret Canonice Epiſcopum eligendi, & ne ſua ætate Eccleſiæ privilegia proculcari pateretur. (*) Hoc reſponſo accepto Rex Præpoſitum, & Eccleſiæ Magdeburgenſis præcipuos ſingulos ad ſe vocatos partim precibus, partim promiſſis permovit, ut Tagmundum eligerent, cui ſine mora baculum paſtoralem, quo Arnulphus Epiſcopus utebatur, in ſignum Inveſtituræ hujus Eccleſiæ tradidit, & in Cathedram Pontificalem populo de more acclamante invexit. Tum pro Giſilerio officium funebre celebratum.

Tag-

(*) Ex hoc loco iterum cognoſcimus, libertatem Electionis Canonicæ non fuiſſe ex toto oppreſſam.

Tagmundus Discipulus erat S. Wolf- Sæculum XI.
gangi Episcopi Ratisbonensis, qui ab un- A.C.1004.
guiculis ceu filium educatum, ubi ad
maturiorem ætatem pervenit, omnibus
bonis suis temporalibus præfecit, & quia
eundem, a se multoties commendatum,
tam ab Imperatore quam a Duce Bavariæ
magni æstimari sciebat, non dubitabat,
quin aliquando suus Successor futurus
esset. At morti proximus Wolfgangus
ad se accersito Tagmundo dixit: *Admove os tuum ori meo, & accipe a Domino halitum spiritus mei, ut temperetur in te ardor juventutis igne charitatis. Si vero nunc Dignitate, quam habui, priveris, scito, te post annos decem hac majorem recepturum.* S. Wolfgango fatis functo anno nongentesimo nonagesimo quarto Tagmundus unanimi omnium consensu Episcopus Ratisbonensis electus Imperatorem adit, qui hanc electionem ratam habere nolens Mitram Ratisbonensem Gebhardo Capellano suo contulit. Hic quidem Tagmundum jubente Imperatore honestissime habuit; sed cum diversis viverent moribus non duravit amicitia, atque Tagmundus ad Regiam Henrici tunc Ducis Bavariæ se contulit, qui ob vitæ integritatem in paucis dilectum postquam Imperatoria Dignitate potitus est, Archiepiscopatu Magdeburgensi, post decennium, ut S. Wolf-

Ditm. lib. 5. p. 58. Sup. l. LVI. §. 42. LVII. 36.

Sæculum XI. A.C. 1004.

gangus prædixerat, auxit. Tagmundus multis donis Regem & Reginam, eosque qui iisdem secum ab obsequiis fuerant, ut gratum animum ostenderet, cumulavit.

§. XXII.

Wigbertus Episcopus Merseburgensis.

Inde Henricus Rex Merseburgum se contulit, ut solaretur Ecclesiam tamdiu Sponso privatam, & pristinæ Dignitati restitueret. Ibidem Tagmundus consecratus est Archiepiscopus Magdeburgensis in Festo Purificationis die secunda Februarii, anno millesimo quarto, ab Archiepiscopo Moguntino Willegiso, utriusque Suffraganeis, atque Papæ Legato præsentibus & consentientibus. Et quidem ab ipso Papa eum ordinari oportuisset, si præsens rerum status eam profectionem suscipere permisisset. Tunc quoque Rex Episcopatum Merseburgensem Wigberto Capellano suo contulit, adjectis omnibus, quæ Gisilerius huic Ecclesiæ contra fas subtraxerat, atque in signum Investituræ publice ei tradidit Baculum pastoralem Tagmundi Archiepiscopi, qui Wigbertum eadem die quatuor Suffraganeis assistentibus ordinavit. Ut vero Rex damnum Ecclesiæ Magdeburgensis repararet, prædium proprii sui Domi-

Dominii & magnam partem Reliquiarum S. Mauritii ex Regio Sacello acceptam dedit. Reliquiæ ex monte S. Joannis in urbem translatæ, & non obstante quod summa hyems esset terraque nive contecta, ipse Rex nudis incedens pedibus eas portavit. Sæculum XI. A.C.1004.

Wigbertus Episcopus Merseburgensis patriam habebat Thuringiam, ab Ottrico in Schola Magdeburgensi eruditus. Cum ingenua pueri indoles optima educatione exculta fuisset, eum Gisilerius Archiepiscopus sibi ab obsequiis esse voluit, diu apud se arcanorum conscium habuit, & Archipresbyterum creavit. Sed tandem cum ejus calumniatoribus aliquando faciles aures præbuisset, Wigbertus offensus, relicto Archiepiscopo, se Regi Henrico addixit, sibique ejus favorem conciliavit. Erat Wigberto species haud vulgaris, decens corporis habitus, vox amœna. Præterea acer consilio, eloquentia quoque valebat, contubernalibus suis jucundus, in omnes munificentissimus. Ceterum Ecclesiam suam datis compluribus agris, magno librorum numero, aliaque suppellectile Divina officia celebrantibus necessaria locupletavit. *Ditm. lib. 6. p. 68.*

Tagmundus vero Archiepiscopus vitam ducebat ab omni labe purissimam, justi-

Sæculum XI. A.C. 1004. justitiæ amans, & charitate proximi ardens, lenis sed constans & prudens sub habitu Canonicorum Institutum Monasticum servabat. Nullus Episcoporum illius ætatis familiarius cum Clericis suis agebat, eos magis diligebat, & frequentius coram populo dilaudabat. Singulis diebus Missam celebrabat & Psalterium recitabat, nisi morbo impediretur. Et quia valetudine jejunare prohibebatur, hunc defectum largis eleemosynis supplebat. Noctu sæpissime vigilabat. Priusquam S. Sacrificium obtulisset tristis & severus videbatur; postea hilariter omnibus colloquebatur. Nobili sanguine ortos amabat, nec tamen plebejos spernebat. Ceterum rem Ecclesiæ suæ tribus urbibus, uno latifundio & vestibus Episcopalibus magnificis auxit.

ibid. p. 75.

§. XXIII.

Episcopatus Bambergensis.

ibid. p. 66. Jam pridem Henricum Regem desiderium subierat Babenbergæ seu Bambergæ in Franconia Episcopatum instituendi. A puero hanc urbem amabat, sui patrimonii partem, & postquam Regiam consecutus est Dignitatem, cœpit in ea ædificare Ecclesiam, & omnia ad Divinas Laudes peragendas requisita congerere. Quia vero Bamberga Diœcesi Herbipolensi subjecta erat, rogavit Rex

Rex Episcopum, ut sibi eam cum sua di- Sæculum XI.
tione concederet, alios agros per com- A.C. 1004.
mutationis contractum offerens. Con-
sensit Episcopus addita conditione, ut
ipse posthac Archiepiscopus haberetur,
& Episcopus Bambergensis sibi subditus
esset. Itaque Rex Festum Pentecostes
Moguntiæ, vigesima quinta Maji, anno *tom. 9. Conc.*
Regni sui sexto, Salutis reparatæ mille- *p. 785.*
simo septimo celebrans declaravit, ce-
pisse se consilium in civitate Bambergensi
Cathedram Episcopalem erigendi. Nem-
pe cum liberos non sperarct, continen-
tiam cum conjuge Regina servans, ge-
stiebat, Deum patrimonii sui hæredem
scribere, atque operam conferre ad ab-
olendam Idololatriam apud Sclavos, quos
Bamberga sua habebat finitimos. Ut
vero Ecclesiæ Bambergensi Diœcesim
compararet, ab Episcopo Herbipolensi
Henrico Comitatum unum & partem
alterius territorii accepit, datis in vicem
centum quinquaginta aliis colonis. Hæc
pacta inita sunt consentientibus Episco-
pis, qui Conventui Moguntino interfue-
rant, videlicet Willegiso Archiepiscopo,
Buchardo Wormatiensi & quatuor aliis
ipsius Suffraganeis, Luitulfo Trevirensi
ejusque Suffraganeis, Theodorico Me-
tensi, Episcopis Tullensi & Virdunensi,
Heriberto Archiepiscopo Colonienſi, Not-
gero Episcopo Leodiensi ejus Suffraganeo,
Erluino

Sæculum XI. A.C. 1007.

Erluino Cameracensi, Tagmundo Archiepiscopo Magdeburgensi, & Hidulfo Episcopo Mantuano.

Rex Henricus postea Romam, cum suis & Episcopi Herbipolensis epistolis, misit duos ex suis Capellanis, Albericum & Ludovicum, qui novæ Institutionis confirmationem a Pontifice peterent. Joannes XVIII. coacta Synodo, quæ petebantur, datis ad omnes Galliæ & Germaniæ Episcopos literis, concessit. In iisdem dicit, novam Ecclesiam Divo Petro dedicatam, singulari jure sub præsidio Ecclesiæ Romanæ futuram, & tamen Archiepiscopo Moguntino Metropolitæ suo subditam fore. Datæ sunt autem mense Junio, Indictione quinta, nempe eodem anno millesimo septimo.

Capellanis Regiis Roma in Germaniam reversis, Rex frequentissimum Concilium Francofordiæ, prima Novembris eodem anno celebravit; quo etiam Episcopus Herbipolensis vocatus est. Sed quia sciebat, Titulum Archiepiscopi sibi fuisse denegatum, nec venire, nec quæ promiserat, implere voluit. Congregatis Episcopis intrans Rex usque ad terram se demisit; mox levatus a Willegiso Archiepiscopo Moguntino, in cujus Diœcesi Concilium habebatur, publice exposuit, se animo constituisse, novum Episcopatum condere, & addidit, accessisse

tom. 9. Conc. p. 784. Ditm. p. 67.

cessisse consensum Reginæ Conjugis suæ, cui Bambergam in usumfructum scripsisset, si eam aliquando viduam esse contigisset, & Fratris sui, quem hæredem suum futurum omnes præsumerent. Tum edixit, absentiam Episcopi Herbipolensis sibi nocere non posse, promittens, si ille veniret, se recepturum esse, quodcunque Concilium decrevisset. Sæculum XI. A.C. 1004.

Tunc vero Bernigerus Episcopi Herbipolensis Capellanus, & in eo Concilio Legatus, dixit; Dominum suum, Episcopum, metu Regis prohibitum fuisse, ne ad Concilium veniret, nunquam ipsum in detrimentum Ecclesiæ sibi commissæ consensisse, atque omnes in Concilio præsentes obtestari, ne se absente Ecclesiæ suæ nocerent. Tum alta voce ejusdem Ecclesiæ privilegia recitantur. Episcopis deliberantibus, Rex prosternebatur, quoties eorum suffragia vacillare videbat. Et tandem Archiepiscopo Moguntino interrogante, quid statuendum esset, primus omnium Tagmundus Archiepiscopus Magdeburgensis respondit, Canonice concedi posse, quod Rex petebat. Assensi sunt omnes reliqui, & literis Confirmationis, a Papa datis, subscripserunt. Leguntur nomina triginta quinque Episcoporum, quorum primus est, Willegisus Archiepiscopus Moguntinus cum suis Suffraganeis, Luitulfus Archi-

Concilium Francofordiense.

Sæculum XI. A.C. 1007.

Archiepiscopus Trevirensis, Hartungus Juvaviensis seu Salisburgensis, Heribertus Colonienſis, Tagmundus Magdeburgensis, Buchardus Lugdunensis, Badolfus Tarentasinus, & Anastasius Archiepiscopus Hungarorum, id est, Strigonienſis. Tres ultimi sine Suffraganeis subscripserunt. Henricus Rex novum Episcopatum Bambergensem Eberhardo Cancellario suo contulit, quem eadem die Archiepiscopus Moguntinus consecravit; postea vero Heribertus Colonienſis Herbipolensem Episcopum Regi reconciliavit. Ceterum præter Ecclesiam Cathedralem, SS. Petro & Georgio dedicatam, Rex Bambergæ ad meridiem Monasterium Canonicorum, S. Stephano, & ad Septentrionem Claustrum Monachorum SS. Michaeli & Benedicto Sacrum ædificavit.

§. XXIV.

S. Aufridus Episcopus Ultrajectenſis.

Mabill. Sæc. 6. Ben. p. 85. Boll. 3. Mar. to. 12. p. 428.

Inter Suffraganeos Episcopos Colonienſes, qui Concilio Francofordienſi interfuere, occurrit Ansfridus Episcopus Ultrajectenſis, quem alii Aufridum dicunt. Is nobilissima stirpe editus, & sub cura Roberti Archiepiscopi Trevirensis, patrui sui, educatus crescentibus annis, illustris juventutis more, militiæ nomen dedit, atque Brunonis Archiepiscopi Colonien-

lonienſis & Imperatoris Ottonis Magni, qui eum inter arcanorum conſcios adlegit, caſtra ſecutus eſt. Maxima ejus erat auctoritas ſive in Judiciis forenſibus, ſive in Comitiis publicis ſententia proferenda eſſet, utpote viri ſcientiis Divinis humanisque inſtructiſſimi. Sed homines quidam ſtupidi, cum Aufridum, quotiescunque otium erat, libros manibus terentem conſpicerent, dicebant, eum magis monachorum, quam procerum vitam ducere. Comitatum Lovanienſem adeptus, Latrocinia in Brabantia, ſicut in omnibus aliis provinciis frequentiſſima, adhibitis armis repellebat. Sæculum XI. A.C.1007.

Aufridus & Hilſuindis conjux ejus Monaſterium Thorenſe fundarunt, cui Benedicta, eorum filia, prima Abbatiſſa præfuit, quo etiam Hilſuindis mater ſe recepit, ibique Sancto fine vitam clauſit. Quare Aufridus conjugii vinculis ſolutus Inſtitutum monaſticum amplecti cogitabat. Sed Balderico Epiſcopo Ultrajectenſi anno nongenteſimo nonageſimo quinto fatis functo, Otto III. Imperator vacantem Epiſcopatum ei contulit. Ipſe onus detrectabat, quod jam ſenex eſſet, & optimam ætatem inter arma conſumpſiſſet. Nihilominus cum Imperatori urgenti reſiſtere non poſſet, gladium, quo accinctus erat, in civitate Aquisgranenſi ſuper Altare Sanctæ Virginis ponens dixit:

Sæculum XI. A.C. 1007.

xit: *Hucusque pauperum inimicos hoc ense persecutus sum, hodie vero tibi, Sanctissima Virgo! & collatam mihi Dignitatem & Salutem meam committo.* Sub vitæ finem cœcutiit, atque ad Monasterium a se fundatum confugit. Quamvis vero habitum induisset, Conciliis tamen & Comitiis vocatus intererat. Obiit anno millesimo decimo, die tertia Maji, & tam ipse, quam Hilsuindis uxor Sanctorum catalogo adscripti sunt.

§. XXV.

Roberti Regis Religio.

Mabil. præf. 1. Sæc. §. 7.

In Francia Robertus Rex Censuris Ecclesiasticis perterritus, & Abbonis Floriacensis hortatu commotus, Regina Bertha jam anno 1001. dimissa, postquam diu deliberasset, quam uxorem sibi deligeret, tandem exeunte anno 1006. Constantiam (*) Guilielmi Comitis Arelatensis

(*) Ad hunc locum Art. 9. Natalis Alexander: *Regem Pontifici non statim parentem, editum a Bertha monstrum, Interdicti pœna in Regnum decreta, & Subditorum atque Aulicorum summa Religio ad illam dimittendam induxere.* Denique ideo etiam Gregorius V. Robertum Regem ad dirimendas incestas nuptias compulit, ut nobilissimo Francorum Regno non spurii, sed legitimi hæredes procrearentur.

sis filiam accepit. Anno autem 1008. Rege Roberto auctore Kalæ * in Regio Palatio celebratum est Concilium decima septima Maji, cui Episcopi tredecim interfuere. Præcipui erant Leuthericus Archiepiscopus Senonensis, & Hugo Turonensis, Fulbertus Episcopus, qui ab anno 1007. præcedente Ecclesiæ Carnutensi præerat, & Adalbero Laudunensis, quem ad ætatem decrepitam pervenisse necesse est. De hoc Concilio nihil nobis supersest nisi Decretum Abbatiæ San-Dionysianæ favens, in quo Rex dicit, quod a Regno Imperatoris Caroli III. (is est Carolus Crassus) in illo Monasterio Regula usque adeo fuisset contempta, ut monachi sæcularem pompam sectati bona temporalia dissipassent, & privilegiorum suorum parte exuti fuissent. Quare ut rem restitueret Hugo Rex iis Abbatem dederat virum eximium, nomine Vivianum, Robertus vero Rex aliqua nova privilegia concessit.

Sæculum XI. A.C. 1008.

* Chelles.

tom. 9. Conc. p. 787.

Leuthericus Archiepiscopus Senonensis in errore de Corpore Domini nostri versabatur, quod non nunquam ad discernendos ab innocentibus reos per abusum illius ævi adhibebat. Hac super re Robertus Rex ad Archiepiscopum epistolam dedit in hæc verba: *Cum Corpus Domini Nostri Salus corporis & animæ illius esse debeat, qui id recipit, ex sensu verborum, quæ Presbyter, dum distribuit,*

Helgald. to. 4. Duchesne p. 64.

Sæculum XI. A.C. 1008.

profert, quomodo dicere audes, temerarie! recipe Corpus Domini, si dignus es? nam nemo dignus est. Quare corporis ærumnas & dolores Divinitati tribuis? per fidem, qua Deo obstringor, juro! nisi erratum emendes, Sacerdotii honore privaberis. Profuit hæc objurgatio Episcopo; nam perversam suam doctrinam, quæ inter Fideles propagari cœperat, suppressit. Non satis nobis liquet, quis fuerit hic error; (*) sed ex Epistola Regis cognoscimus, alia ac hodie prolata fuisse verba, cum Sacra Evchariſtia administraretur. Hodie enim dicimus: *Corpus Domini Nostri JEsu Christi custodiat animam tuam.* Tunc vero: *Corpus Domini Nostri JEsu Christi sit tibi Salus animæ & corporis.*

§. XXVI.

(*) Eminentissimus Cardinalis ad annum 1004. *Jam viperini fœtus e portis inferi, tanquam e matris utero enixi, in damnum Ecclesiæ emittebantur, qui se spiris sinuosis insinuabant in Sancta, ut Sanctum Sanctorum, Sacramentum Sacramentorum, si possent, aufferrent ab ea.* Si Archiepiscopus Senonensis nihil aliud dicere voluit, quam *accipe, si dignus es, id est, animo pœnitenti, & si non dignus es, recede*, tolerari potuisset. Pessime vero erravit, si credidit, tantum dignos, & non indignos, Corpus Domini accipere. In pluribus vero errasse Leuthericum illa verba indicant: *Quare corporis ærumnas Divinitati tribuis?*

§. XXVI.

Sæculum XI.
A.C.1008.

S. Bonifacius Martyr apud Ruſſos.

Inter hæc Bruno, alio nomine Bonifacius, ad Ruſſos profectus eſt, Evangelium prædicaturus. Eum ex primis in Saxonia ſtirpibus ortum, & Reges ſanguine contingentem, Mater Magdeburgum ad Giddonem Philoſophum miſit, quo Magiſtro ſcientiis humanis operam daret. Poſtea S. Adalberto Pragenſi in præfectura illius Scholæ ſucceſſit. Vocatus deinde ab Ottone III. Imperatore, in Palatii Sacello aliquamdiu ſerviit, usque adeo carus principi, ut eum animam ſuam appellaret. At Bruno relicta poſt breve temporis ſpatium Regia, anno circiter nongenteſimo nonageſimo ſeptimo, vitam monaſticam amplexus eſt. De labore manuum ſuarum vivebat, ſæpe non niſi bis in hebdomada, Die Dominica & Feria V. manducans. Semper nudipes incedebat, & non nunquam in urticis vel ſpinis ſe volutabat; ceterum Martyrii coronam conſequendi cupidiſſimus.

Act. SS. Ben. Sæc. 6. p. 79.

Ditm. lib. 6. p. 82. Vit. S. Romual. n. 39. 40.

Poſtquam ab Ottone Imperatore receſſiſſet Bruno, S. Romualdum ad montem Caſſinum ſecutus eſt, & deinde Peream prope Ravennam. Tandem magna vitæ parte in eremo conſumpta, cupiens Infidelibus Fidem JEſu Chriſti annunciare, Romam ſe contulit, prædicandi licen-

Sæculum XI. A.C. 1008. tiam a Papa petiturus. Quod iter non solum pedibus, sed etiam nudis, confecit, longe ante alios ambulans & continuo Psalmos decantans. Quotidie cibum capiebat, ut itineris labori sufficeret, sed non nisi dimidium panis, adjiciens in diebus Festis fructus arborum, aut radices, & sola aqua sitim levans. Papa Brunoni potestatem fecit Verbum Dei prædicandi, atque etiam Ordinationem Archiepiscopalem recipiendi, dato in hunc eventum Pallio. Revertens in Germaniam equo vehebatur, sed semper nudipes, etiam summa hyeme; unde non nunquam necesse fuit, ejus pedem adhibita aqua calida a scamillo solvere.

Cum Merseburgi Henricum Regem adiisset, ipso consentiente Tagmundus *Ditm. p. 82.* Archiepiscopus Magdeburgensis eum consecravit, & Pallium, quod ipse Bruno attulerat, tradidit. Episcopus consecratus singulis diebus tam officium Monasticum, quam Canonicum persolvebat, corpus jejuniis & vigiliis, ut nihil de longis itineribus dicamus, attenuabat. Omnibus rebus destitutum Boleslaus Dux Poloniæ, ceterique Optimates magnis donis cumularunt, quæ ipse in Ecclesias, in amicos, in pauperes, nihil sibi servans, sparsit.

Porro Bruno anno conversionis suæ duodecimo in Borussia fidem Christi prædi-

prædicavit, nullo sequente fructu. Tum Russorum fines ingressus Evangelium populis annunciare cœpit, regionis illius præcipuis viris frustra obnitentibus, qui tandem, cum ad silendum compelli non posset, comprehensum cum octodecim sociis capite truncarunt, decima quarta Februarii anno millesimo nono. Corpora Sanctorum Martyrum relicta sunt insepulta, donec ea Boleslaus multo auro redemit, domui suæ præsidio futura. Ecclesia hunc S. Martyrem sub nomine S. Brunonis decima quinta Octobris colit. Sæculum XI. A.C. 1009. *Mart. Rom.* 15. *Oct.*

§. XXVII.

Joannis XVIII. obitus. Sergius IV. Papa.

Eodem anno 1009. decima octava Julii obiit Joannes XVIII. Papa, postquam Sacram Sedem annis quinque & quatuor mensibus obtinuisset. Ipso sedente Ecclesia Constantinopolitana Ecclesiæ Romanæ unita erat, hujusque Papæ nomen cum nominibus ceterorum Patriarcharum in Missa recitabatur. Joanne defuncto cum Sacra Sedes vacasset tribus circiter mensibus, electus est Petrus, Episcopus Albanensis, patria Romanus, & Sergius IV. dici voluit, in Dominica die secunda Octobris anno 1009. coronatus. Is Romanorum natione primus invenitur nomen mutasse, sive id fecerit *Papebr. conat. Epist. Pet. Antio. to. 2. Monu. Cotel. p. 148.* *Epit. ap. Baro.* 1012. *Ditm. lib. 6. p. 84. Mabill. Sæc. 6. 84.*

Sæculum XI A.C. 1009.

rit ob Principis Apoſtolorum reverentiam, ſive ob cognominis fœditatem, nam teſte Ditmaro Bucca porci cognominabatur. Is Albanenſem Sedem tenuit annis quinque, & in Cathedra Petri ſedit annis duobus & novem menſibus.

Anno 1009. ex hac vita exceſſit S. Arduinus Presbyter Ariminenſis, qui, defuncto parente ſuo, Venerio Presbytero, Eccleſiæ S. Gregorii Rectori adhæſit, viro piiſſimo, quocum lectioni vacabat, & in omni virtutum genere exercitabatur. Atque ut ſolitudinis libertate fruerentur, ad Eccleſiam S. Apollinaris extra civitatem ſe receperunt, ubi orationi perpetuæ laborem manuum jungebant. Ad Arduinum poſtea Ordine Presbyteratus inſignitum complures confluxerunt, tum ut doctrinam ſalutarem ex ipſius ore haurirent, tum ut in rebus arduis ejus conſilio uterentur. Ipſe peccatores, & ipſum Comitem Ariminenſem Rudolphum arguebat. Plurimi dona largiter afferebant, quæ Arduinus omnia in egenos effundebat. Cum deinde Joannes Epiſcopus Venerio Abbatiam S. Gaudentii contuliſſet, amicum illo ſecutus Arduinus, ibidem ſancto fine quievit, decima quinta Auguſti anno 1009. Ejus Sepulchrum plurimis claruit miraculis.

Pet. Dam. Opuſc. VI. c. 26.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Sæculum XI.
A. C. 1009.

Eccleſia S. Sepulchri deſtructa.

Haud multo poſt allatum nuncium, Principem Babylonis Eccleſiam S. Sepulchri Jeroſolymæ deſtrui juſſiſſe, & tanquam exploratiſſimum habebatur in Francia, facinus Judæorum nequitia fuiſſe peractum. Rem Glaber Monachus narrat in hunc modum: Jam diu indignabatur Gens Hebræorum, innumerabilem hominum multitudinem pietatis cauſa ad S. Sepulchrum peregrinationem ſuſcipere. Tunc vero Aureliani, in qua civitate Robertus Rex multum verſabatur, permulti degebant Judæi, quibus magis ſuperbi aut ferociores nuspiam exiſtebant. Hi ergo quemdam nomine Robertum, Servum monaſterii Majlorenſis fugitivum, qui ſub habitu Peregrini temere per varias regiones vagabatur, mittunt cum epiſtola literis Hebraicis ſcripta, ſcipioni incluſa, & ad Principem Babylone imperantem directa, in qua monebant, niſi templum illud, quod a Chriſtianis tanto in pretio habebatur, demoliretur, brevi futurum, ut ipſum Regno exuerent. Princeps his perterritus Jeroſolymam miſit robuſtam manum, & Eccleſiam a fundamentis everti juſſit. Quin etiam S. Sepulchri ſpecum adhibitis ferreis vectibus effringere conati ſunt

Glab. III. hiſt. c. 7. v. Chro. Ademari. p. 175.

Sæculum XI. A.C. 1010. Saraceni, sed irritum fuit molimen. Nunc autem secundo hæc Ecclesia diruebatur, primo enim vastata fuerat anno 613. mense Junio, quando Persæ ignem subjecerunt. (*)

Sup. l. XL. §. 54. Lib. XXXVIII. §. 10. Chro. Pasch. p. 385.

Exinde in toto orbe omnibus perspectum fuit, Judæorum perfidiam hujus incendii causam extitisse. Tunc vero Christiani communi consilio statuunt, Hebræos ex omnibus terris ejicere. Quare omnibus ex publicis privatisque rationibus inviśi urbibus pulsi sunt, multi aquis suffocati, aut necati gladio, multi vario mortis genere perempti, non nullos desperatio eo adegit, ut sibi ipsis violentas manus injicerent. Pauci jam inter Christianos de ista hominum fæce nati conspiciebantur. Episcopi mandata ediderunt, ne quis Christianorum in quocunque demum negotio cum Judæis communicaret; si vero ad Fidem converti vellent, recipi jubebantur. Unde com-

(*) Nostra ætate Templum supra Sepulchrum JEsu Christi extructum, pedes ferme ducentos longum, centum & decem latum, eminente in medio fornice orbiculato & aperto, quo vapores centum triginta sex lampadarum ardentium exitum habeant. Opere tignario cedrino, plumbo tectum, & intus innumeris imaginibus Musivis magnifice ornatum, describitur. P. Boucher Ord. FF. Min. in suo itin.

complures, mortis metu ad petendum Baptismum compulsi, postea ad vomitum redierunt. Sæculum XI. A.C.1010.

Cum Servus ille, qui epistolam Babylonem detulerat, tanti mali auctor, Aurelianum reversus, a quodam peregrino ipsius in Orientalibus plagis itineris socio deprehensus fuisset, & convictus, quod etiamnum arcana cum Judæis, a quibus ingentia proditionis præmia accepisset, communicaret consilia, vinculis constringitur, ad quæstionem rapitur, dire fustibus cæditur; cumque tormentis impar esset, crimen confessus est. Illico a Prætoribus Regiis ad ignem damnatus, extra urbem inspectante omni populo flammis traditur. Porro elapsis post ruinam templi Jerosolymitani annis quinque, Judæi, qui interea in diversis terrarum angulis latitaverant, prodire & pristinas sedes repetere cœperunt. Eodem anno Principis Babylonii mater, Christianis Sacris addicta, nomine Maria, Ecclesiam S. Sepulchri restauravit, rursusque incredibilis hominum multitudo ex omnibus orbis partibus Jerosolymam confluxit. Permulti etiam ad perficiendum opus magnam auri vim congesserunt. Hactenus Glabri narratio. Haud diu vero post, nempe anno 1012. Henricus Rex quoque Judæos ex Urbe Mogutia pelli voluit. *Chron. Sox.* 1012.

Græci

Sæculum XI. A.C. 1010.

Græci rem hoc modo contigisse referunt: Anno Mundi 6518. Indictione octava, nempe anno reparatæ Salutis 1010. Azizius, Ægypti Præfectus, pace olim cum Romanis sancita levi ex causa violata, Magnificum S. Sepulchri Jerosolymitani templum evertit, monasteria destruxit, & ejectos monachos dispersit.

Cedr. p. 706.

§. XXIX.

Califæ Fatimitæ.

Sup. l. LV. §. 13.

At vero Scriptores Orientales literis mandarunt, S. Sepulchri destructorem, ex Califis Fatimitis tertium *Haquem Biamrilla*, non autem Azizium ejus parentem extitisse. Quod ut facilius intelligatur, propius ad originem redeundum est. Memoravi suo loco potentiæ Fatimitarum in Africa exordia, primosque duos hujus Stirpis principes, Mahometem *Mehedi*, & *Caim*, ejus filium. Hic Successorem habuit filium *Almanzor*, cui filius *Moez Lidinilla* successit. Is Ægypto, anno Hegiræ 358. Christi nati 969. in suam potestatem redacta, Çalifa in illa mundi parte proclamatus, recitari preces prohibuit, quæ nomine Califæ *Abbaside*, Bagdati regnantis, offerebantur. Unde Schisma inter Musulmannos exortum, his Califam Abbasidenum, illis Califam Fatimitam venerantibus, quod ante annos ducentos extingui non potuit.

Elim. lib. 3. p. 227. Bib. Or. Moez p. 595.

tuit. Anno Hegiræ 362. Salutis 971. Moez novam urbem condidit, Regni sui Sedem, cui nomen *Alcaira*, id est, *Victrix*, datum, quod sideribus illam tenentibus stationem, qua Mars Planeta dominatur, fuisset ædificata. Hanc urbem nos Cairum (*) appellamus. *Moez* anno Hegiræ 365. Salutis 975. e numero mortalium deleto, successit filius Azizius *Billa*. Sæculum XI. A.C. 1010.

Is duxerat uxorem Christianam, ex qua filiam suscepit. Hinc ut dilectæ conjugis amori aliquid daret, duos ejus fratres, Jeremiam Jerosolymæ, & Arsenium Alexandriæ, Patriarchas, ambos Melchitas, constituit. Arsenius a Califa Ecclesiam Beatissimæ Virginis huc usque a Jacobitis occupatam petiit & obtinuit, exinde factam Ecclesiam Melchitarum Patriarchalem. Azizius anno Hegiræ 386. Salutis nostræ 996. ex hac vita decedens, Successorem reliquit filium *Haquem Biamrilla* annos natum undecim, qui annis viginti quinque sceptrum rotavit. *Elmac. p.* 247. *Elmac. p.* 243.

Erat

(*) Cairus & Alcairus, Ægypti maxima civitas, opportuno loco sita, ubi nimirum Nilus primum secatur, ac formam ψ facit, Lutetiam Parisiorum, ut quidam ajunt, quinquies superat. Geogr.

Sæculum XI. A.C. 1010.

Erat vero *Haquem* in homines improbus & impius in Deos, fatuus, leviter mutabilis, & usque adeo crudelis, ut aliquando iræ intemperans magnam urbis Cairi partem flammis vastari & cives plurimos trucidari jusserit. Christianos Judæosque persecutus est, istorum Synagogas, illorumque Ecclesias demolitus. Unde complures in Apostasiam lapsi impiam Mahometis superstitionem susceperunt. Sed postea *Haquem* iisdem potestatem fecit, pristinam Religionem denuo profitendi & Sacella sua restaurandi. Tandem Divinos honores affectans, habebat conscriptum illorum indicem, qui ipsum Deum crederent, non pauciores, quam sexdecim hominum millia. Principis insaniæ adulabatur quidam impostor Persa, nomine *Mahomet* Ismaelis filius, & cognomento *Darari*, qui anno Hegiræ 408. Christi 1017. in Ægyptum venerat. Is *Haquem* Principis juvenis obsequiis se addixit, amorem & magna beneficia sibi conciliavit, in vulgus spargens, hunc juvenem, Deum esse, Creatorem universi. At populus pessimum servitutis genus aversatus turpe mancipium *Darari* neci destinat, quem quidam Turca ipsius Califæ curru vectum interfecit. Tum occisi ædes diripiuntur, clauduntur portæ civitatis, & in illo tumultu, qui triduo tenuit, non nulli Dararici,

Elm. p. 259. Abulfarag. p. 221. Bibl. Or. Hakem Hemrillap. 411.

Elm. p. 264. Bibl. Orie. Dararicum. p. 287.

rarici, nam Sectatores aliquos habebat veterator, vita exuti. Sæculum XI. A.C.1010.

Quin etiam Succeſſorem habuit de ſua natione Perſam, nomine *Hamza*, filium *Ahmed*, cognomento *Alkadi*, id eſt, Rector. Qui, cum multi ad ipſum confluerent Diſcipuli, Magiſtros conſtituit aliquot in Ægypto & in Syria, nam & huic Provinciæ Califæ Fatimitæ, imo & late in Arabia, dominabantur. Docebat vero *Hamza* omnem vitæ licentiam, ſuosque cum ſororibus, cum filiabus, cum matribus inceſte coire, tanquam in juſto conjugio, permittebat. Eosdem ab omnibus Religionis operibus, a jejunio, ab oratione, a peregrinatione immunes pronunciabat. Hinc magnus Sectatorum numerus crevit, quippe eum præterea *Haquem* aperte tuebatur, atque ejusdem Doctrinam amplexus, Califæ, Summique ſuæ gentis Pontificis, munere fungi negligebat, nec publice preces concipiens, nec in *Moſchea* diebus Veneris ad populum dicens. Tempore *Ramadan* non jejunabat, non duo Muſulmannorum Feſta celebrabat; quin etiam per annos aliquot peregrinos Mecham ire prohibuit.

§. XXX.

Eccleſiæ Orientis.

Idem Tyrannus Zachariam Patriarcham Jaco-

Sæculum XI. A.C. 1010.

Jacobitam Alexandrinum crudelem in modum perſecutus eſt. Sed Patriarcharum illorum ſeries nobis altius repetenda eſt. (*) Gabrieli anno 938. mortuo ſucceſſit Cosmus, qui illam Sedem tenuit annis duodecim. Tum Macarius, qui ſedit annis viginti. Tum Theophanes anno Hegiræ 345. JEſu Chriſti 956. electus. Is ad Mahometanorum Sectam defecit turpis Apoſtata; quare ab Epiſcopis Jacobitis captus, cimbæ imponitur, & necatur. Corpus in mare projectum. Sederat annis quatuor & dimidio, & Patriarcha numero ſexageſimus habetur. Theophanis Succeſſor fuit Menas anno Hegiræ 350. Salutis 961. ordinatus. Huic ſucceſſit Ephrem, anno Hegiræ 367. Salutis 977. ordinatus, qui poſtquam ſediſſet annis tribus & dimidio, veneno ſublatus eſt a quodam Scriba Chriſtiano, ideo tetrum facinus auſo, quod eum Patriarcha concubinam habere prohiberet. Ceterum Ephrem Patriarcha omnia bona ſua pauperibus diſtribuit, conſuetudinem Simoniacam ordinationes accepto auro vendendi abolevit, Moezio Califæ ob excellentes virtutes

Chro. Orien. p. 132. *Sup. l. LV.* §. 13. *Elm.* p. 229.

p. 230. p. 246.

(*) Labore & induſtria prorſus ſingulari Fleurius monumenta univerſa ad illuſtrandam Religionis Chriſtianæ hiſtoriam facientia ex omnibus partibus collegit.

tutes adeo carus, ut ei sæpius ad Regiam vocato amicissime colloqueretur, & honorifice haberet. Sæculum XI. A.C. 1010.

Eodem Patriarcha Alexandriæ sedente, inter vivos agebat Severus, *Elmocfab* filius, Episcopus Asmoninus, Doctorum inter Jacobitas facile primus. Is eximius Theologus inter suos habebatur, linguæ Copticæ seu Ægyptiacæ, & Arabicæ peritissimus. Unde eundem Ephrem Patriarcha delegit ad disputandum cum quodam Judæo Africano, qui, petita a Moezio Califa Fatimita licentia, in colloquio publico coram Principe instituendo, se Catholicos manifesti erroris convicturum jactaverat. Sed contrarium evenit, nam a Severo victus non sine rubore recessit. Severus amicitiæ fœdere etiam junctus fuit Vazæ Reæ filio, qui viso miraculo, quod S. Mercurii precibus tribuebatur, conversus, & vitam Cœnobiticam in Monasterio S. Macarii amplexus, complures libros, atque inter alios vitam suam scripsit. Tandem Martyrium passus est. *Elmac. p. 246.*

Severum vero Asmoninum celebrem effecerunt varia opera, quæ hinc inde in Bibliothecis, præsertim in Bibliotheca Regis nostri reperiuntur. Præcipuum inter cetera est Historia Patriarcharum Alexandrinorum a S. Marco usque ad Dioscorum & a Dioscoro usque ad suam æta- Severi Asmonini Scripta.

Sæculum XI. A.C. 1010.

ætatem deducta. Verum in hac secunda parte, non nisi Jacobitas commemorat. Dicit, quod ad scribendam hanc Historiam antiquis libris Græcis, Copticis, & Arabicis, qui in Monasterio S. Marii servabantur, usus fuerit. In eadem historia refert, puerum in Evchariſtia fuisse conspectum, quod etiam commemorat Vaza in vita sua, addens, quod hunc eventum a Severo accepisset.

Perpetuit. to. 3.

Cetera Severi Opera tum Moralia, tum Theologica sunt: Expositio brevis Fidei secundum Hæresim Jacobitarum. Responsum ad Tractatum Patriarchæ Melchitæ Eutychii contra Jacobitas de Mysterio Incarnationis. Dissertatio de Unitate Dei contra Judæos & *Motazales* seu Epicureos Mahometanos. Refutatio cujusdam Operis *Ebnobeid*, Metropolitæ Nestoriani Damasci de Symbolo. Responsa Canonica, & aliquot alii Tractatus de Disciplina. Hi libri non sine laude citantur a plerisque Auctoribus, qui posteriores scripserunt, etiam a Melchitis, licet Orthodoxis. Namque utuntur non nunquam Severi Scriptis de Evchariſtia aliisque Quæstionibus, in quibus Jacobitæ & Melchitæ non dissentiunt, & quæ omnibus Christianis utiles esse possunt. Tunc autem hæc Scripta dissimulato Auctoris nomine commemorant.

Ephrem

Ephrem defuncto in Sedem Alexandrinam evectus est Philotheus anno Hegiræ 371. Christi 982. seditque annis viginti quinque. Is pecuniam amabat & epulas, optimas horas in balneo consumens. Simoniæ vitium in Ordinationibus revexit, obiitque ex concepto terrore, quem ei in Ecclesia S. Marci Missam celebranti objecta visio incussit. Philothei ætate Melchitarum Patriarcha fuit Arsenius, ut memini, unicus, quem post tempora Eutychii adnotatum invenire potui. Sæculum XI. A.C. 1010.

Philotheo successit Zacharias, Jacobitarum Patriarcha anno Hegiræ 393. Salutis nostræ 1003. Califæ *Haquem* septimo, ordinatus, atque annis viginti octo hanc Sedem tenuit. Jussu tyranni objectus est leonibus fame pressis, qui tamen illæsum (*) reliquerunt; sed novem *Elmac.* 263.

(*) Hic Fleurius ab Adversario sæpe nominato in sua Reflexione ad hanc locum incusatur, quod Lectoribus suis insinuet, Hæreticos (qualis superius erat Vaza, qui dicitur Martyrium passus) vel Martyres esse posse & patrare miracula, vel Jacobitas, juratos Eutychianos, non fuisse Hæreticos. Sed suspicionibus, fundamento carentibus, male torquetur hic Adversarius. Nam æquitas postulat, ut vox Martyrii hic accipiatur pro morte Christiani quomodocunque demum, Fidei causa, tolerata, non autem in sensu stricto

Sæculum XI. A.C. 1012. *Chr. Orient.*

vem postea annis se se occultavit. Omnium Ecclesiarum foribus diu occlusis nemini licebat Missam celebrare, nisi in Ecclesia S. Mauritii, coegitque Califa Christianos Crucem de collo pendentem, Judæos vero caput vituli gestare. Tandem *Haquem* Califæ Soror, occupato fratris consilio, quippe ab amicis monita fuerat, ab eo sibi quoque perniciem imminere, furere non desinentem, interfici jubet, anno Hegiræ 411. JEsu Christi 1020.

§ XXXI.

Concilium Legionense.

Pelag. Ovet. p. 64. tom. 9. Conc. p. 817.

In Hispania cum Rex Alphonsus V. cum Regina Elvira conjuge sua Legionem, Regni sui Caput, venisset, omnibus Episcopis, Abbatibus, Proceribus, in Festo S. Jacobi vigesima quinta Julii, Æra 1050. seu anno Christi 1012. congregatis, Concilium

---

& proprio. Deinde, cum Leones Zachariam Jacobitam intactum reliquerint, rem Historiæ Fleurius fideliter refert. Quod vero Jacobitas fuisse Hæreticos crediderit, aliis argumentis prætermissis probatur ex Fleurii Discursu seu Dissertatione III. post lib. LIX. ubi dicit: *Inde Hæreses antiquissimæ hodieque persistunt, atque Christiani Orientis Episcopos Patriarchasque diversarum Sectarum, Melchitas, Nestorianos, Jacobitas, qui Eutychiani sunt, habent.*

lium celebravit, cujus Canones septem nobis supersunt. In primo statuitur, inposterum in omnibus Conciliis primo loco causas Ecclesiasticas esse pertractandas. Nempe hæc Concilia simul erant Comitia politica, in quibus de negotiis Reipublicæ agebatur. Secundo, addit Concilium, agetur de causa Regis, & tertio de causis ad Salutem populi pertinentibus. Abbates & Monachi sub Jurisdictione Episcoporum suorum sint, & Episcopi Diœcesanos alterius non recipiant. Reliqui Canones præcipiunt, Bona Ecclesiarum custodiri, atque ex iis dispicimus, Bona illa in Hispania non minus quam in ceteris Regionibus fuisse a cupidis hominibus direpta. Alphonsus Rex urbem Legionensem ab *Almanzor* & filio ejus *Abdelmelie* vastatam ædificavit, & incolis implevit. Leges Gothicas revexit, aliasque addidit, & postquam regnasset annis viginti novem, telo ictus occubuit, prope Viseum in Lusitania anno 1028. Legione sepultus. Veremundus III. ejus filius in Regno successit.

Sæculum XI. A.C. 1012.

c. 6.
c. 3.

§. XXXII.

S. Elfegius Cantuariensis.

In Anglia S. Elfegius Archiepiscopus Cantuariensis ab obitu S. Dunstani quartus, Disciplinam Ecclesiasticam, post mortem maximi viri, collapsam restitue-

vit. Sæc. 6. *Ben. p.* 115. *Boll.* 19. *Apr. to.* 10. *p.* 630.

Sæculum XI. A C. 1012.

re omnibus viribus conabatur. Is, circa annum nongenteſimum quinquageſimum quintum nobiliſſima proſapia ortus, & a prima ætate, relicto mundo, vitam Monaſticam profeſſus, poſtquam per aliquot annos in obedientiæ ſchola animum exercitaſſet, conditi a ſe Monaſterii Bathenſis Abbas fuit. S. Ethelwoldo deinde anno nongenteſimo octogeſimo quarto fatis functo, Epiſcopus Wintonienſis, eo modo quo retuli, ordinatus, omni virtutum genere claruit. In hyeme, terra frigore conſtricta, noctu e cubili ſe proripiens nudis pedibus ſola interula tectus exibat ad orandum. Quandoque in aquis præterfluentis usque ad cingulum ejus contingentibus ſtans orabat. Nunquam carnes, niſi ægrotaret, comedebat. Maxima pauperum cura erat, nec quemquam ſuæ Diœceſis palam mendicare, nec exterum vacuis manibus abire patiebatur. Si vero aliæ opes defeciſſent, egenis ſublevandis theſaurum Eccleſiæ impendebat.

Sup. l. LVII §. 13.

S. Dunſtanus, vitæ ſuæ finem imminere ſentiens, a Deo inſtantiſſima oratione poſtulavit, & obtinuit, ut ſibi Elfegium ſucceſſorem daret. Quandoquidem poſt obitum S. Dunſtani Ethelgarus uno anno Archiepiſcopus Cantuarienſis fuit. Tum anno nongenteſimo octogeſimo nono Siricius antea Epiſcopus Wiltonienſis

Wilhelm de geſt. Pont. p. 203.

Mabill. Sæc. 6. Ben. p. 61.

tonienſis, & anno nongenteſimo nonage- Sæculum XI.
ſimo ſexto Alfricus, qui prius Siricii in A.C.1012.
Sede Wiltonienſi Succeſſor, eidem etiam
in Cantuarienſi ſucceſſit. Is Sedem Archiepiſcopalem tenuit annis decem, non ſolum virtutibus, ſed etiam Doctrina inſignis. Grammaticam & Dictionarium ſcripſit. Primos S. Scripturæ Libros, & quædam alia Opera in linguam Saxonicam, id eſt, Anglicam vertit. Complura in eadem lingua compoſuit, inter alia Hiſtoriam ſuæ Eccleſiæ, Sermonesque centum & octoginta. In Actis Conciliorum occurrit Epiſtola Alfrici ad Epiſcopum nomine Wulfinum data, conti- *tom. 9. Conc. p. 1003.*
nens Regulas pro informandis Clericis ſuis, ex quibus apparet, fuiſſe homines rudiſſimos, ne quidem præcipua profeſſionis ſuæ officia ſcientes. Præſertim inculcat, teneri ipſos ad ſervandam (*) continentiam. Obiit Alfricus anno 1006. poſtquam Eccleſiam Cantuarienſem an-

(*) Alfricus quoque de Cœlibatu Clericorum ex traditione a tempore Apoſtolorum accepta teſtis eſt. Ita ut omnino obſtupeſcendi locus ſit, Proteſtantes rem per omnia ſæcula tantopere teſtatam in dubium vocare. Si vero ex eo, quod multi hanc legem Eccleſiaſticam contempſerint, inferre voluerint, legem non extitiſſe, una ſimul vim præceptorum Divinorum eludent, quæ a plurimis violantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum XI. A.C. 1012.

nis decem rexisset, atque Sanctorum numero adscriptus est.

Itaque Alfrico defuncto Elsegius, postquam Ecclesiæ Wintonienſi* annis viginti duobus præfuisset, annos natus quinquaginta duos ad Sedem Cantuarienſem translatus est. Romam profectus, ut e manu Summi Pontificis Pallium acciperet, cœlo revelante cognovit mortem Quenulfi, sui in Sede Wintonienſi Successoris, qui hanc Dignitatem data pecunia emerat. Ubi in Angliam rediit, Ethelredus Rex, ipsius & Odulstani Archiepiscopi consiliis impulsus, indicta in quodam loco, qui *Ænham* dicebatur, Synodo, omnes Episcopos & Proceres Angliæ convocavit, in qua Canones triginta duo ad reformandam Disciplinam, & mores, inprimis Monachorum & Sacrarum Virginum, conditi. Presbyteri usque adeo Canones spernebant, ut aliqui duas mulieres aut etiam plures alerent, jamque turpis abusus in consuetudinem abierat. Præcipit Concilium, ut pellices dimittant, addito promisso, si continentiam servarent, fore, ut privilegiis nobilibus viris concessis gaudere sinerentur. Fideles jubentur superstitiones Paganorum fugere, atque Incantatores, Hariolos, Sagas ejicere. Christianus non venumdetur extra patriam, præsertim ad regiones Infidelium abstra-

* Wincheſter.

tom. 9. Conc. p. 789.

c. 4.

c. 6.

abstrahendus. Nemo uxorem ducat sibi in sexto gradu affinem, aut priore uxore non defuncta. Omnes Census Ecclesiæ debiti præsertim S. Petri denarius reddantur. Festa & Jejunium Feriæ sextæ serventur. Fideles sæpe confiteantur, & saltem ter in anno communicent. Mulctæ injunctæ ob crimina contra Deum commissa, quamvis eas Judex Sæcularis decernat, in usum Ecclesiæ convertantur.

Sæculum XI. A.C. 1012.

c. 8.

c. 9. 10. *&c.*

c. 20.

c. 31.

§. XXXIII.

S. Elfegii Martyrium.

Inter hæc Piratæ Dani Angliam invadebant, viris, consilio, opibus destitutam. Ergo Elfegius suis exhortationibus Barbarorum furorem sistere, imo eorum Duces ad fidem convertere conabatur. Captivos redimebat, extremam famem patientes nutriebat sibi benedicentes, Infidelibus sannas ingerentibus. Obsessa tandem a Danis Cantuaria anno 1011. vi summa ab armatis superatur. Tunc vero victoris ferro vel flammis injectis consumpta omnia. In feminas quoque & in parvulos sævitum. Elfegius, de manibus monachorum suorum ipsum in Ecclesia tenentium repente elapsus, currit ad forum cadaveribus stratum, & in cuneos hostium se ingerens, *parcite*, exclamat, *parcite*. *Quid vobis*

vit. n. 6.

Roger. Hoved. p. 131.

Sæculum XI. A.C.1012.

cum inermibus, cum innocentibus, cum feminis, cum parvulis? me, me sternite, si viri estis. Ego adsum, qui vestra crimina semper libero ore castigavi, qui captos a vobis pavi, vestivi, redemi. Mox itaque comprehenditur, & intercepto manibus gutture vox loquentis, ne plura probra ingereret, præpeditur, vinculis palmæ innectuntur, genæ unguibus dissecantur, pugnis & calcibus latera tunduntur. Ecclesiam quoque igni comburunt, populum Clericosque gladio interficiunt, decimo cuique parcentes, unde non plures quam quatuor monachi & octoginta viri sæculares servati sunt. Ceterum Elmerum S. Augustini Abbatem dimiserunt liberum; sed Goduinum Episcopum Rofensem, & Leofrunam Abbatissam S. Mildrithis vinculis dederunt.

S. Elfegium septem mensibus in carcere detinuerunt barbari. At parvo temporis intervallo duo eorum millia percussa per duros viscerum cruciatus interierunt. Tunc a Christianis excitati, qui malum a Cœlo immissum credebant, ad Archiepiscopum currunt, veniam petunt, & a vinculis liberant. Dicebat vero vir Sanctus: *Etsi crudelitas vestra veniam non promereatur, tamen quid nos facere deceat, exemplo Domini edocemur, qui suorum dignatus lavare pedes discipulorum, illum non excluſit, a quo*

quo se tradendum esse præscivit, qui grassatores ad se capiendum missos, postquam prostravit, erexit, qui pro persecutoribus suis & se crucifigentibus Patrem suum Cœlestem oravit. Hæc elocutus, dato omnibus pane a se benedicto, eos exitiali clade liberavit. Cumque sanitati restituti essent, miserunt ad Elfegium principes quatuor, qui nomine omnium pro impenso beneficio gratias agerent; verum addiderunt, si Episcopus vita & libertate frui vellet, tria millia marcarum eis persolveret. Quod cum ille facere renueret, eum denuo ligant, & exquisitis tormentis in ipsa Resurrectionis Domini die, decima tertia Aprilis, anno 1012. affectum iterum in carcerem detrudunt. Sæculum XI. A.C. 1012.

Sabbato proximo S. Elfegius de carcere educitur, & jumento impositus ad judicium pertrahitur, acclamantibus Danis: *Solve aurum, quantum petimus, nisi mavis hodie mundo spectaculum fieri.* At ille: *Aurum vobis Divinæ Sapientiæ propono. Relinquite superstitionem, quam diligitis, & ad verum Deum convertimini. Quod si consilium Dei per me vobis annunciatum obstinata mente spreveritis, pejori profecto quam Sodoma morte peribitis, nec in hac terra radices agetis.* Tunc Diaboli satellites in Virum Sanctum prosiliunt, aversis securibus in terram deji- *vit. n. 13.* Elfegius Archiepiscopus Cantuariensis.

Sæculum XI. A.C. 1012.

dejiciunt, lapidibus, ossibus & capitibus bovinis obruunt. Ipse genua flectens pro percussoribus suis Deum oravit, & prolapsus in terram iterumque resurgens, Ecclesiam suam bono Pastori commodavit. Tandem Danorum aliquis, quem pridie confirmaverat, barbara pietate motus, ne scilicet Episcopus diutius in mortis confinio laboraret, securim capiti ejus infixit; ex quo vulnere Spiritum reddidit. Passus est autem in Sabbato Hebdomadæ Paschalis, die decima nona Aprilis, anno 1012. postquam Archiepiscopus Cantuariensis annis sex, & homo annis quinquaginta octo fuisset. Principibus Danorum, Martyris corpus flumini immergere volentibus, obsistunt Infideles ab ipso conversi, quorum magnus erat numerus; namque armati procurrunt, saltem defuncti corpus sibi vindicaturi. Miraculum litem inter Barbaros exortam diremit. Londinenses vero comperta S. Viri morte Corpus multo auro redemptum in urbe sua sepelierunt; quod elapso decennio Cantuariam translatum. Ecclesia S. Martyrem ipsa obitus die colit.

Martyr. Ro. 19. Apr.

§. XXXIV.

Gero Archiepiscopus Magdeburgensis.

Ditma. l. 6. p. 74.

Eodem anno 1012. cum Ecclesiæ Cathedrali Bambergensi ultima manus fuisset imposita, [illegible]m Henricus Rex in Natali

tali suo, die sexta Maji, solemni Ritu dedicari voluit. Adfuere Episcopi plus quam triginta sex cum Joanne Patriarcha Aquilejensi, cujus primæ partes in illa consecratione fuerunt. Duæ etiam Abbatissæ Sophiæ & Adelheidis Ottotonis III. Imperatoris sorores interfuerunt, atque in illius diei lætitia Rex compluribus reis veniam dedit, aliis promisit. Eodem anno Festum Pentecostes celebravit Merseburgi, qua die Missa a Tagmundo Archiepiscopo Magdeburgensi decantanda fuisset; sed ipso a morbo correpto Ditmarus Episcopus Merseburgensis hoc munere defungi jussus est. E vivis abiit Tagmundus octava Junii postquam annos octo & quatuor menses Sedem Magdeburgensem obtinuisset. Rex de ejus obitu certior factus, misit Henricum Episcopum Herbipolensem, qui Capituli Cathedralis & Vasallorum mentem exploraret, priusquam ad electionem secundum Canonem procederent. Omnes vero una voce professi sunt, cupere se Archiepiscopum habere Waltherum Præpositum, cui vocato, & soli ad conclave admisso, Rex diu collocutus est. Ipse exiens comitibus suis annulum e digito suo fulgentem ostendit, dixitque: *En, gratiæ a Rege mihi factæ pignus.* Tum omnibus ad Regis solium convenientibus, ipse in Waltheri laudes effunditur.

Sæculum XI. A C. 1012.

Chron. Sax. an. 1012.

Ergo

Sæculum XI. A.C.1012. Ergo Electione canonice peracta, illico ei Rex baculum Pastoralem tradit, atque Waltherus dicto Regi Sacramento ad Ecclesiam perducitur, omnibus Divinas laudes decantantibus.

Hæc discimus referente Ditmaro, teste præsente, atque exinde omnia cognoscimus, quæ in Germania, cum eligendus esset Episcopus, sub Rege Sancto Henrico observabantur. Quolibet Episcopo defuncto, res ad Regem deferebatur, ejus consensus antequam Electio fieret, exspectabatur, Rex electionem confirmabat, dans Electo annulum & Baculum pastoralem, & juramentum fidei ab eo accipiebat, priusquam Ecclesiæ suæ possessionem adiret. Quantum interfit hæc notasse, ex iis, quæ sub sequentibus Imperatoribus evenerunt, intelligemus.

Sabbato sequente Arnulphus Episcopus Halberstadiensis Waltherum jubente Rege in Thronum Episcopalem immisit, quem Die Dominica quinque ipsius Suffraganei consecrarunt. At Sedem Magdeburgensem non plus septem septimanis tenuit, mortemque oppetiit 12ma Augusti eodem anno 1012. vir admodum severus videbatur, sed revera mitis erat, Justitiæ amans, propositi tenax, atque ad defendenda Ecclesiæ jura virtute constantiæ præditus. Ubi eum post brevem morulam expiraturum crediderunt sui, e lectulo

Ditm. p. 77. 78.

lectulo levatum in cilicio deponunt, cinerem manibus aspergunt, pectori crucem alligant, cereosque accendunt. Libri ejus, quos collegerat, quamprimum conspectus est mortuus, direpti sunt. Interea Theodoricus, Ditmari Episcopi nepos, Archiepiscopus Magdeburgensis electus fuerat; id vero Regi non probabatur; quare effecit, ut Gero Capellanus suus ad Episcopatum promoveretur, & Geroni Theodoricum subrogavit. Gero igitur in Festo S. Mauritii vigesima secunda Septembris anno millesimo duodecimo ordinatus est. Sæculum XI. A.C. 1012. *p. 79.*

Post Festum S. Martini Henricus Rex Confluentiam profectus, convocato amplissimo Concilio Theodoricum Episcopum Metensem, ceterosque in Lotharingia seditionis reos damnari petiit. Quippe Theodoricus Reginæ Cunegundis germanus in Regem Sororium suum arma arripere, jam anno 1012. ausus fuerat, quod ille agros Sorori suæ, si vidua futura esset, destinatos Ecclesiæ Bambergensi adscripsisset. Hinc in Concilio Dedicationis Bambergensis querelas contra Theodoricum moverat Rex, in Concilio autem Confluentino Sacris Episcopo interdictum est, donec objectum crimen dilueret. *Chron. Sax.* 1012. *Ditm. lib. 6. p. 54. 80.*

§. XXXV.

Sæculum XI. A.C. 1012.

§. XXXV.

Sergii IV. obitus. Benedictus VIII. Papa.

Chron. Sax. 1013. *Ditm. p.* 84. *Pap. conat.*

HenricoRege Poldenæ in SaxoniaNatalem Domini anno milleſimo duodecimo celebrante, advenit novus Papa Benedictus VIII. omnibus dignitatis Pontificiæ inſignibus fulgens, & coram omnibus lamentabilem in modum expoſuit, quod ab inimicis urbe expulſus fuiſſet. Nempe Sergio IV. eodem anno 1012. decima tertia Julii, poſtquam in Cathedra Petri ſediſſet annos duos & novem menſes, defuncto, & in Eccleſia S. Joannis in Laterano ſepulto, Romani in partes abierant, his cuidam Gregorio adhærentibus, aliis Joannem Epiſcopum Portuenſem, Gregorii Comitis Tuſculanenſis filium eligentibus. Vicit vero Joannes, & Papa ſalutatus Benedictus VIII. appellari voluit. Sacram Sedem deinde annis duodecim tenuit. Tunc vero cum Gregorii factio prævaleret, Benedictus ex urbe fugere, & opem Henrici Regis petere, compulſus fuerat.

Chron. Caſſ. l. II. c. 27.

§. XXXVI.

Obitus S. Libentii. Unvan *Archiepiſcopus Bremenſis.*

Sup. lib. LVII. §. 16.

Anno ſequente milleſimo decimo tertio S.Libentius, ſeu *Lievezo* Archiepiſcopus

pus Bremensis & Hamburgensis obiit, postquam diu ægrotasset. Ultima ante diem obitus nocte ad circumstantes dixit: *Filii mei! discite ex meo exemplo nunquam de Bonitate Divina diffidere. Dominum Papam Benedictum in exilium proficiscentem huc secutus sum, quamvis multi ab illo proposito me dimovere conarentur. Huic dum vixit studiosus adhæsi, & post ejus obitum Domino meo Adaldago servivi, ut potui. Is pauperes suos fidei commisit meæ, tum a cubiculis esse jussus sum. Huic etiam communi vestra electione, & Regis munere, in Episcopatu licet indignus sueceſſi. Omne, quod invicem peccavimus, Christi amore ex corde remittamus. Hoc autem in extremis salubre vobis consilium do, ut Ottonem Fratrem vestrum Rectorem nostræ Ecclesiæ eligatis, & Deum oretis, ut id Regi placeat.* Omnes se ejus suasioni morem gesturos polliciti sunt.

Sæculum XI. A.C. 1013.

Mabill. Sæc. 6. p. 115. Ditm. lib. 6. p. 80. Sup. l. LVI. §. 11.

Decessit e vita altera die, quæ erat Dominica, 4ta Januarii, S. Antistes, anno post susceptum Pontificatum vigesimo quinto. Quo nuncio accepto Henricus Rex magnum dolorem ob tanti viri jacturam, sed simul se firmam spem in defuncti precibus apud Deum ponere professus est. Cum vero Otto cum Delegatis Ecclesiæ vacantis ad eum venit, electionem confirmare recusavit, Archi-

Sæculum XI. A.C. 1013

episcopatum Hamburgensem contulit *Unvan* Capellano suo, & a Delegatis repugnantibus, ut tandem utcunque consentirent, obtinuit. Tum, arrepta Ottonis manu, aliam gratiam se ei concessurum promisit. Ergo *Unvan* Baculum pa-

Chron. Sax. 1013.

storalem tradit, eumque se præsente a Gerone Archiepiscopo Magdeburgensi, duobus Episcopis assistentibus, ordinari jubet. *Unvan* deinde Pallium a Benedi-

Adam. l. II. c. 33.

cto VIII. accepit, & Ecclesiæ Hamburgensi atque Bremensi annis sexdecim præfuit, vir nobilissimo genere ortus, dives, & munificus præsertim in Clericos suos, summis infimisque carissimus.

§. XXXVII.

Ecclesia Saxoniæ afflicta.

ibid. c. 30.

Ultimis quibus Libentius Archiepiscopus sedit annis Sclavi Saxoniæ inferiori extremam calamitatem attulerunt. Nam Ottone III. Imperatore fatis functo hi populi favente occasione usi, cum Saxones de Regni Successione rixarentur, excusso jugo arma corripuerunt, se se in libertatem asserturi. Præterea Sclavorum animi sponte aversi Christianorum præfectorum crudelitate pejus accensi

Helmod. lib. 1. *c.* 16.

sunt. Præfuerat illi regioni Benno Dux Saxoniæ, vir virtutum splendore clarissimus, Ecclesiarum defensor; quo mortuo, succedens filius Bernardus pacem Saxo-

niæ,

niæ, commota in Regem Henricum sedi- Sæculum XI.
tione, turbavit, omnium Ecclesiarum, A.C. 1013.
maxime illarum, quarum Rectores ipsius defectionem horrebant, hostis infensissimus. Nec memor prudentiæ & clementiæ, qua pater ejus avusque Sclavis pepercerant, & auri cupiditate abstractus miseros oppressit, unde gens illa jam nullam nisi in desperatione salutem quærebat; cum novum etiam accederet malum a Marchione Theodorico, qui Sclavos in Saxonia Orientali crudelissimi habebat.

Ergo hi populi barbara feritate necdum penitus depositа, cum nec Religio Christiana apud eos firmas radices egisset, simul fidem Christo & Saxonibus Dominis suis juratam abjecerunt. Regionem totam, qua Albis, nobilis amnis, Septentrionem spectat, igni ferroque devastarunt. Cunctas Ecclesias incenderunt, & fundamenta ipsa subruerunt, diverso mortis genere Presbyteros ceterosque Altaris Ministros interemerunt, cunctis ultra Albim Christianæ fidei vestigiis extinctis. Ex civitate Hamburgensi multos captivos tum Clericos, tum cives laicos abstraxerunt, multo pluribus in odium fidei trucidatis. Aldinburgi, qua civitate nulla alia majore Christianorum incolarum numero gaudebat, reliquis omnibus ferarum instar ad interne-

Sæculum XI. A.C. 1014.

cionem deletis, sexaginta Presbyteros, quibus, priusquam necarentur, furiose illuderent, servarunt. Quippe miseros dissecta in formam crucis suprema verticis pelle, atque etiam cranio, ita ut cerebrum perspiceretur, perforato, per omnes Sclavorum urbes, ligatis a tergo manibus circumduxerunt, cæciderunt, & donec quisque eorum occumberet, torserunt. Acta horum Martyrum, si conscripta fuissent, grande volumen implessent. Ita omnes Sclavi inter Albim & Eidoram positi Christianæ Religioni, postquam eam annis septuaginta, scilicet Ottonibus imperantibus, tenuissent, renunciarunt.

§. XXXVIII.

S. Henricus Imperator coronatur.

Chron. Sax. Ditm. lib. 7. init.

Inter hæc Rex Henricus, itinere in Italiam suscepto, Papiæ Festum Nativitatis Domini anno millesimo decimo tertio celebravit. Benedictus Papa VIII. prior Romam redierat, cumque & Rex adveniisset, Imperator coronatur vigesima secunda Februarii anno millesimo decimo quarto, in festo, quo S. Petri Cathedra colitur. Ritus autem hic servatus. Henricum Regem & Cunegundem Reginam vallabant duodecim Senatores, quorum sex barba rasa Romanorum, & sex prolixa, in superiore labro decore horri

Muratori Anecd. to. 2. p. 204.

horrifico more Francorum, baculos in manibus tenentes, incedebant. Ita ad Basilicam S. Petri, ubi eum Papa præstolabatur, perveniens interrogatur, an Romanæ Ecclesiæ Defensor, Papæ autem ejusque Successoribus per omnia fidelis esse vellet. Rege id promittente, Papa eum consecravit & Imperatorem cum Regina Sponsa coronavit & priorem Henrici coronam super Altare Principis Apostolorum suspendi præcepit. Eadem die Papa Principibus cœnam exhibuit sumptuosam in Palatio Lateranensi. Hæc ita a Ditmaro Episcopo accepimus. Sæculum XI. A.C. 1014.

Glaber Monachus relatis adjicit, Pontificem præparari jussisse pomum aureum, cinctum duobus circulis gemmeis decursatis, supereminte cruce ex auro purissimo. Pomum typus erat mundi, Crux Religionis Christianæ, cujus tutela ad Imperatorem spectat, & gemmæ figura erant virtutum, quibus Cæsarem, Mundi Dominum, ornatum esse decet. Pomum mundi Symbolum non erat novum inventum, nam in nummis antiquis Antiqui Imperatores ejusmodi signum rotundum manibus tenere visuntur. Cum ergo hoc pomum coram omni populo a Papa sibi datum Imperator hilari vultu acciperet, *docere me vis*, inquit, *Sanctissime Pater, qua potissimum ratione me populos regere oporteat.* Tum pomum *Lib. 1. hist. c. ult.*

Sæculum XI. A.C. 1014.

suspiciens, adjecit: *Nemini mortalium hoc donum magis convenit, quam illis, qui projiculcata mundi pompa, libere Crucem sequuntur.* Tumque pomum istud aureum misit ad Monasterium Cluniacense, quod jam antea muneribus plurimis cumulaverat, quia illa ætate nullibi sanctius Regula observari credebatur. Addit Glaber in hoc loco: *Sanæ rationi omnino consentaneum, & consuetudine optime approbatum videtur, quod nullus Principum Imperatoris Titulum sibi arroget, nisi quem ob magna merita Papa elegerit, & tantæ Dignitatis insignia tradiderit.* His verbis Glaber testificatur, quænam hac de re illo ævo opinio viguerit, nam ista Historia S. Odiloni, anno 1049. fatis functo, inscripta est.

Henricus Imperator Romæ commorans aliquando ex Presbyteris quæsivit; cur recitato Evangelio Symbolum Fidei non decantarent, ut mos in aliis Ecclesiis ferebat. Responderunt: cum Ecclesiam Romanam nullo unquam tempore Hæresis infeciisset, non opus esse, ut Fidem suam, nec dubiam, nec suspectam, profiteretur. Nihilominus suadente Imperatore Symbolum in Missa solemni decantari imposterum Benedictus Papa jussit. Id nobis Berno Abbas Augiæ divitis, cum hæc gererentur præsens, testatum facit.

Bern. Aug. de Miss. c. 3.

§. XXXIX.

Sæculum XI.
A.C.1014.

§. XXXIX.

Concilium Ravennatense.

Henricus Imperator Archiepiscopatum Ravennatensem Arnulpho fratri suo contulerat. Quia vero de possessione ei lis movebatur, ipsum iterum in Cathedram invehi, & in propria Ecclesia a Pontifice consecrari voluit. Econtra petebat, ut Adalbertus, illius Sedis invasor, de gradu Sacerdotali dejiceretur, quem tamen, prudentum virorum consilio obsecutus, Ecclesiæ Aricienſi præfecit. Papa vero Episcopos quatuor ab Archiepiscopo Leone jam cœco ordinatos deposuit. *Ditm. p. 15.* *Sup. §. 3.*

Arnulphus Neo-Archiepiscopus eodem anno millesimo decimo quarto, ultima die Aprilis, in Ecclesia Resurrectionis Ravennæ Concilium celebravit, cui interfuere Sigefridus Episcopus Placentinus, & complures alii Provinciarum Æmilianæ, Flamminianæ, & Pentapolitanæ. Ad Episcopos hujus Synodi delatum, quod vacante Sede Ravennatensi, nempe mensibus undecim ab obitu Friderici, anno millesimo tertio defuncti, multa & præter alia Ordinationes illicitæ atque Dedicationes Ecclesiarum contra Canones fuissent peractæ. Unde in prima Sessione statutum, ut omnes illegitime ordinati, usque ad accuratam *tom. 9. Conc. p. 833.*

Sæculum XI. A.C. 1014.

cauſæ diſcuſſionem, ſuſpenſi eſſent. Altera die decrevit Concilium, ut in omnibus Eccleſiis & Sacellis ab Adalberto conſecratis Sacra interdicerentur, & Benedictio illa nulla declararetur. Tertia die ſub pœna anathematis omnibus illius provinciæ Epiſcopis prohibitum, ne Sacrum Chriſma venumdarent, aut pretium pro commendatione animarum, vel ſepulturis acciperent; tum omnia, quæ Gerbertus & Fridericus præceperant, confirmata. Item prohibitum, ne Archipresbyteri Benedictionem populo impertirentur, aut Confirmationem cum Sacro Chrismate conferrent, quod hæc miniſteria ſolis Epiſcopis eſſent reſervata.

§. XL.

S. Henrici Religio.

Cum Henricus Imperator in Italia verſaretur, Epiſcopatum Bobienſem ex conſilio illius provinciæ Epiſcoporum, qui id neceſſarium æſtimarunt, inſtituit. Hic ille locus eſt, in quo S. Columbanus vitam poſuit, & ubi ſervantur ipſius Reliquiæ. Imperator Feſto Paſchali, quod hoc anno 1014. in vigeſimam quintam Aprilis inciderat, Ticini celebrato, iterumque ſuperatis Alpibus, ad varias Eccleſias pietatis cauſa paucis comitantibus peregrinatus eſt. Interim Arduinus, qui ſe hucusque

Ditm. p. 85.

usque Regem Italiæ appellari voluerat, quamprimum Imperator tergum Italiæ vertisset, Vercellas quidem suo milite implevit, unde Leoni Episcopo vix fuga elabi permissum, sed tandem ad officium redire compulsus, relicto sæculo in monasterium Fructuariense se recepit, ubi anno 1018. 2. Martii, e vivis abiit, a quibusdam in Sanctorum numerum relatus.

Sæculum XI. A. C. 1014.

Mabill. Act. Ben. Sæc. 6. p. 350.

Henricus Imperator in Germaniam revertens in itinere divertit ad S. Odilonem Abbatem Cluniacensem, quem sibi carissimum sæpe invisebat, & non nunquam ad Regiam deducebat. In ista vero commoratione Monasterio coronam suam, Sceptrum, globum, vestem Imperialem, Crucifixi effigiem, nempe summatim auri centum pondo dono dedit, & postquam impetravit, ut hujus Sanctæ Congregationis fratribus adscriberetur, petiit ab omnibus semper pro se orari, iisque agros fertilissimos in Alsatia, datis literis, concessit. S. Meinvercus Episcopus Paderbornensis, Imperatorem in illa profectione secutus, occasione usus, a S. Odilone monachos sibi dari petiit, qui monasterii in suburbiis Paderbornæ condendi seminarium existerent. Ceterum Cluniaco asportavit pondus panis, mensuram vini, Librum Regulæ, Hymnorum, Antiphonarum, atque ad suos reversus

vit. S. Meinverc. n. 26. Boll. 5. Jul. to. 19. p. 521. Chr. Adem. p. 171.

Sæculum XI. A.C. 1014.

extra urbem in honorem S. Benedicti Sacellum fundavit, celeberrimum futurum monasterium.

Henricus, celebrato Bambergæ Pentecostes Festo, ad Monasterium Corbejense in Saxonia pervenit, ubi dissoluta monachorum vita acriter offensus, ad eos reformandos animum adjecit, atque eorum sexdecim, qui pervicacissimi videbantur, carceri includi jussit. Situm erat Corbejense monasterium in Diœcesi Paderbornensi; cumque S. Meinvercus Episcopus illud quadam die visitans probrose fuisset ejectus, Imperator, ab eo monitus, Abbatem deponi, eique Drutmarum monachum Lauresheimensem subrogari jussit. Quod monachi impatientissime ferentes cuncti, novem exceptis, discesserunt. At postea complures reversi Sacræ Regulæ jugo colla submiserunt.

Chron. Sax.

Monasterium Corbejense.

vit. c. 10. n. 370.

Ditm. p. 88.

Vitæ monasticæ amore usque adeo captus est Henricus Imperator, ut etiam eam amplectendi consilium inierit. In paucis autem diligebat Richardum Abbatem S. Vitoni, Virduni, cui multum auri argentique atque vasa pretiosa dono dedit; cumque quadam die veniisset, cellas monachorum nuper exstructas inspecturus, claustra ingrediens, latus unum Episcopo Heimone, alterum Richardo Abbate stipantibus illud Psalmi recitavit:

Mirac. Ben. Rich. n. 8. Sæc. 6. Ben. p. 533.

vit: *Hæc requies mea in Sæculum Sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Notavit Imperatoris verba Episcopus, tumque, ubi Abbatem solum habuit, ait: *Cave sis, ne hunc Principem recipias, &, quod unice cupit, cucullo involvas, nisi totum Imperium perditum velis.* Sapienter locutus Episcopus visus est Abbati, atque in re tanta ingenio suo usus & Imperatori satisfecit, & Reipublicæ non nocuit.

Sæculum XI. A.C. 1014. *Psalm.* 131. 14.

Namque Imperatorem in mediam Congregationem deductum interrogavit Abbas, an Monachus esse cuperet. Respondit ille obortis lacrymis, se animo constituisse, in hoc ipso loco, deposita veste sæculari, inter monachos Deo servire. Rursusque Abbas: *Visne secundum Regulam & exemplum JEsu Christi obediens esse usque ad mortem?* Imperatore respondente, se vero id promittere & ex toto corde velle. *Et ego,* reposuit Abbas, *te monachis meis adscribo, atque ex hac hora curam Salutis tuæ in me suscipio. Hinc volo, ut in timore Dei, quæcunque jussero, facias.* Henrico iterum affirmante, in potestate Abbatis se futurum, tandem Richardus: *Itaque volo & jubeo, ut ad Sæculum redeas, Romanum Imperium tibi a Deo commissum regas, atque virili constantia & justitia inviolabili, omnibus viribus, totius Reipublicæ*

S. Henricus Monachus in voto.

Sæculum XI. A.C. 1014.

publicæ salutem conserves. Obediit piissimus Princeps, licet animus repugnaret, nec Imperii clavum dimisit. Sed exinde sæpius ad Richardum Abbatem divertit, ejusque consilio in gravissimis Reipublicæ negotiis usus est.

§. XLI.

S. Meinvercus Paderbornensis.

vit. c. 1. n. 4. Sanctus Meinvercus Paderbornensis ex Clericis Halberstadiensibus ad Regiam Ottonis tertii, cui affinitatis vinculo jungebatur, ad obeundum Capellani munus evocatus fuerat. Episcopo *c. 3. n. 17.* deinde Paderbornensi, anno millesimo nono, defuncto, Henricus Rex accersito ad se Meinverco subridens & chirothecam ei tradens, *accipe*, ait. Et Meinverco respondente, *quid accipiam?* Reposuit Rex: *Episcopatum Paderbornensem.* Rursus Capellanus: *Cur de isto Episcopatu viverem? satis opum mihi est, unde Ecclesiam hac pinguiorem instituam. Ex mea mente loqueris*, inquit Rex, *cupioque, ut tuis opibus hujus Ecclesiæ paupertatem subleves.* Ille hilariter: *Accipio & Episcopatum & conditionem.* Moxque a Willegiso Archiepiscopo Moguntino, Metropolita suo, Episcopis, qui tunc forte in Regia versabantur, assistentibus, consecratur. Episcopali Ordine insignitus Meinvercus nihil antiquius habuit, quam

quam Ecclesiam suam Cathedralem, a Barbaris vastatam, e ruinis eductam magnifice reparare. Ut autem suæ Diœcesi in futurum consuleret, ab Henrico Rege nunc fundos, nunc bona mobilia obtinuit. Effecit etiam singulari industria, ut tum complures proceres, tum viri Ecclesiastici, atque etiam privati plurima sane latifundia suæ Ecclesiæ conferrent, unde hinc populi Religio eximia, inde maximum Episcopi in locupletanda Ecclesia sua studium perspicitur. Non minor fuit de rebus conservandis, quam acquirendis cura. Solicite providebat, ne servis, quibus hos agros excolere incumbebat, necessaria deessent, segnes castigabat, fideles & sedulos donis excitabat. Diœcesim suam affectu pastorali visitabat, solus non nunquam per vicos sub mercatorum peregrinorum habitu latens commeabat, ut nihil eorum, quæ ad regimen populi pertinerent, ipsum fugeret. Nihil omisit, quod ad literas colendas, & erudiendam juventutem facere posset. Unde sub Imado Meinverci nepote & Successore Schola Paderbornensis eximie floruit. In ea Studiosi septem liberalibus artibus, Lectioni Poetarum & Historiæ Scriptorum, arti eleganter formandi literas, atque Pictoriæ operam dabant. Namque ex hac schola postmodum Anno Archiepiscopus Colonienſis, Fridericus Mogun-

Sæculum XI. A.C. 1014.

c. 6. 7. 8.

c. 10. n. 72. & s.

n. 78.

Sæculum XI. A.C. 1016.

Moguntinus, Altmannus Paſſavienſis & complures alii prodierunt. S. Meinvercus vero poſtquam Eccleſiam Paderbornenſem annis viginti ſeptem rexiſſet, Sabbato Pentecoſtes anno milleſimo trigeſimo ſexto die quinta Junii ad Superos translatus eſt.

§. XLII.

Papa Saracenos depellit.

Ditm. lib. 7. p. 96.

Anno 1016. Saraceni Italiæ litora invadentes Lunam civitatem in Thuſcia capiunt, Epiſcopum fugant, atque illa regione potiuntur. Quod cum publica fama ad Benedictum Papam detuliſſet, miſſis ad Epiſcopos & Eccleſiarum Defenſores mandatis omnes cum armatis ad ſe venire præcipit, ſperans, adjuvante Deo, Mahometanos non vinci modo, ſed etiam deleri poſſe. Simul maximam quam poterat lemborum multitudinem arcano conſilio præmittit, quo fugientibus via maritima occluderetur. Cum nihilominus Rex Saracenorum cognoviſſet, ſe in periculo verſari, ne libertas fugiendi ſibi præriperetur, paucis comitantibus evaſit. Ipſius vero milites in unum agmen collecti in Chriſtianos irruunt, & per triduum eos prœliis ſternunt. Sed tandem variante fortuna in fugam acti Infideles inſtantibus Romanis ad unum omnes cæduntur. Nemo inter-

interfectorum numerum inire, nemo spoliorum molem satis æstimare potuit. Capta Saracenorum Regina, ut audaciæ pœnas daret, capite truncatur. (*) Papa vero capitis muliebre ornamentum aureum & gemmis distinctum sibi vindicavit, & prædæ partem, quæ mille libris computabatur, Imperatori transmisit. Spoliis inter victores divisis, Christiani ad propria tecta remeantes, Deo gratias læti canebant. At Saracenorum Rex uxoris supplicio & exercitus jactura attonitus, misso ad Pontificem sacco castaneis referto, significari jubet, se proxima æstate tot numero loricatos in aciem educturum esse. Remisit Pontifex exiguum saccum milio plenum, & responderi præcepit, rediret ad diripiendum secundo S. Petri Patrimonium, si e re sua facturum se crederet, sed sciret, totidem vel plures armatos irrumpentem excepturos. Sæculum XI. A.C. 1016.

Sub idem tempus Romæ terra in Parasceve statim post Adorationem Crucis violento motu concussa est, cumque quidam Judæus de Synagoga Græcorum ad Papam detulisset, quod illa ipsa diei hora gentis suæ homines Imaginem Crucifixi *Chro. Adem. p. 177.*

(*) Ignobilis in feminam captam vindicta! Quamquam enim viri, feminæve, more Amazonum in acie pugnantes, sterni possint, devictis tamen & captivis parcere gloriosius.

Sæculum XI. A.C. 1016.

fixi ludibrio haberent, & Papa missis exploratoribus comperisset, constare de indicii veritate, illusores ad mortem damnavit, quibus capite (*) plexis, quievit terra & ventorum furor cessavit.

§. XLIII.

Normanni in Italia.

Glab. III. c. 1.

Inter hæc Romam advenit vir nobilis natione Normannus nomine Rudolphus, qui cum Richardum Ducem Normanniæ acriter offensum haberet, relicta patria, omnia sua, quæ loco moveri poterant, avexerat. Ei Pontifex adversæ fortunæ vices sibi narranti bellicæ artis peritissimum cognoscens, exposuit, Occidentis Imperium a Græcis lacessi. Quippe Basilius Imperator missis ad *Catapan* suum, id est, exiguæ regionis in Italia, quæ sibi parebat, præfectum, mandatis, tributa exigi jusserat, atque ille imperata facturus provinciæ Beneventanæ partem in suam potestatem redegerat. Ergo querebatur apud Rudolphum Papa, deesse sibi in illa regione virum, qui Græcos depelleret. Condixit operam Normannus, atque Beneventum a Papa missus, Italos ea fortitudine & prudentia

(*) Hic primo clarissimum occurrit exemplum, Summum Pontificem potestate Principis Sæcularis in maleficos usum fuisse.

tia duxit in Græcos, ut in acie semper victores extiterint. Sæculum XI. A.C. 1016.

Non erat ignota in Italia Normannorum fortitudo. Quandoquidem ante annos abhinc sexdecim, nempe circa annum millesimum, Normanni quadraginta a profectione Jerosolymitana redeuntes Salernum pervenerunt, quam civitatem tunc Saraceni obsidebant. Mirabantur in advenis Itali grandem staturam, corporum robur & arma tractandi peritiam; quare Gaimarus Salerni Princeps arma & equos hospitibus dari jussit, qui delecto opportuno tempore factaque eruptione, obsidentes in fugam egerunt. Princeps Salernitanus collaudatos muneribus cumulare parabat, rogans, ut in sua urbe sedem figerent. At illi, solius Dei & Religionis amore impulsos se pugnasse, responderunt, & rejectis donis in patriam reversi sunt. Princeps vero ne penitus vacuos dimitteret, Legatos addidit abeuntium comites, poma citrina, amygdalas, aliosque, quibus Italia abundat, fructus, tum etiam pannos pretiosos, & auro intexto nitentia equorum strata in Normanniam deferentes, quo illi populi ad petendam Italiam, quæ tales divitias produceret, excitarentur. *Chron. Cass. lib. II. c. 37.*

Itaque fama Rudolphi victorias ubique vulgante innumera Normannorum multitudo cum uxoribus & liberis non *Glab. ibid.*

Sæculum XI. A.C.1016. permittente modo, sed etiam urgente Duce Richardo patriæ valedixit. At Rudolphus cum multis prœliis adversus Græcos initis victor nihilominus proprias vires accidi cerneret, & Italos bello ineptos sciret, trans alpes ad Imperatorem Henricum venit, suo ore rerum statum Principi expositurus. Henricus, quem jam pridem virum bello celeberrimum videndi desiderium tenebat, venientem humanissime excepit. Posteriora tempora nos docebunt, quanta rerum vicissitudo hunc primum Normannorum in Italiam adventum secuta fuerit.

§. XLIII.

Ecclesia Germaniæ.

Episcopis, quos S. Henricus Imperator in deliciis habuit, merito accensendus est S. Wolbodo Leodiensis, qui in Flandria ex illustri familia natus, & in Capitulo Ultrajectensi educatus, illi Scholæ postea præpositus est. Balderico, qui Notgero successerat, defuncto, Imperator Episcopatum Leodiensem anno millesimo decimo septimo Wolbodoni dedit, qui, deinde a S. Heriberto Coloniensi consecratus, ad eundem Imperatori reconciliandum non parum contulit. Postquam Sedem illam tenuisset annis quatuor, vigesima Aprilis, anno 1021. obdormivit in Domino. Successorem habuit

vit. Sæc. 6. Ben. p. 174. Boll. 20. Apr. to. 10.

buit Durandum, naſcendi conditione ſervum; quia vero Scientia eximium & virtutibus ornatum S. Wolbodo apud Imperatorem laudaverat, ille ad Dignitatem Epiſcopalem evectum Dominorum ſuorum Paſtorem conſtituit. (*) Sæculum XI. A.C. 1016.

In Saxonia Ædidius Epiſcopus Misnenſis ex Polonia redux in Domino obiit Lipſiæ vigeſima Decembris anno 1015. Is Capituli Magdeburgenſis alumnus nulla alia re ad recipiendum munus Epiſcopale permotus eſt, quam ut Deo animas lucraretur, & licet genere nobilis, atque multorum agrorum Dominus opulentus, nihilominus paupertatis Evangelicæ illuſtre exemplum omnibus præbuit. Una veſte contentus erat, & nunquam linea utebatur, non nunquam frigore usque adeo rigebat, ut vix poſt longum tempus in hypocauſto calorem recipere poſſet. Multum jejunabat, & ſæpius pedibus quam equo vectus proficiſcebatur. Annona in itinere deficiente, aut *Ditm. lib. 7. p. 91.* Epiſcopatus Misnenſis.

(*) Hodie Eccleſiæ Leodienſi præeſt Eminentiſſimus noſter Ordinarius, electus anno 1744. Epiſcopus Ratisbonenſis anno 1719. Friſingenſis 1727. S. Rom. Eccl. Cardinalis Presbyter creatus a Papa Benedicto XIV. anno 1746. Titulo Eccleſiæ S. Laurentii in pane & perna, cujus cenſus ad exornandam eandem Eccleſiam & ſarta tecta conſervanda deſtinavit.

Sæculum XI. A.C. 1016. quacunque alia premente calamitate, Deo Gratias agebat, comitibusque ſuis præcipiebat, ut Deum laudarent. Verbum Dei prædicando, baptizando, Fideles confirmando, non ſolum in ſua Diœceſi, ſed etiam in aliis deſudabat. Præterea S. Ædidius complures Eccleſias conſecravit, & ſæpe Miſſam non celebrans, nam raro S. Sacrificium offerebat, raro S. Chriſma conficiebat, & paucos Clericos ordinabat. Continuus fletus S. Viri oculos corrupuerat. Parciſſime cibum ſumens & paupertatis ſemper amantiſſimus Eccleſiæ ſuæ prope ducentas Servorum ſeu Subditorum familias acquiſivit. Ita viginti tribus annis in Epiſcopatu vitam laboribus plenam produxit, quæ aliis Epiſcopis diſplicebat, ſicut & ipſi aliorum mores non probabantur.

Ædidio haud diu ſuperſtes fuit Meingaldus Archiepiſcopus Trevirenſis, quo defuncto Imperator huic Sedi præfecit Popponem, Leopoldi Marchionis filium, Eccleſiæ Bambergenſis Præpoſitum, eumque ab Archambaldo Archiepiſcopo Moguntino conſecrari voluit, nequicquam reclamante Theodorico Epiſcopo Metenſi, dicente, ſibi, primo Eccleſiæ Trevirenſis Suffraganeo, competere, ut Metropolitam ſuum ordinaret.

Ditmarus Epiſcopus Merſeburgenſis, qui hæc facta literis conſignavit, elapſo exin-

exinde quadriennio, nempe prima De- Sæculum XI.
cembris anno milleſimo decimo nono, & A.C. 1006.
ipſe obierat. Is ex primis ſtirpibus in *vit. per Rein. & antiqua. p.* 120.
Saxonia ortus erat, cujus Majores pater- Ditmarus
ni maternique exercitibus præfuerant, Merſebur-
atque etiam in toga a tempore Henrici genſis.
Aucupis Cæſaribus maxima præſtiterant
obſequia. Adelheidis Imperatrix, cum
Otto III. filius per ætatem populos rege-
re non poſſet, virum fideliorem Sigefri-
do, Ditmari parente, non habuerat, quem
poſtea ipſi Ottoni a conſiliis eſſe voluit.
Ditmarus ergo a prima ætate Quedlin-
burgi apud feminam ſibi conſanguineam
educatus & deinde Magdeburgi inter
Monachos alumnus, vitam monaſticam
amplexus eſt, quin tamen Dominium
complurium latifundiorum abdicaret. (*)
Namque ea conditione Henricus Rex ei
Epiſcopatum Merſeburgenſem, defuncto
Wigberto, anno 1009. contulit, ut bo-
nam eorum partem Eccleſiæ ſuæ donaret.
Annos triginta tres natus, quando Eccle- *Chro. Sax.* 1009.
ſiæ Merſeburgenſi præfectus eſt, eamque *Ditm. lib.* 6. *p.* 69.
annis decem & ſeptem menſibus regens,

(*) Latus diſputandi campus; an in ſenſu proprio & ſtricto fuerit Monachus. Nimirum, an neceſſarium ſit, ut vir Religioſus ſe Dominio rerum ſuarum abdicet, vel potius ſufficiat, ſi ſe uſu arbitrario privet, & juxta exemplum Apoſtolorum omnem ad eas affectum exuat.

Sæculum XI. A.C. 1016. solicite curavit, ut fundi Ecclesiæ suæ, tunc cum Otto Imperator eam Sedi Magdeburgensi jungeret, subtracti restituerentur, & novos acquireret. Illa vero re maxime Ditmarus æternam sui memoriam posteris commendavit, quod scriptam a se Historiam nobis reliquerit. Exordium capit a Regno Henrici Aucupis, eamque usque ad annum millesimum decimum octavum perducit, annis ultimis diem accurate adnotans. Sui ipsius imaginem nobis depingit magnæ humilitatis indiciis; dicit enim, se exiguum esse corpore, & vultus prope temnendi, ceterosque manes suos ingenuo candore profitetur. In ipso historiæ corpore, præter plurima facta vulgaria, complura etiam maximi momenti, præsertim vitam & virtutes Episcoporum sibi coævorum refert. Sæpe queritur, quod Optimates Ecclesiarum Bona diriperent (commune Germaniæ, Franciæ & Italiæ malum) Episcopos invaderent, atque parum auxilii in auctoritate & reverentia Summorum Principum supereſſet.

§. XLV.

Ecclesia Poloniæ.

In fine Historiæ suæ Ditmarus narrat victorias reportatas de Principe Russorum a Boleslao Duce Poloniæ, qui capta Kiovia, quæ Russiæ caput erat, maximam inde

inde auri vim abvexerat. In illa urbe Archiepiscopus sedebat, in eaque plus quam quadringentæ Ecclesiæ numerabantur. Russorum victor Boleslaus Ecclesias in Polonia a Miecislao, parente suo, fundatas, agros, integras civitates, vasa aurea & argentea omniaque Divina Officia peragentibus necessaria contulit. Decimas dari jussit, & complures novas parochias instituit. Sæculum XI. A.C.1020.

At decimarum exactio paulo post in Polonia Rem Christianam tantum non evertit. Nam reclamabant Proceres; Christianæ Religionis jugum esse intolerabile. Animus erat, ad Ecclesias se non amplius conferre, sed ejectis Presbyteris & Clericis ad pristinas Superstitiones redire. Boleslaus, ubi conjurationem comperit, auctoribus vinciri jussis, atque non nullis interfectis, malum antevertit.

§. XLVI.

Papa in Germania.

Benedictus VIII. Papa secundo in Germaniam profectus, forte auxilia contra Græcos acceleraturus, Bambergæ cum Henrico Imperatore Cœnam Domini, & Festum Resurrectionis, quod anno millesimo vigesimo in decimam septimam Aprilis incidebat, celebravit. Dominica sequente Pontifex Ecclesiam S. Stephani consecravit; Imperator vero civitatem *Chron. Sax. vita S. Meinver. n. 82. vit. S. Henri. vit. S. Chun. 3. Mart. Bolt. to. 6. p. 272.*

Sæculum XI. A.C. 1020.

Bambergenſem Eccleſiæ Romanæ donavit, conſtituitque, ut in cenſum annuum equus candidus, cum inſtructu magnifico, & centum marcæ argenti, (*) Romam mitterentur.

Conjectura eſt, Henricum Imperatorem illo tempore, quo Papa apud ipſum commorabatur, confirmaſſe Acta, quibus Anteceſſores ſui Eccleſiæ Romanæ, Urbem, Exarchatum Ravennatenſem, totque alias in Italia Ditiones donaverunt. Decretum Donationis Henricianæ deſcriptum videtur ex Decreto Ottonis I. atque ex eo, ſicut ex præcedentibus Actis, ſupremæ poteſtatis jura Imperatori reſervata diſpiciuntur. Decreto Henrici II. ſubſcripſerunt, ipſe Henricus Imperator, tum Epiſcopi duodecim, omnes Germani, quorum præcipui erant, Archambaldus Moguntinus, Heribertus Colonienſis, Poppo Trevirenſis, Theodoricus Metenſis, & Eberhardus Bambergenſis. Apoſita etiam ſunt nomina trium Abbatum

Chron. Caſſ. lib. II. c. 46. ap. Baro. an. 1014. tom. 9. Conc. p. 813.

Sup. l. LVI. §. 1.

&

(*) In Eminentiſſimo Cardinali hic additum legimus: *Poſtmodum Leo IX. Papa, Vicariatus gratia, loco ſcilicet ipſius, Beneventum ab Henrico Conradi filio accipiens, prædictum Bambergenſe Epiſcopium ſub ejus ditione remiſit, equo tantum, quem prædiximus, ſibi ſervato. Hæc Leo Oſtienſis.* Hodie, nec equi ulla memoria.

& quorumdam Optimatum. Ceterum Papa donis cumulatus Romam reversus est. Sæculum XI. A.C.1020.

§. XLVII.

Concilium Ticinense.

Præterea conjicere licet petiisse Papam, cum in Germania versaretur, ut Imperator confirmaret Concilium, Ticini habitum prima die Augusti, cui Pontifex præfuerat. Actis hujus Concilii, quæ nobis supersunt, præmittitur prolixus Summi Pontificis sermo, in quo queritur, quod pravi Clericorum mores Ecclesiam commaculent, ipsi amplissima ejus patrimonia, a munificentia Principum accepta, pessumdent, publice mulieres alant, & Bona Ecclesiæ infames patres infamibus filiis conferant. Postea ostendit Clericos ad servandam continentiam teneri ex Canone Concilii Niceni, quo statuitur, nec licere quidem Clericis in una domo cum mulieribus habitare; Item ex Decretalibus S. Siricii & S. Leonis, quorum primus carnale connubium etiam Subdiaconis interdicit. Posita itaque Regula Generali; Clericorum filios post susceptos Ordines natos, esse illegitimos, de illis differit, quos Clericus, natus Ecclesiæ Servus, ex commercio cum femina libera habuisset. Dicebant enim non nulli, hos filios liberos esse

tom.9. Conc. p.819.

Sup. lib. XVIII. §. 35. l. XXV. §. 53.

Sæculum XI. A.C. 1020.

natos, secundum vulgarem Juris Regulam, quod extra matrimonium partus sequatur ventrem, id est, conditionem matris. Sed affirmat Papa, hanc Regulam solummodo in filiis Laicorum locum habere; primo, quia Laicis, qui hanc legem condiderunt, nulla potestas est de Juribus Ecclesiasticis quidquam decernendi, & secundo, quia Laici, hanc Legem scribentes, filios Clericos in ea includere non poterant, cum de Jure Clericorum filii nulli dentur. Clericis incontinentibus illa S. Pauli verba objicientibus: *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat*, Papa respondet, hic Apostolum loqui de solis Laicis, eosque Hæresim Joviniani docere, qui dicerent, hunc S. Pauli locum de omnibus hominibus esse accipiendum. (*)

1. *Cor.* 7. 2.

Tum

(*) En hic, verba S. Scripturæ a Protestantibus non intellecta, a Summo Pontifice Benedicto VIII. explicata, & ita quidem (si modo loquendi Protestantis, qui Fleurium Nostrum in vernaculam vertere cœpit, & modo dormit, utar) daß das ganze Lutherthum noch bis auf diese Stunde nichts, welches nur erträglich wäre, hat entgegen setzen können, und folglich der vorgegebene Schandfleck, den der heilige Paulus vorhin ein dem ganzen geistlichen Stande der Catholicken soll angehenket haben, nichts als ein verleumderisches Geschwätz dieses Uebersetzers ist.

Tum citabat aliquam Juſtiniani legem, qua ſtatuebatur, concurrentibus certis adjunctis Servorum filios naſci ſervos, etiamſi ex libera geniti eſſent. Tandem Benedictus acriter reprehendit Judices, qui in hac materia ſecundum præjudicium vulgare decernebant. Sæculum XI. A.C. 1020.

Præfationem ſequitur Decretum S. Pontificis in ſeptem Articulos diviſum. Nullus Presbyter, nullus Diaconus, nullus in Clero uxorem aut concubinam admittat. Unde Pontifex nec minores Clericos ab hac lege excipere videtur. Filii & filiæ Clericorum ſervi ſint Eccleſiæ, cui parentes ſerviunt, etiamſi ex matribus liberis geniti. Quicunque Judex ejusmodi prolem liberam pronunciaverit, anathema ſit! Nulli Servorum Eccleſiæ liceat comparare aut ullo modo aliqua acquirere per manus aut nomen alicujus liberi hominis. Quod qui fecerit cædatur & in carcere cuſtodiatur, donec contractus & Acta Eccleſiæ tradita fuerint. Ille autem homo liber, qui ſuum nomen ſcribi paſſus fuerit, pignora Eccleſiæ dabit, ſecus tanquam Sacrilegii reus habeatur & puniatur. Judex autem aut Notarius, qui Contractum literis mandaverit, anathemate feriatur. Huic decreto ſubſcripſerunt Epiſcopi ſeptem, quorum primi ſunt ipſe Papa Benedictus, Aribertus Archiepiſcopus Mediola-

c. 1. 2.

c. 3. 4. 5.

c. 6.

c. 7.

Sæculum XI. A.C. 1021.

diolanensis, & Raynaldus Episcopus Ticinensis.

Henricus Imperator a Papa rogatus hoc Decretum confirmavit, prout necessitas postulabat, quia circa res Sæculares aliqua statuebantur, ediditque Constitutionem septem Articulos complexam, Decreto Papali consentaneam. Nimirum, Judices, qui Clericorum filios liberos pronunciaverint, Bonis suis exuantur & in exilium ejiciantur. Matres quoque, prius in foro virgis castigatæ, proscribantur, ut grandis mali tollatur occasio. Tandem in singulis Articulis pœnæ Spirituales temporalibus jungantur.

n. 4.

§. XLVIII.

Imperator cum S. Heriberto reconciliatus.

Henricus Imperator jam dudum subiratscebatur Heriberto Archiepiscopo Colonienſi, qui curando funeri Ottonis Imperatoris intentus, Electioni ipsius non interfuerat, & etiam Imperialia Insignia tarde attulerat. Nec deerant invidi susurrones, Imperatori suggerentes, Archiepiscopum Dignitatem Cæsaream alii quam Henrico destinasse. Porro cum anno millesimo vigesimo primo ineunte Ottonem Comitem in munitissima arce Hamersteinensi prope Confluentiam

vit. S. Herib. 16. Mart. c. 4. n. 23. Boll. to. 7. Vit. S. Meinver. n. 83. Boll. to. 19. p. 593.

tiam receptum Henricus Imperator ob- Sæculum XI.
sideret, quod Ecclesiæ Moguntinæ agros A.C. 1021.
vastasset (nam Archiepiscopus Moguntinus Ottonem ob conjugium contra leges initum in sua Synodo excommunicaverat) missis nunciis Archiepiscopum Colonienſem ad se venire cum milite præcepit. At vero Heribertus sontico morbo laborans obedire non potuit, creditque Imperator valetudinem simulari. Hinc ira concitatior, *si ægrotat*, inquit, *æquum est, ut languentem invisam.* Nec mora, Ottone comite ad officium compulso, Coloniam cum exercitu contendit, Archiepiscopi inimicis Cæsarem sponte sua commotum acrius accendentibus.

Imperatori Coloniam intranti occurrit Archiepiscopus Principem suum officiosissime excipiens. At prima nocte cum se Henricus sopori dedisset, videt in somnis virum maxime venerabilem, Pontificali veste ornatum, alloquentem se in hunc modum: *Cave, Imperator, ne posthac pecces in Fratrem meum Heribertum. Scito, eum esse virum Deo acceptum, in quem si quid admiseris, graves haud dubie pœnas dabis.* Cum igitur illuxisset, Imperator mente mutatus Virum Dei advocat, qui accessit lacrymans, & excusans, quod Imperatorem offensum haberet insciius, quid deliquisset. Sed Imperator

Sæculum XI. A.C. 1021.

perator de throno surgens in amplexum venientis ruit, atque ut attonitum confirmaret, ait: *Fateor, Pater mi, fateor; ex quo ad Regni fastigium Deo auxiliante conscendi, detrahentium linguis nimium credulus te exosum habui. Sed te tacente Cælum clamat, meque docet, quod numero Electorum adscriptus sis.* His dictis semel iterum ac tertio Sanctum Pontificem deosculatus, penes se considere jubet. Nocte autem sequenti finitis Matutinis, assumpto uno ex Clericis cubiculum S. Pontificis adit, cumque eum ibi non habuisset, nam in proximo S. Joannis Sacello, ut solebat, orans vigilabat, Henricus abjecta Chlamyde, humi prostratus, ante pedes ejus, rogat, ut ea potestate, quam Sacerdotibus suis Dominus contulit, veniam sibi daret cunctorum, quæ in ipsum admiserat. Nec moratus Archiepiscopus jacentem erigit, & a peccatis absolvit. Tum secreto ad Principem S. Heribertus: *Noveris certissime, quod post discessum tuum nostros invicem vultus in hoc mundo non amplius simus visuri.* Ad hæc verba commotus Imperator iterum in amplexus & in oscula ruit & manus oculosque pariter flentis premit. S. Meinvercus Episcopus Paderbornensis, tunc Coloniæ cum Imperatore commorans, cum S. Archiepiscopo reconciliatus est, & hortatus Principem,

ut

ut aliqua eleemosyna pro injuria Archiepiscopo illata satisfaceret; quare Imperator fundum unum novo Monasterio Paderbornensi in Westphalia donavit. Obiit, ut ominatus fuerat, S. Heribertus eodem anno millesimo vigesimo primo, adfuitque morienti Elias S. Martini Coloniæ Abbas, natione Scotus, & ipse Sanctis adscriptus. S. Heribertus in Monasterio Duiziacensi, a se fundato, sepultus est, ejusque memoriam Ecclesia die qua obiit colit. Sedem Colonienſem obtinuerat annis viginti duobus; succeſſit vero Pilegrimus Imperatoris Capellanus, qui annis quindecim sedit.

Sæculum XI. A.C.1022.

Elog. Sæc.6. Ben. p. 468.

Martyr. Ro. 16. Mart.

§. XLIX.

Imperator in Italia Victor.

Pilegrimus anno sequenti millesimo vigesimo secundo Henricum Imperatorem in Italiam proficiscentem secutus est. Quippe Henricus Normannis, Italis, & Papa, instantissime rogantibus iter suscepit in Italiam, Græcos, Urbi imminentes, depulsurus. In littore maris Adriatici ducens exercitum pæne innumerabilem, præmisit Popponem Archiepiscopum Trevirensem cum undecim millibus per regionem Marsorum iter facturum, & Romam cum viginti millibus Pilegrimum Archiepiscopum

Chron. Sax. Chron. Cass. lib. II. c. 39.

Sæculum XI. A.C. 1022.

pum (*) Colonienſem, qui Principem Capuanum, & Abbatem Caſſinenſem, Græcorum Socios occuparet. Abbas, cui nomen Atenulphus, fuga ſe proripuit, atque navem Hydrunti conſcendit, Conſtantinopolim petiturus; ſed naufragio periit. Ipſius frater Princeps Capuanus ſe dedidit Pilegrimo Archiepiſcopo, qui captivo vitam ægre ſervavit, quam fide jurata promiſerat, nam Proceres lata ſententia Imperatori rebellem capitis damnaverant.

Illa tempeſtate, qua Atenulphus Abbas Monaſterium Caſſinenſe regebat, quidam Monachi, a peregrinatione Jeroſolymitana reverſi, modicam partem lintei, quo Chriſtus Dominus pedes Apoſtolorum ſuorum abſterſit, attulerunt. Cumque complures fidem adhibere nollent ipſorum verbis, qui attulerant, ſuper ignitos carbones thuribuli laciniam imponunt, quæ quidem ſtatim ignis colorem ſuſcepit, ſed ſubtractis deinde carbonibus ſpeciem priſtinam retinuit. Ergo pretioſæ thecæ incluſa ſingulis annis in Cœna Domini, cum Mandatum Domini impleretur, omnium oculis exponebatur. Hæc probatio Reliquiarum per

(*) Hodie Archiepiſcopi & Epiſcopi S. R. Imp. Principes Imperatori bellum gerenti militem mittunt; at ipſi ad caſtra non proficiſcuntur.

per ignem notatu digna est, invenimusque aliud ejusdem ætatis exemplum in vita S. Meinverci; Qui postquam a Patriarcha Aquilejensi cujusdam S. Felicis Corpus accepisset, in Monasterio prope Paderbornam a se fundato collocandum, altissimum rogum in medio claustri exstrui & corpus imponi jussit, tum subjecto ter igne ligna toties in favillas redacta sunt, & ter Corpus illæsum permansit. Sæculum XI. A.C. 1022. *vit. S. Meinverc. n. 3. Boll. to. 19. p. 549.*

Henricum Imperatorem capto Beneventō, ceterisque civitatibus omnibus, quas sibi Græci eripuerant, diu morata est Troja, (*) oppidum Apuliæ, quod auxilium sibi a Basilio Imperatore venturum sperabat. Postquam vero cives Trojani obsidionem tribus mensibus sustinuissent, urbem dedere constituerunt. Ergo advocatum quemdam Anachoretam, nam plurimi in Italia degebant, crucem accipere eamque cunctis infantibus ex urbe emissis atque ad castra procedentibus præferre jubent. Clamabant vero simul omnes *Kyrie eleison.* Cum usque ad tabernaculum Imperatoris perveniissent, quæsivit ille a suis, quid clamoris audiret? & respondentibus, qui proximi adstabant, exiviſſe obsessorum civium *Glab. l. III. c. 1.*

(*) Hujus oppidi vocabulum hodie apud Geographos non occurrit.

Sæculum XI. A. C. 1022.

civium parvulos, ejulantes, & orantes, ut urbi eorum parceretur, Henricus: *Qui omnium corda ſcrutatur Deus novit, non me ſed eorum Patres hos parvulos perditos voluiſſe.* Tunc illacrymatus pueros incolumes reduci juſſit. Altera luce iterum emiſſi redeunt ad caſtra infantes puerili vociferatione eadem precantes. Quibus conſpectis Imperator illud Domini noſtri protulit: *miſereor ſurper turbam*, & urbem pactis conditionibus recepit; quippe minatus fuerat, ſe captum oppidum flammis, & puberes omnes laqueo deleturum.

§. L.

Imperator in monte Caſſinenſi.

Chron. Caſſ. c. 42. Mabill. Sæc. 6. p. 101.

Henricus rebus in Apulia compoſitis ad montem Caſſinum cum Benedicto Papa divertens, monachis per electionem novum Abbatem ſecundum præſcriptum Regulæ Atenulpho ſubrogantibus adfuit. Non nullis Fratribus Joanni Abbati, qui munus abdicaverat anno nongenteſimo nonageſimo ſeptimo, in hoc conventu præſenti, ſuffragantibus, ſanior pars exiſtimavit, virum per decrepitam ætatem huic officio ſatisfacere nullatenus poſſe, omnesque tandem conſenſerunt, eligendum eſſe Theobaldum ad S. Liberatorem Præpoſitum, qui Benedictionem Abbatialem in Feſto S. Petri vigeſima nona Junii recepit. Theo-

Theobaldus e monasterio exiit cum pluribus aliis, Mansone Abbate regimen gerente, & Jerosolymam peregrinatus est. Redux a Joanne II. Abbate Præpositus montis Cassini, & post aliquot annos S. Liberatoris in Comitatu Theatino seu *Chieti*, patria sua, constituitur. Annis quindecim, quibus istud Monasterium gubernavit, Ecclesiam, aliaque ædificia magnifice reparavit, complures fundos acquisivit; sed nec minori cura per annos tredecim Abbas montis Cassini rem familiarem auxit. Sæculum XI. A.C. 1022. *Sup. lib. LVII.* §. 39.

Henricus Imperator in illo monasterio versatus morbo colico & tribus exiguis renum calculis liberatus, beneficium adscripsit precibus S. Benedicti, (*) c. 43.

(*) Cardinalis Baronius ex Leone Ostiensi: *Sæpe tamen scrupulo non parvo movebatur, an Pater Benedictus corporaliter in hoc loco quiesceret; cum igitur præ dolore nec plene vigilans, nec integre dormiens quemdam pateretur excessum, apparuit ei Beatus Benedictus, atque ad eum quasi visitaturus accedens, ubi pateretur, quæsivit. Cui languorem protinus confitenti, scio, inquit, Benedictus, te an hic quiescam hactenus dubitare, sed ut nullo ejusmodi scrupulo ultra movearis, meumque corpusculum hoc in loco quiescere, certius noveris, hoc tibi signum erit: cum primo mane surrexeris, in egestione urinæ tuæ tres simul emittes grandiusculos lapides*

Sæculum XI. A.C. 1022.

quem in somnis conspicuum habuerat, sibi vaticinantem, quod sanitati esset restituendus, tum etiam affirmantem quod ipsius Reliquiæ in monte Cassino quiescerent. Nempe Imperator cum ceteris hominum hucusque crediderat, mortales S. Benedicti exuvias in Francia Floriaci ad Ligerim existere, quo anno sexcentesimo quinquagesimo tertio translatæ fuissent. Itaque in grati animi pignora Henricus Imperator Ecclesiæ Montis Cassinensis dona pretiosa obtulit, librum Evangelii auro tectum, calicem aureum, cui gemmæ insertæ, & multas vestes auro turgidas. Privilegia quoque & Donationes huic monasterio faventes confirmavit. Præterea Papa & Archiepiscopus Colonienſis, ut pro recuperata sanitate Cæsaris Deo gratias agerent, congrua dona obtulerunt. Exinde

Sup. lib. XXXVIII §. 60.

---

pides, & ex tunc dolore isto nunquam ultra detineberis. Ego autem sum Frater Benedictus. His dictis evanuit.

At Pater Antonius Pagius ad hunc annum dicit: *Corpus autem S. Benedicti existere in Monasterio Floriacensi in Gallia, illuc e Monasterio Cassinensi translatum, Benedictini Galliæ solide probarunt, & conficta esse, quæ Baronius ex Leone Ostiensi narrat . . . . Leoni itaque Ostiensi Episcopo & Monacho Cassinensi hac in re fides non adhibenda.*

inde Imperator, cum persuasissimum sibi haberet Reliquias S. Benedicti in monte Cassino servari, historiam illam, qua translatæ in Franciam dicebantur, ubicunque eam deprehendere potuit, cremari jussit. Quo non obstante Franci & plerique aliarum nationum viri docti hujus Translationis veritatem propugnant, & Festum proprium undecima Julii celebrant. Soli ferme Itali ex argumento hujus Revelationis aliarumque similium contendunt, S. Benedicti Corpus nunquam Cassino ablatum, aut iterum eo revectum fuisse.

Sæculum XI. A. C. 1022. c. 44.

vit. Mabill. Dissert. Sæc. 2. Act. SS. Ben. p. 337.

§. LI.

Concilium Selingestadiense. *

Graſſante in exercitu contagione Imperator, maxima qua poterat celeritate, alpes repetiit, atque in Germania Concilium Selingestadii prope Moguntiam undecima Augusti eodem anno 1022. Indictione quinta celebravit. Aribo hujus Concilii Præses nuper Erkemboldo seu Archambaldo succesſerat in Sede Moguntina, quam annis ferme decem tenuit. Aderantque præterea in ista Synodo Episcopi quinque, Wormatiensis, Argentoratensis, Augustanus, Bambergensis, & Herbipolensis, Ecclesiæ Moguntinæ Suffraganei.

* in Actis Salegunstadiense. Chron. Sax. tom. 9. Conc. p. 844. Serrar. Mot. p. 729.

Sæculum XI. A.C. 1022.

In hoc Concilio viginti Canones conditi. Omnes Christiani quatuordecim dies ante Festivitatem S. Joannis Baptistæ, ante Nativitatem Domini, in Vigilia Epiphaniæ (hic plura alia jejunia inseruntur) a carne & sanguine abstineant, c. 1. Unusquisque Presbyter in die non amplius quam tres Missas celebrare præsumat. 5. Nemo Corporale Dominico Corpore consecratum ad extinguendum incendium temeraria præsumptione in ignem projiciat. 6. Nemo gladium in Ecclesia portet, solo Rege excepto. 8. Nemo superstitionis aut Divinationis causa Missas de Trinitate aut S. Michaele haberi petat. 10. Satutum etiam, ut ædificia Laicorum, quæ Ecclesiis juncta sunt, auferantur, & nemo in atriis habitet, nisi Presbyteri. 12. Si quis jejunium ab Episcopo indictum non servet, illa die unum pauperem reficiat. 15. Decretum est etiam in eodem Concilio, ne pœnitens tempore luctus sui de loco in locum migret, sed maneat in loco, in quo eam recepit, ut proprius ejus Sacerdos de sinceritate pœnitentiæ testis esse possit. 19. 17. 20. Nullus Presbyter pœnitentis jejunium * dividere præsumat. Nullus sine jussu Episcopi eum iterum in Ecclesiam introducere audeat. Quia multi gravissimorum criminum rei pœnitentiam a Sacerdotibus suis accipere nolebant, & Romam ibant, 18.

* Carrinam vel Carenam.

con-

confiſi, Papam ſibi omnia peccata dimiſ- Sæculum XI.
ſurum, Sancto Concilio viſum eſt, talem A.C. 1022.
Indulgentiam pœnitentibus non prodeſ-
ſe, ſed decretum, ut prius juxta modum
delicti pœnitentiam ſibi datam a ſuis Sa-
cerdotibus impleant, & tunc Romam
ire ſi velint ab Epiſcopo proprio literas
ad Apoſtolicum * accipiant. Generatim * Papam.
decrevit quoque S. Synodus, ut nullus c. 16.
Romam eat niſi cum licentia ſui Epiſcopi,
vel ejus Vicarii. Deinde occurrit Ap-
pendix ſeu modus quodcunque Conci-
lium celebrandi. Ex his diſpicimus, Pa- *Sup. lib.*
pam in eo, quod pertinet ad pœniten- *XLVI. §.*
tiam adminiſtrandam, tanquam Epiſco- 55. *tom.* 7.
pum alienum (*) fuiſſe habitum, ſicut *Conc. pag.*
I 4 etiam 1522.

(*) Nimius eſt hic Fleurius. Non enim ideo Papa, ut Epiſcopus alienus habetur, etiamſi quis affirmet, melius ſaluti animarum, ut plurimum conſuli, ſi pœnitentes a propriis Sacerdotibus, in ſua Diœceſi, pœnitentium vitam, mores, adjuncta, vires, ſinceritatem doloris facilius cognoſcentibus pœnitentiam accipiant, impleant, & abſolvantur.

Ceterum Benedictus XIV. Pontifex Maximus Cap. XIV. Lib. XI. de Synod. Diœceſ. loquitur in hunc modum: „Joannes Launojus in Libro qui „inſcribitur: Explicata Eccleſiæ traditio circa „Canonem, *Omnes utriusque Sexus*, prolixe „hoc argumentum verſans pluribus probat, *pro-* „*prii Sacerdotis* nomine Parochum deſignari. „Verum

Sæculum XI. A.C. 1022. etiam in Capitulari Heitonis, Episcopi Basileensis, annis abhinc ducentis edito.

§. LII.

Burchardus Wormatiensis, ejusque Decretum.

vit. Burcha. cum Decret. edit. Colon. Vit. Olberti. n. 3. Sæc. 6. Ben. p. 600.

Burchardi Episcopi Wormatiensis, Concilio præsentis, industriæ debemus hæc Decreta, quæ suæ Collectioni Canonum subjunxit. In eo opere concinnando, quo nomen suum celebravit, Burchardus adjutores habuit Walterium Episcopum Spirensem, Brunechonem Præpositum Ecclesiæ suæ Wormatiensis, & præcipue Olbertum, monachum Lobiensem, postea Abbatem Gemblacensem. Cum enim Burchardus adhuc juvenis magno discendi ardore flagrans, Baldericum, Episcopum Leodiensem, quocum ei in Regia usus amicitiæ magnus fuerat, rogasset, ut sibi virum doctum mitteret, qui sibi Sacras literas explicaret, ille ad id muneris magis idoneum neminem esse censuit, quam Olbertum

„Verum quamquam nemo id audeat inficiari, ne„mo tamen, salva fide, negare potest, etiam „Summum Pontificem in tota Ecclesia, & Episco„pum in commissa sibi Diœcesi proprium esse „Sacerdotem, qui Fidelium confessiones excipe„re ac facultatem illas excipiendi alteri delegare „valeat &c.

bertum Monachum, qui primo sub Herigero Abbate Lobiensi, deinde in Monasterio S. Germani Parisiis, tum Trecis, & tandem Carnuti sub Fulberto Episcopo S. Scripturæ operam dederat. Olbertus Abbatis Dignitate fulgens, Gemblaci plus quam centum volumina Scriptorum Ecclesiasticorum, & quinquaginta Profanorum collegit; qui librorum numerus illo ævo Bibliotheca locupletissima censebatur. Burchardus vero Olberto Magistro ita profecit, ut illa ætate Præsulum omnium doctissimus extiterit, atque Olberto opem conferente Canonum Collectionem, de qua diximus, composuerit. Sæculum XI. A.C. 1022.

Instituti sui rationem ipse Burchardus explicat in Præfatione, Ecclesiæ suæ Præposito inscripta. Nempe Presbyteros, cura animarum oneratos, necessaria scientia instruere, & præcipue antiquos Canones de injungendis pœnitentiis maximam partem oblivioni traditos vel neglectos reducere intendebat. Opus in libros viginti quatuor dividitur, atque exordium capit a dissertatione de Auctoritate Pontificis, de Ordinatione Episcoporum, de eorum officiis, & modo quo judicandi sint. Tum agit de reliquis Clericis, de Ecclesiis, de Bonis earum temporalibus, & tandem de Sacramentis. In libro sexto de criminibus & pœniten- *Lib.* 1. 2. 3. 6. 7. &c.

Sæculum XI. A.C. 1022.

nitentiis tractare incipit, in qua materia Operis pars maxima versatur. Accurate & prolixe explicat modum imponendi, & implendi pœnitentias; sed etiam exponit remedia, quibus redimuntur, ne pusillos animo, si eas peragere nequirent, de desperationem conjiciat.

Ut res in exemplis clarescat; qui je-
Lib. 19. junare non potest, pro jejunio unius diei in pane & aqua, in Ecclesia positis genibus quinquaginta Psalmos cantet, & illa
Pœnitendi modus. die unum pauperem pascat, quod si fa-
c. 12. ciat, liceat pœnitenti cibos quos voluerit comedere, exceptis nihilominus vino, carnibus, & adipe. Centum genuflexiones pro quinquaginta Psalmis reci-
c. 14. tandis reputantur. Et divites hanc pœnitentiam data pecunia redimere possunt. At bene notandum, illis tantum
c. 15. 22. licuisse pœnitentiam redimere, quibus eam ad literam implere erat impossibile, nec ipsam impossibilitatem sufficisse ad dispensandum ab omni pœnitentia, sed solummodo ad eam commutandam, ut peccator de se ipso, quocunque posset modo, pœnam sumeret.

Burchardi collectio, sicut & aliæ illius ætatis, repleta est falsis Decretalibus, quarum auctoritas usu magis magisque firmabatur. Nec Articuli, quibus hæc Collectio constat, ex libris autographis excerpti sunt, sed ex collectio-

ribus

nibus antiquioribus, præprimis ex collectione Reginonis, cujus errata non nunquam descripsit, & addidit nova. Ceterum Burchardus pro ratione sui ævi omnia boni Pastoris munera implebat. Cum enim suscepto Episcopatu invenisset civitatem Wormatiensem propemodum desertam, & factam latronum ferarumque receptaculum, muros extruxit, cives in agros dilapsos revocavit, urbemque intra quinque annorum spatium reparavit, nequicquam obsistente Duce Ottone, qui Arcem in civitate tenens, in ea latrones & grassatores latitare permittebat. Exinde vero, Henrico Rege jubente, alio in vicem accepto prædio, Arcem Episcopo dedidit, qui ea dejecta lapides ad condendum monasterium Canonicorum adhibuit. Præterea Burchardus domum sibi in silva duobus Wormatia milliariis dissita ædificavit, quo negotiorum tumultu fatigatus quandoque secederet, ubi etiam suam Canonum Collectionem concinnavit. Constitutiones dedit familiæ S. Petri, id est, colonis agrorum Ecclesiæ suæ Cathedralis, secundum quas eorum causæ tam civiles quam criminales judicarentur. Complura fundavit monasteria, atque ipso Auctore multi viri in Sæculo illustres relicto mundo Institutum monasticum amplexi sunt. Verum cernens deinde, plurimos illo

Sæculum XI. A.C. 1022.

Boluz. præf. in Regin. n. 12.

in edit. Colon.

Sæculum XI. A.C. 1022.

illo ardore ultra prudentiæ regulas corripi, quadam die convocatis omnium Congregationum Fratribus, expoſuit neceſſitatem, qua quisque teneretur vocationem ſuam ſive Monachi, ſive Canonici, ſive Laici ſequi, atque in illa conditione, quam ſemel elegiſſet, perſeverare.

Burchardus Epiſcopus raro aliis cibis, quam pane, leguminibus, & arborum fructibus refici ſolebat, nec alio potu quam frigida. Sæpe bonam noctis partem pauperes in cunctis civitatis regionibus inviſendo & eleemoſynas largiſſime diſtribuendo tranſigebat. Singulis diebus, priusquam illuceſceret, ſe ſe cellulæ includebat ad orandum usque ad primam, & quotidie Miſſam pro vivis & defunctis celebrabat. Non plus annis quatuor poſt Concilium Selingeſtadienſe Superſtes, cum ſupremum tempus imminere intelligeret, omnibus a ſe excommunicatis abſolutionem impertitus, balneo corpus lavit, barbam & coronam capitis ſibi radi juſſit, & optimis veſtibus indutus eſt. Tum, Vaſallis ſuis familiaribus, ceterisque forte præſentibus ad ſe ingredi juſſis, gravi oratione quam vanæ & caducæ eſſent hujus mundi opes, adducto propriæ vitæ ſuæ exemplo, iisdem ob oculos poſuit. Obiit autem anno 1026. & tota domo Epiſcopali excuſſa nihil pecuniæ

cuniæ inventum, nisi tres denarii in chirotheca; at in quadam arcula cilicium asperrimum, & vinculum ferreum, illa qua carnem contingebat parte, usu attritum, repertum. Sæculum XI. A.C. 1022

§. LIII.

Manichæi in Francia.

Sub idem tempus, quo Concilium Selingestadiense celebratur, in Francia Hæresis periculosa prodita est, & in Concilio Aurelianensi eodem anno millesimo vigesimo secundo damnata. Aliquis ex Optimatibus Normannorum, nomine Arefastus, vir probus, consilio acer, & facundus, qui ob has ipsas dotes sæpe Legatus ad res gerendas tum ad Regem Franciæ, tum ad alios Principes missus fuerat, in domo sua alebat Clericum nomine Heribertum. Is studiorum causa Aurelianum profectus Magistris usus est duobus Clericis Stephano & Lisoyo, qui ingenti opinione Doctrinæ & Sanctitatis conspicui magnas largiebantur eleemosynas. In Regia quoque summo in pretio habebantur, viros amabat Robertus Rex, quin Stephanus (*) Constantiæ Reginæ a Confessionibus, & Scholæ S. Petri Puellier vulgo dictæ. Lisoyus Canonicus erat

to. 2. Spicil. p. 670.

tom. 9. Conc. p. 838. Labbe Merl. cur. p. 562. Ademar. Chr. p. 180.

(*) De hoc Stephano in Cardinali Baronio nulla mentio.

Sæculum XI. A.C. 1022.

erat ad S. Crucem, Ecclesiam Cathedralem. Porro venenum Hæresis hauserant a quadam femina, ex Italia advena, quod in rei summa a peste Manichæa non differebat.

Glab. l. III. c. 8.

Somnia & deliria esse, ajebant, quæcunque in veteri novoque Testamento de Trinitate & Creatione Mundi leguntur; quippe Cœlum & terram, qualem oculis nostris videmus, sine Auctore, sine initio semper extitisse. Negabant, JEsum Christum natum esse ex Maria Virgine, pro hominibus passum fuisse, vere in sepulchro fuisse positum, aut vere resurrexisse. Dicebant præterea, per Baptismum peccata non deleri, Corpus & Sanguinem JEsu Christi per consecrationem Presbyteri non fieri, nihil prodesse hominibus, Sanctos sive Martyres, sive Confessores invocare, tandem opera pietatis, irritum esse laborem, (*) pro quibus

(*) Sehet! da kommen schon Väter und Vorläufer der so genannten Reformirten Kirchen. Denn nach dem Zeugniß des Herrn Mosheim in der Vorrede seiner Ketzer-Geschichte pag. 29. so hat die Frage: Wo war vor Luther euer Kirche? die Protestanten so verwirret gemachet, daß sie sich nicht gefürchtet, die Ketzer zu Hülfe zu rufen, und in die Bruderschaft der Evangelischen Gemeine aufzunehmen. Es erachtet zwar der Herr Canzler Mosheim, es wäre dieses nicht

bus nulla merces speranda esset, sicut etiam nulla pœna, ob fœdissimas voluptates

Sæculum XI. A.C. 1022.

nicht nothwendig gewesen, und vermeynet vorsichtiger aus dem Handel zu kommen, wenn er sagt: pag. 30. War unsere Kirche vor Luther nicht da, so war doch unser Glaube da. Er stand in den Büchern der Propheten und der Apostel, die kein Pabst verwerfen kann. Hat es der HErr erlaubet, daß dieser Glaube mit der Schrift eine geraume Zeit ist vergraben worden, und keine sichtbare Anhänger gehabt hat, so hat er es sonder Streit aus heiligen und gerechten Ursachen erlaubet. Von uns kann es niemand als ein Unsinniger fordern, daß wir von GOttes Wegen und Regierung Rede und Antwort geben sollen.

Da sehen wir aus des Herrn Mosheims Worten, daß er erstlich diejenigen Schwärmer, Waldenser, Albigenser, Katharer, Apostoln, Wicklefiten, Fratriceller und viele andere, p. 29. welche von einigen Protestanten als Brüder angenommen worden, für Ketzer hält, und denn zuläßt, daß der wahre Glaube eine geraume Zeit ohne sichtbare Anhänger (das ist, ohne Kirche) könne vergraben gewesen seyn. Wie erweiset er aber, daß der Protestanten Glaube in den Büchern der Propheten und der Apostel, die freylich kein Pabst verwerfen kann, gestanden sey? Dem Mosheim, als einem Privat-Doctor, ist es niemand schuldig zu glauben. Das Zeugniß der wahren Kirche ist auch nicht da, denn sie war ohne sichtbare Anhänger, und vergra-

Sæculum XI. A.C. 1022.

ptates & flagitia, timenda. Matrimonium rejiciebant, suosque carnes manducare

vergraben, wider das ausdrückliche Versprechen JEsu Christi: & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. * O wie schwach, Herr Mosheim, o wie von Herzen schlecht ist diese Antwort auf die erschreckliche Frage: **Wo war euer Kirche vor Luther?**

* *Matth.* 16.

Nun auf so falsche und sich selbst widersprechende Sätze ist das **allgemeine Kirchen-Recht der Protestanten** gegründet, welches der abgeleibte Herr Mosheim verfasset, und nach dessen Tode zu Helmstädt 1760. herausgegeben worden. Man begreifet leicht, es könne in diesem Werk statt einer Gründlichkeit nichts anders seyn, als etwan des Herrn Verfassers schimmernder Witz und grosse Belesenheit. Die Anzeiger dieser Abhandlung gestehen im Eingang, daß ihre Kirchen-Rechte in letzten Zügen gelegen. Ja ja, die Herren Protestanten haben es schon längst selbst verrathen, daß sie gar kein Kirchen-Recht haben, weil sie die Institutiones Juris Ecclesiastici des Herrn Fleury, eines Römisch-Katholischen Schriftstellers ihren Schülern vorgelesen. Es ist schlechterdinges unmöglich, geistliche Rechte einer Kirche, welche der Römischen entgegen gesetzet wäre, und nur ein einziges Zeichen der wahren Kirche Christi an ihr hätte, durch 14 Jahrhunderte, erweislich zu machen. Denn die Protestantischen Kirchen-Rechte sind nicht älter als Doctor Luthers Capuz, aus welcher sie ursprünglich heraus geflossen. Zuletzt heisset es: **In des HErrn Mosheims Kirchen-Rechten**

werde

ducare prohibebant. Herbertus hac Doctrina imbutus ad summum Sapientiæ fastigium se pervenisse putabat; quare reversus in Normanniam & in domum Arefasti, Sæculum XI. A.C.1022. *Fragm. ap. Baron. an.* 1017.

werde ein jeder sehen, *quod Papa nihil fecerit.* Ohne Zweifel, ihr Herren! in diesen Kirchen-Rechten Papa nihil fecit. Darum sind es auch Rechte einiger Kirchen ohne Alterthum, ohne Oberhaupt, ohne Einigkeit, ohne Zusammenhang, ohne Sichtbarkeit, ohne Unfehlbarkeit, ohne ein einziges Zeichen der Wahrheit. Kurz, das sind Kirchen-Rechte, bey welchen derjenige gar nichts zu sprechen hat, zu welchem JEsus Christus gesagt: *Pasce oves meas.* Joan. XXI. Ja diese Herren haben immer die Schrift im Munde, und in der That tretten sie solche mit Füssen.

Es sagen auch die Verfasser des Neuesten in ihrer Anmerkung: Das Kirchen-Recht haben sich zwar bisher die sogenannten Juristen angemasset: aber nur aus einer Nachsicht und Vernachläßigung der Theologen. Daher ist es gekommen, daß die Rechtsgelehrten Meynungen ergriffen, davon man vorhin nichts gewußt hat. Und ferner: Man wundre sich nicht, daß wir in einer Monarhschrift, die den schönen Wissenschaften sonderlich gewidmet ist, auch eine so ernsthafte, halb theologische, halb juristische Wissenschaft berühren.... Wir haben uns also mit Fleis ein wenig von unserm gewohnten Wege verirren wollen ꝛc.

Sæculum XI. A.C. 1022.

fasti, domini sui, cum eum tenero affectu prosequeretur, omnibus viribus conatus est eundem in suam de Religione sententiam pertrahere, dicens, nullam in orbe terrarum existere civitatem, in qua purius quam Aureliani scientia & pietas hauriri possent. Arefastus detecto errore, rem ad Richardum Normanniæ Ducem perscribit, rogans, ut Roberto Regi per literas significaret, quam exitiosa pestis in suo regno serperet, cujus principiis obstandum esset, ne per moras invalesceret, Regemque hortaretur, ut ipsi Arefasto necessarium præstaret præsidium, quo malum reprimere posset. Rex insolens nuncium vehementer miratus Arefastum celeriter se Aurelianum conferre cum suo Clerico jubet, consilium & opem promittens.

Arefastus acceptis Regis mandatis iter ingressus est, atque in via Carnutum divertens, cum Fulberto Episcopo Doctrinæ

Ich weiß nicht, warum diese Herren die Rechtsgelehrten so weit unter die Theologen herab setzen, oder was sie für einen Begriff von einem Theologen oder Rechtsgelehrten haben; dieses aber sieht aus ihrer Kritik jedermann, daß sie zwar in der Sprach- und Dichtkunst und auch andern anmuthigen Wissenschaften wohl zu Haus, in der Gottes- und geistlichen Rechtsgelehrsamkeit aber Fremdlinge sind.

ctrinæ fama tunc temporis clarissimo consilia communicaturus erat, sed cum comperisset, eum Religionis causa ad limina Apostolorum fuisse profectum, adiit Ecclesiæ Carnutensis Thesauro præfectum, nomine Eberhardum, virum prudentem, a quo, prodita itineris sui causa, consilium expetiit, qua ratione hos Hæreticos oppugnare & sibi ipsi ab eorum insidiis cavere posset. Suasit Eberhardus; singulis diebus mane in Ecclesiam ad orandum, & impetrandum Divinum auxilium se conferret, Sacra communione animum confirmaret, tum signo crucis se muniens Hæreticorum illorum societatem frequentaret, differentes auscultaret, nec verbo refragaretur, sed eorum Discipulum se fingeret. Sæculum XI. A.C. 1022. Arefastus.

Postquam Arefastus Aurelianum pervenit, quæ Eberhardus suggesserat, solerter exequi cœpit. Domos novorum istorum Magistrorum ingressus ultimo loco acquiescebat, tanquam Discipulorum minimus. Illi in principio exempla & similitudines ex Scriptura (*) afferebant, & exhortabantur, ut perversam Doctrinam, quam hucusque tenuisset,

(*) Nimirum more hæreticorum omnium. Sunt vero Heterodoxi isti Aurelianenses illis omnibus terribile exemplum, qui Sacræ Scriptu-

ræ

Sæculum XI. A.C. 1022.

rejiceret, eorumque fidem, utpote a S. Spiritu profectam, reciperet. Cumque viderent ad omnia, quæ ab ipsis audiret, Deo gratias agentem, rati, se huic tyroni persuasisse quod volebant, aperte Doctrinam suam, non amplius Scripturæ verbis involutam exponunt. Ipse quærere; in quo denique spem suam ponere deberet, cum se prohiberent in JEsu (*) Christi passionem & in Sacramentorum Baptismi & Evchariſtiæ efficaciam credere? Responderunt: *Hactenus cum rudissimis hominum in abysso errorum jacuisti; nunc vero apertis mentis oculis lucem veritatis admittis. Nos tibi Salutis portam reserabimus, quo postquam ingressus fueris, ab omnibus peccatis tuis mundaberis per impositionem manuum nostrarum, & repleberis dono Spiritus Sancti, qui te in altitudinem Scripturarum penetrare docebit. Tum cibo Cæleſti refectus sæpe nobiscum Angelos cernes, earumque revelationum auxilio in uno temporis momento, quo lubuerit, te ipsum transferre licebit.*

---

ræ sensum, spreta auctoritate Ecclesiæ Romanæ, præter quam per omnia Sæcula nulla alia nominari potuit, id est, nullius Ecclesiæ auctoritate fulti, explicare præsumunt.

(*) Hinc Manichæi ne quidem Christianorum, sed Infidelium numero adscribendi.

bit. Nec unquam aliquid tibi deerit, Comitem Deum ubique habenti.

Sæculum XI. A.C.1022.

Illud, quod Sycophantæ cibum cœlestem appellabant, hoc modo conficiebatur. Sæpe præstituta nocte in destinata ad facinus domo conveniebant, singuli lampadem manu gestantes. Recitabant nomina Dæmonum ad modum litaniarum, donec aliquis Dæmonum, speciem parvuli animalis referens, in hunc cœtum subito descendere conspiceretur. Tunc vero lucernæ omnes extinguebantur, & viri proximam quamque feminam complexi nefanda licentia libidinabantur. Porro puer octiduanus ex muliere in illis tenebris compressa natus in conventum deinde afferebatur, ardenti rogo imponebatur, & corpusculum in cineres redigebatur; quos postea superstitiosi tanta veneratione servabant, qua Christiani JEsu Christi Corpus ægrotantibus, ut viaticum porrigendum, custodire solebant. His cineribus tanta virtus inerat, ut quicunque vel pauciſſimos pulvisculos deglutiisset, vix ulla arte unquam ad sanam fidem converti posset.

Anon. to. 2. Spicil.

Cibus Cœlestis Manichæorum.

Hæc narratio calumniis olim de primis Christianis sparsis adeo similis est, ut qui id referat, antiquas illas fabulas imitari & renovare velle videatur. Sed ut ut res se habeat, attuli, quod Scriptor illius temporis literis mandavit. Scri-

Sup. l. III. §. 21.

Sæculum XI. A.C. 1022.

Scriptor alius illud ſolum refert; hos Hæreticos circumtuliſſe infantis mortui pulveres, ad quos devorandos quemcunque potuiſſent compellere, cum illico Manichæorum erroribus aſſenſum præbuiſſe.

Adem. Chr. p. 180.

§. LIV.

Concilium Aurelianenſe.

Chro. S. Pet. to. 2. Spicil. p. 740.

Cum igitur Robertus & Conſtantia Reges per nuncios ab Arefaſto moniti Aurelianum cum compluribus Epiſcopis, ac inter ceteros Leoterico Archiepiſcopo Senonenſi, adveniſſent, altera die Hæretici iſti omnes ex domo, in qua congregati erant, protracti, ad Eccleſiam S. Crucis, & in conſpectum Regis, Epiſcoporum & omnium Clericorum perducuntur. Arefaſtus quoque quaſi captivus cum aliis ſiſtitur, & prior elocutus ad Regem ait: *Vaſallus ego ſum, o Rex! Ducis Normanniæ, qui tibi ſervit, & inſons vinculis adſtrictus coram te teneor.* Tum Rex: *Edic, cur huc veneris; unde cognoſcamus, an cuſtodiri te vel dimitti oporteat.* Atque Arefaſtus: *Cum de pietate & Doctrina iſtorum hominum, quos mecum vinctos vides, mira referri audiviſſem, veni in hanc civitatem, ut ipſorum Doctrinam amplecterer, ſi bona videretur.* (*) Epiſco-

(*) An modus, quo Arefaſtus Hæreticos decepit,

Episcoporum tibi assidentium est judicare, an id faciens peccaverim. Sæculum XI. A.C. 1022.

Dixerunt Episcopi: *Si nobis exposueris, quænam ex his hominibus, ad fidem pertinentia, didiceris, non erit difficile judicium.* Arefastus respondit: *Vos, Rex & Episcopi imperate, ut palam profiteantur Doctrinam, quam mihi tradiderunt.* Sed Rege & Episcopis id jubentibus Hæretici ambigue loquebantur, aliud interrogantibus, aliud respondebant, de summa Fidei suæ rationem reddere tergiversabantur, & quo magis premebantur, eo majore versutia quæstionem eludere conabantur. Itaque Arefastus videns, quod moras callide necterent, suosque errores verbis in speciem orthodoxis tegerent, ait: *Putavi me in Magistros incidisse, qui me veritatem non errorem docerent, ideo maxime, quod Doctrinam vestram, salutarem ut dicebatis, immani fiducia mihi proponere videremini, & affirmaretis, nunquam futurum, ut vel tormenta, vel ipsa mors aliam fidei professionem ex ore vestro exprimerent. Nunc autem video, quod eam coram hominibus confiteri erubescatis, de animæ meæ periculo nullatenus soliciti. Regi & Episcopis obedite, ut intelligam, quid mihi*

cepit, licitus, vel omnino approbandus, Lectoris Judicium esto.

Sæculum XI. A.C. 1022.

credendum, rejiciendumve sit. Docuistis enim me, per Baptismum remissionem peccatorum obtineri non posse, JEsum Christum non esse natum ex Virgine, non pro hominibus passum, non sepultum, non a mortuis resuscitatum. Panem & vinum, quæ super Altare manibus Sacerdotum posita, Sacramentum fiunt, per operationem S. Spiritus, in Corpus & Sanguinem JEsu Christi mutari non posse. (*)

Postquam Arefastus hæc protulisset, Guerinus Episcopus Bellovacensis, conversus ad Stephanum & Lisoyum, tanquam ceterorum Magistros, quæsivit, an hæc esset eorum fides. Illi audacter, se vero hæc jam diu credere, *quin etiam speramus*, inquiebant, *& vos & ceteros omnes hanc Doctrinam, quæ pura veritas est, recepturos.* Tum Episcopus: *JEsus Christus ex Virgine nasci voluit, quia potuit, & in humana Natura pro Salute nostra*

(*) Luculentum contra Protestantes Testimonium! Fideles corporalem Christi præsentiam in Sacra Evchariſtia credidisse. Quid enim alias fuisset, quod Spiritus Sanctus potentia Divina operaretur? Quandoquidem hic sermo non est de operatione Spiritus Sancti, qua, sicut in Baptismo, gratiam in anima recipientis Sacramentum producit, sed qua in panem & vinum, ex quibus Corpus & Sanguis JEsu Christi fiat, operatur.

ſtra pati, ut propria virtute Divinitatis ſuæ reſurgeret, atque nos quoque aliquando reſurrecturos demonſtraret. Sæculum XI. A.C.1022.

Reſponderunt: *Cum hæc fierent, non aderamus, nec aliquis hominum hæc facta fuiſſe nobis perſuadebit.* Repoſuit Epiſcopus Bellovacenſis: *An creditis, vos ex patre & matre genitos eſſe?* Ipſisque fatentibus, dixit: *Si vos, qui prius non exiſtebatis, ex parentibus veſtris natos eſſe creditis, cur non vultis credere, Deum de Deo, ſine matre ante omnia ſæcula genitum, in fine temporum, operante Spiritu Sancto, ex Virgine natum eſſe?* (*) Manichæi: *Quod naturæ repugnat, Creationi congruere nequit.* Epiſcopus: *Antequam aliquid produceretur per naturam, an non creditis, Deum Patrem omnia ex nihilo per Filium ſuum produxiſſe?* Ma-

(*) Veritatis ſtudioſi Lectores ex his diſpiciant, etiam in illis Sæculis, quæ obſcura & barbara dicuntur, non defuiſſe in Eccleſia Romano-Catholica Epiſcopos, ad refutandos & confundendos Hæreticos, idoneos. Præterea hic notabit Lector ſive Catholicus, ſive Proteſtans, ſi modo veritatis amans ſit, Sanctos Patres & Epiſcopos doctos, cum de præſentia Corporis Chriſti in Evchariſtia loquuntur (ut paulo ante obſervavimus) ſicut de Incarnatione, æquali modo, Operationem Spiritus Sancti inferre. Argumentum Proteſtantibus indiſſolubile!

Sæculum XI. A.C. 1022.

nichæi: *Fabulam canite hominibus, qui terrestria cogitant, & inventis mortalium in animalium pelle descriptis fidem habent. Nobis vero, qui legem a Spiritu Sancto in interiore homine scriptam habemus, & nihil aliud verum credimus, quam quod ab ipso Deo accepimus, frustra hæc suggeritis. Satis verborum. De nobis, quod placebit, decernite. Jam nunc videmus Regem nostrum, in Cælo regnantem, nosque protensa manu ad triumphos æternos vocantem.*

§. LV.

Manichæi combusti.

Glab.

Ab hora diei prima usque ad nonam, id est, usque ad tertiam post meridiem, cum Hæreticis acriter disputatum, & nulla via intentata relicta, quo miseris error eximeretur. Obstinatis vero tandem denunciatur, nisi resipiscerent, protinus jubente Rege & toto populo consentiente flammis esse tradendos. Illi respondent, nihil esse causæ, cur timerent, cum certo scirent, flammam sibi non esse nocituram. Irridebantque monitores, qui persuadere ipsis conabantur, ut mentem perversam abjicerent. Tunc singuli illis vestibus, quæ susceptum cujuscunque Ordinem indicarent, induuntur, & statim ab Episcopis deponuntur. Regina vero ante fores Ecclesiæ a Rege

stare

stare jussa est, ut populum irrupturum, & Hæreticos ad aram mactaturum, sui reverentia submoveret, cum pervicaces ducerentur, exeuntem Stephanum, sibi antea a Confessionibus, virga, quam manu tenebat, in capite feriens, alterum oculum misero contrivit. (*) Ergo extra civitatem trahuntur in tugurium, ubi ignis ingens excitatus. Ibant illi, hilari, ut videbatur, vultu, dicentes, id ipsum sibi in votis esse. Tredecim omnino damnati erant, ex quibus unus tantum Clericus & una Monialis ad sanam mentem redierunt. Reliqui unacum pulvere suo execrabili, de quo paulo ante mentio fuit, combusti. At quamprimum vis flammæ ad corpora pervenit, miserandum ejulare cœperunt, deceptos se fuisse, atque perversa de Deo, Universi hujus Domino, credidisse. Non nulli circumstantium commiseratione tacti adhuc spirantes e rogo eripere nitebantur; sed sero nimis, namque ita in cineres cuncti redacti sunt, ut ne quidem ossa supererent. Illud quoque manifestatum, quod Cantorum Magister in Ecclesia Aurelianensi ante triennium defunctus eandem hæresim in sinu foviset; id enim Catholici quidam Hæreticique testatum faciebant. Quare Udalrico Episcopo jubente

Sæculum XI. A.C. 1022.

Ademar.

(*) Dignum zelo muliebri facinus!

Sæculum XI. A.C. 1022.

bente e cœmeterio effoditur, & in latrinam projicitur.

In aliis quoque civitatibus hujus Sectæ homines igne consumpti, plurimi autem Tolosæ, quod Ademarus illius ætatis Scriptor testatur. Idem refert, hos Antichristi præcursores in variis Occidentis regionibus latitasse, solertissime se occultantes, & quot quot possent, viros feminasve pervertentes. Eos diserte Manichæos appellat, dicitque, hujus Sectæ homines occulte flagitia admisisse, quæ omnes probi abominantur, & honeste nominari non possunt, nihilominus vero publice se veros Christianos simulasse. Ex argumentis etiam, quibus Glaber Monachus ad refutandam ipsorum Doctrinam utitur, apparet, fuisse Manichæos. Nam primo probat, necessario credendum esse Deum, Ens supremum, omnis substantiæ tam corporeæ, quam non corporeæ Auctorem. Mali originem esse affirmat, quod Creatura a præcepto Creatoris recesserit. Dicit, Hominem, medium inter Creaturam pure spiritualem, & pure corpoream, positum, se ipsum infra propriam naturam dejecisse. Deum, ut lapsum erigeret, diversis temporibus prodigia edidisse, & Sacras Scripturas, quarum ipse Auctor esset, eidem tradidisse. Omnem hominem, Opus Dei blasphemantem, Deum ignorare.

Cod. c. 8.

Nos

Nos opera Sacrarum Scripturarum pervenire ad cognitionem S. Trinitatis, imprimis Filii Dei, per quem & in quo essent omnia, quæ sunt. Deinde progreditur ad Incarnationem, cujus finis fuisset, in Homine Dei Imaginem per peccatum deletam reparare, & tandem ostendit, Sanctorum meritum in hoc solo esse positum, quod JEsu Christo per Fidem & Charitatem adhæserint. Sæculum XI. A.C. 1022.

§. LVI.

Gauslinus Archiepiscopus Bituricensis.

Sub idem tempus in Aquitania, qua mari alluitur, portentum inauditum mortales exterruit. Triduo ante Festum S. Joannis de Cœlo imber sanguineus ruit, qui nulla ratione abstergi poterat, si in nudam hominis carnem, in pannum, vel in saxum incidisset, si vero in lignum, facili negotio abluebatur. Guilielmus Dux Aquitaniæ rem Regi Roberto perscripsit, in eadem epistola rogans, ut viros sapientes Regni sui consuleret, quod omen ex tanto prodigio capiendum esset. Rex datis ad Gauslinum, fratrem suum, ex Patris amica natum, Archiepiscopum Bituricensem, literis rogavit, ut cito sibi rescriberet, an in superiorum temporum annalibus simile prodigium literis mandatum reperiretur, & quid portendisset. *Fragm. Duchesn. to. 4. p. 86.* *Ap. Fulb. ep. 95.*

Respon-

Sæculum XI. A.C. 1022.

Respondens Regi Archiepiscopus complura similia prodigia ex Veterum Historiis affert, & ultimo portento mysticas significationes tribuit. Fulbertus quoque Episcopus Carnutensis, accepta Regis epistola, respondens unicum locum ampliſſimum ex Gregorio Turonensi refert, cum simili explicatione; unde dispicitur, illa ætate neminem in dubium revocasse, quin ejusmodi rari eventus aliquid ex cœlesti ordinatione portenderent.

ep. 96.

ep. 95. *p.* 90.

Gauslinus, Archiepiscopus Bituricensis, filius Regis Hugonis Capeti, ex pellice genitus, a puero monasterii S. Benedicti ad Ligerim alumnus, & Discipulus fuit doctissimi Abbonis; quo defuncto Robertus Rex fratri hanc Abbatiam contulit, nequicquam repugnantibus monachis, eum ob natalium maculam recipere nolentibus. Mortuo Daberto Archiepiscopo Bituricensi Rex Gauslinum ad eam quoque Dignitatem anno milleſimo decimo tertio evexit, populo Bituricensi per integrum quinquennium reluctante, & una voce clamante, filium meretricis Ecclesiam regere non debere. Tandem vero, S. Odilone Abbate Cluniacensi animos conciliante, omnes Regis voluntati obtemperarunt. Gauslinus in Sedem Bituricensem receptus, eam usque ad obitum

Adem. Chro. p. 172.

tum ſuum anno milleſimo trigeſimo tenuit. Sæculum XI. A. C. 1022.

§. LVII.

Fulbertus Epiſcopus Carnutenſis.

Fulbertum Epiſcopum Carnutenſem nec illuſtres natales, nec opes commendabant. Ipſe in ſuis Scriptis, Romanum patria ſe fuiſſe, prodere videtur. Optimos Præceptores ſortitus a puero ita in literis profecit, ut in virili poſtea ætate inter maximos ſui Sæculi Doctores non poſtremo loco haberetur. Diu Carnuti ſcientias docuit, & illius Eccleſiæ Cancellarius fuit. Ex aliquibus Epiſtolarum ipſius videmus, Medicum fuiſſe peritum, & potiones ſalutares ægrotantibus porrexiſſe, at, ſuſcepto Epiſcopatu, nemini amplius medicinam præbuiſſe. Cum igitur Fulbertum Reges, Epiſcopi, populique, magni facerent, Epiſcopus Carnutenſis electus eſt, licet eſſet juvenis, mortuo Rudolpho, anno milleſimo ſeptimo. Etiamnum in vivis agebat Fulco Epiſcopus Aurelianenſis, cui Fulbertus, data epiſtola ſolatium ſuggerere conatus eſt, deflens Regis Roberti ignaviam, qui ſe ſæpius ab improbis decipi paſſus, non eo, quo par erat, vigore Jus diceret.

Carm. p. 179.

ep. 2. fol. 12. & 15.

vid. Mabill. Sæc. 6. p. 254. n. 3. epiſt. 41.

Hortabatur, ut Abbatem Floriacenſem ad obedientiam ſecundum Canones ſibi præſtandam compelleret, atque etiam

ep. 73.

Sæculum XI. A.C. 1022.

etiam Abbatem, nempe Gauslinum, postea Archiepiscopum Bituricensem, ut obediret, monebat.

Fulcone ad æterna translato, cum Theodoricus Episcopus Aurelianensis fuisset electus, Fulbertus præstituta die ipsius Ordinationi interesse recusavit, quod Theodoricus commissi homicidii accusaretur, & Summus Pontifex, re ad S. Sedem delata, ipsum ordinari prohibuisset. Præterea non nulli querebantur, Theodorici electionem metu Principis, oppressa Clericorum populique libertate, fuisse extortam. At postmodum Fulbertus, cognita ejus innocentia, non solum cum ceteris Episcopis eidem manus imposuit, sed etiam exinde ipsius in paucis amicus fuit. Nec mirum; nam Theodoricus Aurelianensis Sanctis adscriptus, vigesima septima Januarii colitur. Filius fuit Dynastæ Castri Theodoriciani* ad Matronam amnem, & nepos illius, qui hanc Arcem primus condidit, & a quo nomen in hanc usque diem retinuit.

ep. 61.

vid. Mabill. Sæc. 6. *pag.* 162. *ep.* 62. 63. *Boll. to.* 2. *p.* 788.

* Chateau-Thierry.

Fulbertus compacto carmine, melior Christianus quam Poeta, angustias animi prodidit timentis, ne ad Episcopatum male vocatus fuisset. *Creator mi*, inquit, *vita mea, spes mea unica, suggere bonum consilium, atque illud amplectendi vires, quippe magna animi incertitudine fluctuo. Timeo,*

Carm. p. 179.

Carmen.

Timeo, ne, Episcopatu temere suscepto, gregi meo plus noceam quam prosim; hinc Sedem Episcopalem aliis me dignioribus relinquere cogito. Sed dum perpendo, quod nec genere, nec opibus clarus hanc Cathedram, sicut pauper elevatus de stercore, conscenderim, credo, eam non sine tua Providentia mihi obtigisse, & sine tuo nutu eam deserere non præsumo, quamvis conscientiæ meæ stimulus urgeat. Tu novisti, Domine, quid tibi magis placitum sit, & quid mihi magis proficuum. Jube quod vis, & da quod jubes.

Sæculum XI. A.C. 1022.

Fulbertum in his angustiis nutantem confirmavit S. Odilo Cluniacensis, quocum arctissimo amicitiæ vinculo jungebatur, dicere solitus, Odilonem esse Monachorum Archangelum. Is ergo Fulberto suasit, ut in Episcopatu perseveraret. Quod consilium ille ea conditione secutus est, ut sibi Odilo in omnibus arduis & adversis paterno affectu & auxilio succurreret.

ep. 66.

ep. 68.

Roberto Regi petenti, ut Electionem Franconis Episcopi Parisiensis suo consensu roboraret, respondit, consentire se, si vir esset literatus, & facili eloquio ad prædicandum Verbum Dei præditus; *non minus enim*, inquit, *Episcopus prædicare, quam ceteris officiis fungi tenetur.* Item in hac responsione præsumit, Electionem judicio Archiepiscopi Senonen-

ep. 68.

Fulbertus Carnutensis.

Sæculum XI. A.C. 1022.

sis, aliorumque illius Provinciæ Episcoporum fuisse Canonicam. Franconem deinde Episcopum ordinatum Fulbertus in variis negotiis consilio adjuvit, solatus etiam mœrentem in persecutione, qua Optimates Ecclesias premebant, & hortatus, ne usque adeo excandesceret, ut ad arma prorumperet. Si enim gladio alieno, inquit, usus fueris, forte futurum est, ut nemo tuum *metuat. Admonet etiam, ut pro pauperibus usumfructum Altarium, quem Antecessores ejus viris Laicis concesserant, repetat.

sp. 11. 20.

*Nempe Spiritualem.

Defuncto quodam Subdecano Ecclesiæ Carnutensis, cum Robertus Episcopus Silvanectensis hoc officium vel sibi, vel Guidoni fratri suo conferri postulasset, Fulbertus respondit: id muneris nec Roberto, Episcopo, nec Guidoni, juveni, convenire, illudque Presbyterorum suorum uni, nomine Eberhardo, viro docto & pio concessit. Qua re Episcopus Silvanectensis, ejusque mater, acerbe offensi Eberhardo, multis audientibus, extrema minabantur; nec leviori furore quam pro atrocitate minarum destinata executi sunt. Aliquot viri de eorum familia Carnutum se contulerunt, ubi postquam reliquo diei tempore latuissent, noctu Eberhardum, ad Officium nocturnum peragendum euntem, aggressi, hastis & gladiis in atrio magnæ Ecclesiæ confoderunt,

ep. 45.

derunt. Quem ejus Clerici paulopoſt advenientes expirantem & S. Stephani exemplo pro interfectoribus ſuis orantem invenerunt Quamvis vero facinoris auctores magna ſolertia uſi eſſent, ut laterent, non nullis tamen indiciis, juncta priore illa & publica comminatione proditi ſunt. Fulbertus datis literis ad Adalberonem, tanquam ſeniorem provinciæ Remenſis, cujus Sedes Metropolitica, ut conjectura eſt, tunc vacabat, Epiſcopum hortatus eſt, ut tantum crimen non relinqueret impunitum, ſed reos excommunicaret. Ipſe Fulbertus omnes ſceleris conſcios excommunicavit, atque illa, quæ pro abſolutione impetranda offerebant, accipere recuſavit, Archiepiſcopo Senonenſi id fruſtra ſuadente & vehementer inſtante. At Epiſcopus Silvanectenſis nec pro cæde peracta ulla ratione ſatisfacere, nec fateri volebat, ſe conſcium fuiſſe.

Sæculum XI. A.C. 1022.

ep. 29. 60.

ep. 48. 49.

Poſtquam Sedes Remenſis, Arnulpho Archiepiſcopo defuncto, aliquamdiu vacaſſet, Ebleſius Laicus a Clericis & illius civitatis populo, Rege & plerisque provinciæ Epiſcopis conſentientibus, Archiepiſcopus eligitur. Adverſabatur autem Gerardus Cameracenſis, dicens, Ebleſium eſſe Neophytum, & Diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſcientia neutiquam inſtructum, ſed Dialectica Sophiſtica leviter tinctum,

Chro. Alber. 1023. *Marlot. l.* 1. *c.* 20.

Ebleſius Remenſis.

Sæculum XI. A.C. 1022.

qua rudibus imponeret. Guido etiam, nuper Episcopus Silvanectensis ordinatus, Eblesii ordinationi interesse recusabat; sed aliud persuasit Fulbertus, exempla S. Ambrosii, & S. Germani Antissiodorensis afferens. Ob oculos quoque eidem ponebat, quam necessarium esset, ut vir egregius eligeretur, qui rebus collapsis in Ecclesia Remensi succurreret. Tandem Eblesius anno 1024. consecratus Cathedram Remensem laudabilissime annis novem tenuit. Eum in adversis, nempe ab Odone Comite Campaniæ vexatum, Fulbertus datis literis solabatur, & gregem suum deserere cogitantem reprehendebat, dicens, Boni pastoris non esse, tempore malo fugere.

ep. 38.

ep. 53.

Guilielmus V. Dux Aquitaniæ, Fulberti Carnutensis virtutes maximi faciens, ad se accitum, aliquamdiu detinuit, & Thesauro S. Hilarii Pictavii præfecit. Postea vero instantissime rogantem ab eo munere liberavit, quod civitates * longe distarent. Professus est vero Fulbertus, se nihilominus Duci semper futurum addictissimum. In quadam alia ad Guilielmum data epistola explicat Fulbertus, ad quæ obliget Vasallum fides jurato præstita Domino suo, & quæ econtra Dominus Vasallo debeat.

Chro. Adem. p. 173.

v. ep. 16. 18.

* Carnutum & Pictavium.

ep. 103. 130.

§. LVIII.

§. LVIII.

Sæculum XI.
A.C. 1022.

Guilielmus Dux Aquitaniæ.

Guilielmus Dux, qui in hoc loco memoratur, a quibusdam Magnus dictus, illius ætatis Principibus potentia vix ulli secundus, & Religiosissimus erat, pauperum Defensor, Monachorum Pater, Ecclesiarum Præsidium. Juvenis singulis annis Romam proficisci adsuevit, quod si aliquo anno omitteret, in vicem ad S. Jacobum in Gallæciam peregrinabatur. Sive in itinere esset constitutus, sive in Palatio versaretur, Regi propior quam Duci videbatur, toti Aquitaniæ suprema potestate dominans, Regi Roberto, atque etiam exteris Principibus, Alphonso Regi Legionis, Sanctio Navarræ, Canuto Daniæ & Angliæ, & Henrico Imperatori amicitia junctus; id enim mutua dona, quibus se colebant, demonstrant. Clericorum insigni scientia ornatorum singularem curam gerebat; unde Abbatiam S. Maxentii Rainaldo Monacho, cognomento Platoni, contulit. Ipse Dux a puero diligenter literis imbutus multos in Palatio libros habebat, lectione delectabatur, & Caroli Magni prudentiam imitatus, ubi otium erat, præsertim longis noctibus in hyeme, libros pervolvebat. Episcopos frequentissime apud se habebat. Complures

Chr. Adema. p. 172.

p. 177.

Sæculum XI. A.C. 1022

res fundos variis Monasteriis, nominatim S. Martialis Lemovici, S. Michaelis, vulgo *en l'Erme*, & Cluniacensi dedit. Namque Monachos Regulares, & Abbates magno honore prosequebatur, atque in difficilibus Reipublicæ negotiis eorum consilio utebatur. Imprimis Odilonem Abbatem Cluniacensem amabat, multis largitionibus eum sibi devinciens; ipsumque templum esse Spiritus S. dicere audiebatur, cui aliquot Monasteria in suis Ditionibus posita reformanda commisit.

Chron. Malleac. p. 206. V. Mabill. Sæc. 6. Act. p. 133.

Guilielmo Duci Monasterium Malleacense in Territorio Pictaviensi originem suam debet, post annos trecentos in Ecclesiam Episcopalem evectum. Idem Dux Abbatiam Burgeliacensem in Ditione Andegavensi in prædio suo proprio fundavit. Ejusque ætate & eodem anno millesimo decimo in Monasterio Angelorum apud Xantones Caput S. Joannis Baptistæ inventum est, quod jam tempore Pipini Aquitaniæ Regis, Ludovici Pii filii, hujus Monasterii Fundatoris, illuc delatum dicebatur. Hodieque hujus Translationis Historia nobis supereſt, sed adeo barbare & incondite scripta, ut jam Sæculo undecimo necdum elapso conficta esse dignosceretur. Nihilominus detectum hoc caput, quod S. Joannis Baptistæ esse credebatur, Fidelium devotionem mirum in modum excitavit.

Biblio. PP. Labbe to. 2. p. 222. Chr. ap. Besly. Annal. Bened. l. 30 n. 14. Post. op. Cypr. Adema. 178.

vit. Peregrinanes innumeri ex omnibus Galliæ provinciis, ex Italia, Hiſpaniaque confluxerunt. Robertus Rex quoque & Regina adfuere, concham auream triginta librarum, & multas veſtes pretioſas offerentes. Sanctius etiam Rex Navarræ, Dux Vaſconiæ, Comes Campaniæ, ceterique Optimates omnes, Epiſcopi, Abbates, cum magnificis muneribus advenerunt. Inter publicas preces procedentes populi alias celeberrimas Reliquias atque etiam S. Martialis, qui Aquitaniæ Apoſtolus habebatur, illuc deferebant. Ex iſta autem qualicunque inventione ſaltem illud, opus vere ſalutare, fluxit, quod Regulæ cuſtodia antea in monaſterio S. Joannis *d'Angeli* collapſa, reſtituta fuerit. Nam jubente Guilielmo Duce S. Odilo advenit, atque Abbatem nomine Aimericum ibi conſtituit. Guilielmus vero Dux mortem oppetiit Malleaci, habitu Monachorum indutus, annos natus ſeptuaginta & unum, ultima die Januarii anno Salutis milleſimo trigeſimo. *Chron. Mal. Isac. p. 207.*

Sæculum XI. A.C. 1022.

§. LIX.

Roberti Regis Pietas.

Civitas Aurelianenſis Roberto Regi ſemper in deliciis fuit, nempe in ea nato, baptizato, & coronato. Eccleſiæ Cathedrali S. Crucis agros, a Fulcone *Helg. p. 68.*

Sæculum XI. A.C. 1022.

Episcopo Hugoni Bellovacensi, a quo auxilium sperabat, concessos restituit, & eidem Ecclesiæ vasa Sacra, ac maximi pretii ornamenta dono dedit. Abbatiam Floriacensem donis cumulavit, & ejus privilegia confirmavit. Quippe inter præcipuos Patronos suos colebat S. Benedictum cum S. Virgine, S. Martino, S. Aniano, S. Cornelio, S. Cypriano, S. Dionysio, & S. Genovefa. Præterea Robertus Aureliani ædificari jussit monasterium S. Aniano Sacrum, duas Ecclesias Sanctæ Virgini dicatas, unum Monasterium S. Vincentii, alterum S. Pauli in loco, vulgo *Chanteuge*, in Arvernia, S. Medardi alterum Vitriaci, S. Leodegarii in Silva *Ibelina*, S. Dei Genitricis Meloduni, S. Petri & S. Riculfi Silvanecti. Iterum Stampis Monasterium Beatæ Virginis, & aliam Ecclesiam in Palatio. Parisiis in civitate Ecclesiam S. Nicolai, quæ erat Palatii Sacellum, Monasterium S. Germani Antissiodorensis, Monasterium S. Michaelis in Silva *Beverensi* (hodie Ecclesia Fontis Bellaquei †) Monasterium S. Germani Parisiis cum Ecclesia S. Vincentii in Silva, vulgo *en Laye*. Gomeaci Ecclesiam S. Aniani, & aliam S. Aniani, vulgo *a Fay*, Monasterium S. Virginis Possiaci, & tandem Cassiani Augustoduni. Monasteria universim quatuordecim & alias Ecclesias septem.

p. 72.
p. 77.

† Fontainebleau.

Tanto

Tanto devotionis ardore in Sanctum Evchariſtiæ Sacramentum intendebat, ut potius Deum in Gloria ſua quam ſub aliena ſpecie conſpicere ſibi videretur. (*) Unde etiam ſolicite vaſa & ornamenta ad S. Sacrificium digne celebrandum ſuppeditabat. Eidem etiam volupe erat, pretioſe ornare Sanctorum Reliquias; quippe ipſo regnante eæ magno numero circa annum milleſimum octavum præſertim in civitate Senonenſi, ſedente Leoterico Archiepiſcopo, detectæ ſunt, poſtquam diu latuiſſent. Quas veneraturi, multi non ſolum ex Galliis, ſed etiam ex Italia & Regionibus ultramarinis advenerunt. Multi ægrotantes ſanitatem recuperarunt, & magnas opes peregrinantium devotio in civitatem Senonenſem contulit. At Inventione Reliquiarum SS. Martyrum Saviniani & Potentiani Senonum Apoſtolorum nulla illuſtrior fuit. Eorum corpora in antris, ne ab Infidelibus violarentur, a tempore Guilielmi Archiepiſcopi, qui anno non-

Sæculum XI. A.C. 1022. p. 64.

Glab. III. c. 6.

Act. SS. Ben. Sæc. 6. p. 254.

(*) Ex his verbis liquet, Robertum Regem corporalem Chriſti præſentiam in Evchariſtia credidiſſe; quod utique ex ſenſu & Doctrina totius Eccleſiæ, non vero ex Tractatu Paſchaſii, quem omnium primum Corporalem præſentiam affirmare auſum fuiſſe Caveus Anglus aliique Proteſtantes comminiſcuntur, didicerit.

Sæculum XI A.C. 1022.

genteſimo quadrageſimo in vivis agebat, occultata, & ab Archiepiſcopo Leoterico circa annum 1015. inventa, ipſo accurante, in arcis plumbeis depoſita ſunt. Tandem Roberto Rege & Conſtantia Regina jubentibus S. Saviniani corpus thecæ, partim ex auro, partim ex argento elaboratæ, gemmisque ornatæ poſitum eſt, idque Rex ipſe & Robertus filius humeris ſuis reportarunt. Cumque Sacra oſſa vigeſima quinta Auguſti circa annum milleſimum vigeſimum quintum ultimo transferrentur, quidam cœcus, nomine Meinardus, ex vico Fontanenſi in territorio Vaſtinienſi, lumen, ante triennium amiſſum, recepit.

Gall. Chron.

Opera pietatis.

Ceterum Rex præſtitutis temporibus officio Divino ſemper intererat, multum orabat, ſæpiſſime genuflectebat, ſingulis diebus Pſalterium legebat, atque etiam Lectiones & Hymnos canere alios docebat. Totas noctes in Natali Domini, in Paſchate, & in Pentecoſte vigilabat. A Septuageſima usque ad Paſcha humi cubabat, & Quadrageſimæ tempus peregrinando tranſigebat. Eleemoſynæ Regis ſemper erant largiſſimæ, ſiquidem tam Pariſiis, quam Aureliani, aut in aliis urbibus, in quibus morabatur, trecentos pauperes quin & non nunquam mille alebat, jubens eis panem & vinum abunde erogari. In Quadrageſima, ubicunque verſa-

versaretur, quotidie centum vel ducentis pauperibus panis vinum & pisces præbebantur. In Cœna Domini ad horam tertiam saltem trecentis pauperibus ministrabat positis in terram genibus, singulis panem, legumina, pisces, & denarium porrigens. Idem faciebat hora sexta; deinde centum pauperibus Clericis serviens, & Psalmos decantans cuilibet denarios duodecim dabat. Tandem postquam refectionem ipse sumpsisset, centum sexaginta vel plurium pauperum pedes lavabat singulis duos solidos largiens. Hi solidi & denarii erant argentei. Quocunque vero Rex proficisceretur, præcedebant in honorem duodecim Apostolorum duodecim pauperes, asellis vecti, & Deum laudantes. Sæculum XI. A.C. 1022.

Denique optimus Rex usque adeo in egenos misericors & patiens erat, ut se præsente vasa argentea suæ Capellæ surripi, & ex Regiis, quibus tegebatur, vestimentis pretiosissimis aliquam partem rescindi, aut saltem aurum avelli dissimularet. Helgaldus Monachus Floriacensis, qui Roberti vitam scripsit, hujusmodi facta plura, tanquam pulcherrima, enarrat. Præterea idem Scriptor refert, boni Principis jussu aliquando Compendii in Cœna Domini duodecim viros perduelles, & vitæ suæ insidiantes, custodiæ tradi- p. 64.

Sæculum XI. A.C. 1022.

traditos, tum in ædibus, quæ dicebantur Caroli Calvi, laute habitos, & in Festo Resurrectionis Sacra Communione munitos fuisse. Feria secunda de causa eorum fuisse cognitum, & reos omnium Judicum calculis capite damnatos. At pium Regem vitæ gratiam feciſſe, quod nollet morte eos afficere, qui Cœlestis vitæ escam accepissent. Liberos ergo dimisisse, monitos, ne imposterum simile facinus cogitarent. Ceterum, modum positurus perjuriis tunc temporis frequentissimis thecam, crystallinam, auro decoratam, sed sacrarum Reliquiarum vacuam parari jussit, super quam jurare Optimates volebat, aliamque argenteam, in qua ovum Gryphi includebatur, super quam plebejis jurantibus manum imponere præcipiebat. Quasivero juramentum solummodo valorem suum a præsentia Reliquiarum accepisset.

p. 66.

Meliore & utiliore zelo flagrabat Robertus Rex, cum Episcopi vacantibus Ecclesiis dandi essent. Quippe, quod Glaber testatum facit, omne studium, cogitationes omnes eo solum intendebat, ut defuncto Pastori alium dignum, etiamsi esset ex infima plebe ortus, sufficeret. Hinc Regni proceres indignabantur, & imperata facere detrectabant, qui nempe ad Dignitatem Episcopalem tantum viros nobiles, genere sibi pares, promovere

Glab. l. III. c. 2.

vere solebant. Plerique enim, Regum ambitionem imitantes, libertatem Electionis Canonicæ premebant. Itaque Robertus Rex Principes Vasallos suos sæpe rebelles expertus cum Regibus vicinis, Henrico Imperatore, Ethelredo Rege Angliæ, Rudolpho Burgundiæ, & Sanctio Navarræ pacem colebat. Sæculum XI. A.C. 1022.

Quam sinceræ amicitiæ fœdere Robertus Rex Imperatori junctus fuerit, patuit ex colloquio familiari, cum ambo Principes anno millesimo vigesimo tertio in ripa Mosæ amnis, qui duorum Regnorum terminus erat, congressi sunt. Non deerant in utriusque Principis purpuratis, qui dicerent, summam Majestatem non decere, ut alter in alterius potestatem concederet. Sed cimbas conscenderent, & in medio fluminis colloquerentur. Verum litem diremit vera amicitia & animi demissio; nam Henricus Imperator, cum vix illuxisset, cubili se proripiens cum paucis ad Robertum Regem transvectus est. Tunc ergo in teneros amplexus ruunt, & postquam Missæ ab Episcopis celebratæ interfuissent, hilariter simul prandent. Obtulit Imperatori Rex magnam auri, argenti, & gemmarum vim, præterea equos centum, pretiosis phaleris ornatos, atque omnibus armis, quibus instructissimus Eques in aciem procedit, onustos. *Sigeb. an.* 1023.

Sæculum XI. A.C. 1022.

ſtos. Sed Imperator nihil accepit niſi librum Evangeliorum, & thecam Reliquiis ſervandis aptam, in qua dens unus S. Vincentii includebatur. Imperatrix duos ſcyphos aureos ſibi delegit. Altera die Rex cum Epiſcopis ſuis ad tabernaculum Imperatoris pervenit, cui cum Imperator in vicem centum libras auri in donum præberet, nihil aliud retinuit niſi duo pocula. In illa commoratione pacis fœdera confirmarunt, Eccleſiæ & Reipublicæ cauſas pertractarunt, & conſtituerunt, ſe Ticini Papæ collocuturos, & effecturos, ut quæ hic decreviſſent, rata & fixa haberet.

§. LX.

Richardus Abbas Virdunenſis.

vit. Sæc. 6. Act. Ben. p. 509. Hugo Flav. Chron. Vird. p. 160. Bibl. Labb.

Richardus Abbas Virdunenſis, utrique Regum cariſſimus, ad concordiam inter eosdem Principes conciliandam fovendamque utiliſſimam operam contulit. Is, in Diœceſi Remenſi nobiliſſimis ortus parentibus, vacavit ſtudiis literarum in Eccleſia Cathedrali, Schola illa tempeſtate inter omnes Galliæ Belgicæ Eccleſias, tam Doctrinæ quam morum laude celeberrima. Tum Dignitatem Cantoris in eadem Eccleſia Remenſi, itemque Decani conſecutus tantam prudentiam atque in rebus gerendis ingenium prodidit, ut omnes eum & amarent

rent & venerarentur. Continuo orabat, Psalterium singulis diebus tum prostratus, tum stans recitabat. Cumque vehementi stimulo se ad perfectionem vocari sentiret, largiores eleemosynas spargere cœpit, tum omnia Bona sua distribuit in pauperes. Dubius vero hærebat, an sibi inter suos vita esset transigenda, quo iis bono exemplo viam ad salutem ostenderet, vel an patria esset relinquenda, ut pugnas & pericula, in quæ consanguineorum nostrorum amor conjicere nos solet, effugeret. Sæculum XI. A.C. 1022.

Adhuc deliberantem invisit Fridericus Comes Virdunensis, qui jam diu sub sæculari habitu Deo devotissime serviebat. Is Adalberone II. Episcopo Virdunensi, fratre suo, defuncto, illum Comitatum Ecclesiæ donavit, usufructu sibi servato, quoad viveret; ita enim damna a Majoribus suis Ecclesiæ Virdunensi illata resarcire voluit. Hujus Donationis Decretum datum est anno nongentesimo nonagesimo septimo, quo etiam iter Jerosolymam suscepit. *Elog. Sæc. 6. Ben. p. 185.*

Ab illa igitur profectione redux Fridericus, cum Remos venisset, ad Richardum Decanum divertit, qui magna charitate hospitem excepit. Ille virum prudentem nactus suum desiderium relinquendi sæculum aperit, cumque & Richardus eadem se mente agitare consilia fate-

Sæculum XI. A.C. 1022.

fateretur, ambo ad S. Vitonum Virduni se recipere constituunt. Monasterium S. Vitoni in medio sæculi octavi fundatum, a Normannis vastatum, postea aliquatenus reparatum tunc temporis septem Scoti, sub Regimine Viri Sancti ejusdem nationis, nomine *Fingen*, Metis ad S. Felicem Abbatis, tenebant. Illi vero duo amici ibidem suscepti, cum vidissent, neutiquam tam exacte, ac ipsi cupiebant, Regulam servari, Cluniacum perrexerunt, S. Odilonem consulturi, quid ipsis faciendum esse existimaret. Odilo, cognoscens viros esse virtutibus excellentes, non respexit ad commodum proprium, nec eos sibi retinuit, sed ad Monasterium S. Vitoni remisit, quod neutiquam dubitaret, quin ad reducendum in illam Congregationem Regulæ rigorem a Deo missi essent.

Act. SS. Ben. Sæc. 6. p. 25.

Ergo ad S. Vitonum revertentes Abbas *Fingen* recipere recusabat, veritus, ne viri in deliciis & divitiis enutriti hujus monasterii paupertatem ferre non possent; cessit tamen instantissime rogantibus, & post spatium mensium circiter trium vita functus est. Tunc autem Heimo Episcopus Virdunensis mortuo Richardum subrogavit, eumque, nequicquam reluctantibus monachis Scotis, S. Vitoni Abbatem constituit. Agebatur tunc annus millesimus quartus, atque Richardus huic

huic Abbatiæ annis quadraginta duobus præfuit. Fridericus vero, exinde Richardum ut Dominum ſuum veneratus, ceteris obedientiæ & perfectæ humilitatis exemplum præbuit. Sæculum XI. A.C.1022.

Richardus Abbas meritorum ſuorum fama brevi tempore non Franciam modo, unde exierat, ſed etiam totum Lotharingiæ Regnum implevit; quare Henricus Imperator, auditis ſæpe viri laudibus, ad Regiam accerſito familiariter collocutus eſt, & donis cumulatum ad monaſterium remiſit. Poſtmodum eodem ſæpius ad ſe venire juſſo, poſtquam Monaſterii illius originem & ſortem fuiſſet edoctus, opes contulit, quibus reparari & magnifice ædificari potuit. Aliquando Richardus ad Regiam proficiſcens itineris ſocium ſibi delegit Fridericum, quem virum notiſſimum & origine ſanguinis Imperatorem contingentem cuncti maximo honore proſequebantur. Quadam vero die Fridericus haud procul ab Imperatore inter Epiſcopos & Proceres conſidens vidit Abbatem ſuum multo inferius ſedentem. Tunc vero protinus ſurrexit, & ſede ſua infra Abbatem ſuum ſecum deportata, ibi acquievit. Tantam humilitatem cuncti admirantes magnis laudibus extulerunt, atque Imperator deinde proximum ſibi Monaſterium S. Vitoni.

Sæculum XI. A.C. 1022.

Richardum Abbatem, tertiumque Fridericum considere jussit.

Dum Monasterium S. Vitoni restauratur, Fridericus Monachos, Confratres suos, terram fodere, & rudera tollere erubescentes, suo exemplo primus omnes excitabat, cœmenta aliaque ad ædificia eduœnda necessaria & utensilia comportans. Godefridus, Friderici germanus, quadam die Monasterii culinam ingressus, vidit eum scutellas abluentem, dixitque discessurus, sordidum laborem virum ex nobilissimo Comitum genere ortum minime decere. Respondit vero Fridericus, se maximo honori sibi ducere, quod vel hoc modo sibi concessum fuerit S. Petro & S. Vitono, Monasterii Patronis, servire. Fratri quadam die ex charitatis obsequio sibi calceos detrahere volenti, sancte indignans dixit: *Quid mihi prodesset, Frater mi! honores Sæculi fugisse, si in Monasterio illa obsequia, quæ mihi in mundo a famulis fuissent præstita, sine necessitate a Fratribus acciperem. Ideo huc veni, ut aliis servirem.* Porro Friderici exemplum amicorum suorum multos impulit, ut non modo pinguissima patrimonia illi Congregationi, datis literis, donarent, sed etiam ipsi Institutum Monasticum amplecterentur. Cum tandem Richardo Abbati etiam cura Monasterii S. Vedasti Attrebati commissa fuisset,

set, ipse hujus Congregationis Regimen, tanquam Præposito, tradidit Friderico, ubi anno millesimo vigesimo secundo mortem oppetiit. Sæculum XI. A.C. 1022.

Richardus Abbas, Disciplinæ Monasticæ in Imperio Francorum Restaurator eximius, duos laudatissimi Operis socios & adjutores, nempe Odilonem Cluniacensem & Guilielmum Divionensem habuit. Odilo dicebatur *Pius* seu *Clemens* quod leniissimi esset ingenii. Alter dicebatur Guilielmus *supra Regulam*, quod in suos esset valde severus. Richardus ob mansuetissimos mores *Dei Gratia* appellabatur. Eidem Richardo Baldericus Episcopus Leodiensis Abbatiam Lobiensem, opulentissimam, contulit, quo Regulam postliminio restitueret, & postea etiam Abbatiam S. Laurentii Leodii. Rogerius Episcopus Catalaunensis Richardo etiam Abbatiam S. Petri, Robertus Rex Abbatiam Corbejensem commisit. Balduinus Comes Flandriæ complura monasteria, scilicet S. Petri in civitate Gandavensi, S. Amandi, S. Richarii, S. Jodoci, ejus Regimini credidit. Tandem Monasteria viginti & unum numerabantur, quorum curam tum ab Episcopis, tum a Principibus rogatus in se susceperat. His monasteriis a se reformatis Richardus Abbates ex suis Discipulis delectos præposuit, & ipse per se præter mo-

Sæculum XI. A.C. 1022. nasterium S. Vitoni tria alia rexit. Richardum anno milleſimo undecimo Romam profectum Benedictus Papa VIII. virum eſſe magno in pretio habendum pronunciavit. Tanta veneratione Principes eum proſequebantur, ut etiam Regnorum diſſidia ex ipſius arbitrio componi paterentur. Cuidam monacho, vitæ ſuæ inſidias ſtruenti, ignovit, eumque poſtea, cum ſincere pœnitentem videret, fidiſſimorum Diſcipulorum numero adſcripſit.

§. LXI.

Angelrannus Abbas S. Richarii.

vit. Sæc. 6. Ben. p. 436. Alius Abbas Roberto Regi in paucis carus fuit Angelrannus in Monaſterio S. Richarii. Is natus ex parentibus, ſi Sæculi pompam ſpectes, non adeo generoſis, a puero literarum amantiſſimus, maturiore ætate ingreſſus eſt clauſtra Centulanæ Abbatiæ, quæ a S. Richario circa annum ſeptingenteſimum vigeſimum quintum condita, a Normannis in cineres redacta, nuper ab Ingelrado Abbate, antea Monacho Corbejenſi reparata fuerat. Ab hoc Abbate juvenis Angelrannus licentiam accepit ſtudiorum cauſa Carnutum petendi, ubi Fulberto Epiſcopo Magiſtro uſus Grammaticam, Muſicam, & Dialecticam didicit. Inter hæc Robertus Rex profectionem Romanam

Reli-

Religionis causa susceperus, Clericos scientiis instructos conquiri jusserat, qui peregrinantem comitarentur; cumque ingens eruditionis opinio Angelrannum commendaret, eum Rex inter itineris socios adscivit, & ejusdem Doctrinam moresque maximis laudibus decoravit. Hoc iter anno circiter millesimo vigesimo susceptum. Jamque ex eo tempore Rex Angelranno Dignitatem Ecclesiasticam, si quæ vacasset, conferre animo constituit. Sæculum XI. A.C.1022.

Angelrannus ad suum reversus Monasterium nihil antiquius habuit, quam fratribus suis literarum amorem insinuare, nec irrito conatu, nam libros comparare, alios describere, & parvulis erudiendis operam dare cœperunt. Ita elapsis aliquot annis, Ingelrado Abbate vita functo, tota Congregatio Angelrannum Successorem exoptabat, paucis adversantibus, quos nobiles natales inflabant. Rex lætus, quod occasionem nactus esset Angelrannum Abbatiali Dignitate ornandi, illico ad Monasterium se confert; at ille monitus de Regis adventu mature in silvas fugit. Ubi vero Rex advenit, Angelrannus, a cursoribus diligentissime conquisitus, adducitur, cui Rex Ecclesiam ingressus coram illis, qui forte præsentes erant, possessionem Monasterii tradit, jubens eum funes, quibus

Sæculum XI. A.C. 1022.

motæ campanæ pulsabantur, manu contingere. Nam Investituræ semper per signum aliquod sensibile conferebantur.

Novo Abbati nihil magis curæ fuit, quam collapsa Monasterii ædificia restaurare, Ecclesiam exornare, Bona adempta vindicare, sua constantia usurpatores terrere, & rem monasterii domesticam donationibus amicorum, quos sibi conciliabat, augere. Fulberto Episcopo, Præceptore suo, impellente, vitam, miracula & Translationem S. Richarii in libris quatuor, & quædam alia Opera carmine scripsit. Tandem Angelrannus usque ad annum 1045. superstes fuit, cujus Epitaphium Guido tunc Archidiaconus, & postmodum Episcopus Ambianensis composuit. Is enim, Angelranni olim Discipulus, inter suæ ætatis Poetas præcipua laude celebrabatur.



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LIX.

BENEDICTUS VIII. PAPA.
S. HENRICUS II. IMPER. OCC. BASILIUS ET CONSTANTINUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

Ecclesia Germaniæ.

Henricus Imperator invitatus ab Aribone Archiepiscopo, celebrato Moguntiæ anno millesimo vigesimo tertio Festo Pentecostes, Concilium Nationale Sæculum XI. A.C.1023.

Sæculum XI. A.C. 1023.

tionale Germaniæ convocavit, in quo suadentibus Episcopis obsecutus complura errata correxit. Inter alia, Ottonem, Comitem Hamersteinensem, ad dimittendam Irmengardem, non legitimam uxorem, compellere volebat; & Comes quidem sive Imperatoris metu, sive Episcoporum admonitionibus commotus, relicturum se eam pollicitus est. At mulier & Imperatoris & Episcoporum mandatis præfracte restitit.

vit. S. God n. 24. Sæc 6 Ben. p. 410. Sup. lib. LVIII. §. 51.

Huic Concilio Godehardus Neo-electus Episcopus Hildesheimensis interfuit, cum Bernuardus anno superiore millesimo vigesimo secundo, vigesima die Novembris, post susceptum Episcopatum trigesimo, mortuus esset. Multa ad ejus sepulchrum patrata miracula; unde etiam Sanctorum Catalogo insertus est. Henricus Imperator comperta Bernuardi morte Godehardum Abbatem Altahæ (*) secreto ad se vocat, aperitque, se ani-

vit. n. 48. eod. Sæc. 6. p. 229. 771.

(*) Monasterii Altahensis initia in Vita S. Godehardi Episcopi referuntur in hunc modum: Sæc. VI. Ben. P. I. *Igitur septingentesimo quadragesimo primo Incarnationis Domini anno, quo Karolus I.* * *filius Pippini primi, filii Anchisi, filii Arnulfi, ex hac vita demigrans filiis suis Carolomanno & Pippino regnum reliquit, quo etiam sequenti anno iste Pippinus Carolum Magnum*

* Carolus Martellus.

se animo constituisse Episcopatum Hildesheimensem ipsi committere. At ille omnibus viribus negabat, id futurum, atque etiam Episcopis ab Imperatore ad se missis, qui persuaderent, ut voluntati Principis morem gereret, repugnabat, id solum dicens; si Episcopatu dignus videretur, expectaturum se, donec vel Ecclesia Ratisbonensis vel Passaviensis vacaret, quo Popularibus suis utilis esse posset. Nam in Diœcesi Passavienſi primo lucem aspexerat. Sed ecce, somnium inde post octo dies ipsi oblatum, quod a cœlo immissum credidit, ad recipiendam Sedem Hildesheimensem dubitantem impulit. Ergo in Festo S. Andreæ, Feria VI. trigesima Novembris, anno 1022. ab Aribone Archiepiscopo Moguntino, Metro-

Sæculum XI. A.C. 1023.

vit. S. Godeh. n. 18.

gnum genuit, initium Altahensis Monasterii a Christi Cultoribus sapienter inceptum, & in Religione Monachicæ institutionis feliciter est perfectum &c. Et infra: *Hac enim necessitate* (in turbis bellorum inter Ludovicum Pium & ejus filios) *Monachica ibidem norma defecit: sub Regula tamen Canonicorum idem locus usque in tempora piæ memoriæ Henrici ducis* (secundi seu Sancti) quem postea Imperatorem vidimus . . . . *perstitit.* Et in nota inferius posita: *Monasterium Altahæ Inferioris in Bavaria in Episcopatu Patavienſi, quod perstat etiamnunc sub Regula S. P. N. Benedicti &c.*

Sæculum XI. A.C. 1023

polita ſuo, conſecratur. Godehardus, puerulus Monaſterio Altahæ ſeu *Altach* olim oblatus, ab Henrico Imperatore, tunc Duce Bavariæ, Abbas eſſe juſſus, eodem conferente plura deinde rexit monaſteria. Jam ætate gravis nihil amplius niſi ſupremam diem in pace obire cogitabat, cum eum Imperator Epiſcopatui munere oneravit, & nihilominus quindecim integris annis, nempe usque ad annum 1038. & diem quartam Maji, qua defunctus eſt, Epiſcopus fuit. Ceterum ante & poſt obitum miraculis fulgens, Sæculo ſequenti, Sanctorum numero adſcriptus eſt.

Illo anno milleſimo vigeſimo tertio, vigeſima ſecunda Octobris, in Domino obdormivit Gero Archiepiſcopus Magdeburgenſis, qui Eccleſiam ſuam beneficiis cumulaverat. Eodem quoque anno obiit Arnulphus, Epiſcopus Halberſtadienſis, & ipſe de Eccleſia ſua præclare meritus, ſcientiæ & eloquentiæ fama celebris. Cum igitur Imperator in Feſtis Natalis Domini Bambergæ verſaretur, venerunt Eccleſiarum vacantium populi, expectantes, quem Paſtorem accepturi eſſent. Henricus, poſtquam cum viris ſapientibus deliberaſſet, Archiepiſcopatum Magdeburgenſem Hunfrido, ex Clericis Herbipolenſibus evocato, & Epiſcopatum Halberſtadienſem Brandago Abbati

Chro. Sax.

bati Fuldensi dedit. Eodem etiam anno S. Hartwicus Archiepiscopus Salisburgensis, anno post susceptum Episcopatum trigesimo secundo, ad Cœlestia translatus est. Sæculum XI. A.C. 1022. *vit. ap. Canis. c. 2. p. 315.*

Quanta cura Henricus Imperator viros delegerit ad obeundum munus Episcopale, ex eo elucet, quod quamplurimi Viri Sancti illo tempore Sedes Episcopales Germaniæ impleverint. Inter alios emicant Treviris Meingaldus & Poppo, Coloniæ Heribertus & Pilegrimus, Moguntiæ Willegisus, Archambaldus, & Aribo, Wormatiæ Burchardus, Ultrajecti Ansfridus & Athalbaldus, Monasterii Theodoricus & Sigefridus Osnabrugæ Thietmarus, Hildesheimii Bernuardus & Godehardus, Mindæ Sibertus, & Bruno, Argentorati Werinharius, Herbipoli Gero, & Hunfridus, Bremæ *Ungan*, & Paderbornæ Meinvercus. Quamvis enim aliqui eorum Episcopali munere fungerentur, priusquam Henricus regnaret, dubitari tamen non potest, quin eum in electione Episcoporum suis consiliis adjuverint.

§. II.

S. Henrici Obitus. Conradus Rex.

Henricus Imperator, variis corporis infirmitatibus pressus, diu Bambergæ moratus est, ubi Festum Nativitatis Domini

Sæculum XI. A. C. 1024.

mini anno milleſimo vigeſimo tertio celebraverat. Tum receptis utcunque viribus itineri ſe dedit, Magdeburgum petiturus. Sed in via ſubſiſtere coactus non ante Sabbatum Sanctum illuc pervenit, Optimatibus & Cunegunde Imperatrice comitantibus, ibique Feſtum Reſurrectionis, quod illo anno milleſimo vigeſimo quarto in diem quintam Aprilis incidebat, celebravit. Inde Halberſtadium ſe contulit, tumque Goslariam, & tandem in oppidum, vulgo *Gronden*, ubi morbo ingraveſcente iter ſiſtere compellitur.

vit. Henric. n. 27. ap. Sur. 14. Jul. Sifrid. epit. p. 689. vit. S. Meinverc. 101. Martyr. Ro. 14. Jul.

Tunc vero horam ſupremam haud procul abeſſe ſentiens, propinquis Imperatricis Conjugis ſuæ ad ſe vocatis, ait: *Recipite talem, qualem mihi tradidiſtis Conſanguineam veſtram, Virginem dediſtis, Virginem reddo.* Obiitque decima quarta Julii anno milleſimo vigeſimo quarto, annos natus quinquaginta duos, poſtquam, Rex annos viginti duos, Imperator decem in Solio fulſiſſet. (*) Corpus

(*) De S. Henrico canit Reisnerus *in Iconibus Saxonum.* Palat. *in Henr. Aquila Saxon.*

Magna fuit Gentes bello frenaſſe ſuperbas
Gloria: ſed major fama fuiſſe pium.

Ceterum in Eugenii III. Bulla, S. Imperatorem canonizantis, hæc verba leguntur ad Canonicos Eccle-

pus ejus Bambergam delatum in Eccleſia Cathedrali, Sancto Petro Sacra, ut juſſerat, ſepultum. Multis claruit miraculis, ejusque memoriam Eccleſia in die obitus colit. Sæculum XI. A.C. 1024.

Elapſo exinde aliquot ſeptimanarum ſpatio, Proceres Regem elegerunt Conradum, Moguntiæ ab Aribone Archiepiſcopo octava Septembris anno milleſimo vigeſimo quarto coronatum. Erat Conradus filius Henrici, qui genitus erat ab Ottone, & hic a Ludolpho, Ottonis Magni filio. (*) Educatus eſt vero Wormatiæ ſub cura Epiſcopi Buchardi, qui cum videret eum a propinquis deſpici, quod miti eſſet, innocenti, & ſimplici indole, in domum ſuam ſuſcepit, ut filium aluit, & Deum timere docuit, illud inprimis admirans, quod in iis, quæ ſemel animo conſtituiſſet, eſſet conſtantiſſimus. *vit. Burch.*

Eum

Eccleſiæ Bambergenſis directa: *Tametſi ejusmodi petitio niſi in Generalibus Conciliis admitti non ſoleat, auctoritate tamen S. R. E. quæ omnium Conciliorum firmamentum eſt, petitionibus veſtris acquieſcimus, atque ejusdem memorabilis viri .... Fratrum Noſtrorum .... qui præſentes aderant communicato conſilio, memoriam inter Sanctos de cætero fieri cenſemus &c.* Palat. ibid.

(*) Si certa eſt Genealogia a Wippone producta. Nam alii Genealogi variant.

Sæculum XI. A.C. 1012.

Eum ipsum S. Henricum Successorem suum nominasse dicunt. Ceterum sub nomine Conradi Salici notissimus est, atque annis quindecim imperavit.

§. III.

Benedicti VIII. obitus. Joannes XIX. Papa.

Papeb. conat. Chron. Cass. II. c. 57. Glab. IV. c. 1.

Benedictus VIII. Papa, eodem anno millesimo vigesimo quarto, decima Julii, postquam Sacram Sedem tenuisset annis prope duodecim, e vita excessit, & in Basilica S. Petri sepultus est. Successorem habuit Joannem fratrem suum, Gregorii Comitis Tusculani filium. Is, cum Laicus esset, largitione pecuniæ in Sedem Apostolicam adrepsit, quam annis novem tenuit, dictus Joannes XIX.

Patriarcha Constantinopolitanus, communicato cum Basilio Imperatore aliisque Græcis consilio, Joannis Papæ consensum extorquere contendit, quo se Episcopum universalem in Ecclesia Orientali diceret, ad eum modum, quo Papa Episcopus universalis in tota Ecclesia habebatur. (*) Ergo Patriarcha Nuncios Romam

(*) En novum & luculentum contra Protestantes argumentum! Hic enim Ecclesia Constantinopolitana non modo Communionem cum Ecclesia Romana, sed etiam subjectionem profitetur,

Romam mittit, onuſtos muneribus, quorum parte Papam donarent, & cetera in eos ſpargerent, quos ſuæ poſtulationi faventes invenirent. Cumque illa tempeſtate Romæ avaritia ita regnaret, ut nullibi terrarum magis, Romani, Græculis faciles aures præbentes, eorum votis ſecreto velificari cogitabant. Verum hac re per exploratores in tota Italia vulgata plurimi tumultuari cœperunt. Quod ubi etiam in Francia Epiſcopi compererunt, Guilielmus Abbas Divionenſis literas acres ad Pontificem, ſalva tamen Eccleſiæ Capiti debita reverentia, dedit. Sæculum XI. A.C.1024.

tur, cum nemo ab altero quam a Superiore privilegium petat. Nec etiam id tantopere Primatui Papæ nocuiſſet, ſi Conſtantinopolitani Epiſcopi univerſales in Oriente tantum, at Epiſcopus Romanus in tota Eccleſia dictus fuiſſet. Ceterum, ſi ſenſus verborum SS. Patrum, S. Gregorii Magni, * S. Auguſtini, S. Cypriani bene perpendatur, ubi de natura Epiſcopatus ex inſtituto loquuntur, unus eſt in tota Eccleſia Catholica Epiſcopatus, & de Jure Divino quilibet Epiſcopus eſt univerſalis; de Jure autem Eccleſiaſtico, atque ut ſervetur ratio Hierarchiæ a JEſu Chriſto ordinatæ, cujuslibet alterius Epiſcopi Juriſdictio ad ſuam provinciam vel Diœceſim reſtringi debuit, ſolo Romano Pontifice, ubicunque & quotiescunque opus eſt, in tota Eccleſia ſuam poteſtatem exercente.

*Fleurius to. VIII. lib. XXXV. Tom. V. p. 375. tom. II. p. 308. & 351.

Sæculum XI. A.C. 1024.

dit. (*) Tandem Græculi re infecta Constantinopolim reverti, & illo tempore hanc petitionem mittere coacti.

§. IV.

Ecclesia Constantinopolitana.

Patriarcha Constantinopolitanus, qui titulum Episcopi Universalis a summo Pontifice obtinere conabatur, erat Eustathius, Successor Sergii. Is enim, postquam Sedem Constantinopolitanam tenuisset annis omnino viginti quinque, mense Julio, Indictione secunda, anno Mundi 6527.(**) JEsu Christi 1019. obierat, Eustathio Patriarcha ordinato, qui, prius Presbyterorum in Palatii Ecclesia præcipuus, Constantinopoli sedit annis sex & mensibus quinque, excessitque e vivis

Cedr. p. 117.

(*) Guilielmus epistolam ad Papam ita exorsus est: *Magistri Gentium dictis instruimur, Seniorem non increpandum. Idem tamen alias dicit: factus sum insipiens, vos me coegistis. Idcirco igitur filiationis diligentia hortamur communem vestram Paternitatem, qualiter in uno imitemini cogitationes hominum providentem Dominum Salvatorem, ut dicatis ad aliquem vobis unanimem, quemadmodum ipse Petro, quid dicunt homines de me? &c. Natal. Alex. in Joan. XIX.*

(**) Hic numerus annorum secundum opinionem Græcorum non Fleurii accipiendus.

vivis menſe Decembri anno 6534. ſeu 1025. Indictione nona. Paucos poſt dies Baſilius Imperator, ſubito morbo correptus, Alexium monachum, Cœnobii Studienſis Abbatem, ad ſe inviſentem, & S. Joannis Caput ferentem, Patriarcham denunciat, eique ſine mora, miſſo Joanne Protonotario, Palatinorum Præfecto, novæ dignitatis poſſeſſionem tradi jubet. Eadem die ſub noctem Baſilius Imperator vita functus eſt ſeptuagenarius, poſtquam annis quinquaginta Græcis imperaſſet, atque in Eccleſia S. Joannis in *Hebdomon*, ut exoptaverat, ſepulchrum nactus eſt. Ceterum Baſilium reportatæ de Bulgaris victoriæ celeberrimum effecerant. Conſtantinus ejus Frater, regni per annos quinquaginta ſocius, ſolus poſtea annis tribus imperavit. Alexius vero Patriarcha Eccleſiam illam annis ſeptendecim rexit.

Sæculum XI. A.C. 1024.

p. 719.

§. V.

Synodus Attrebatenſis.

In Francia Hæreſis ante annos duos detecta & repreſſa, necdum tamen extincta erat; quippe ejusdem Sectatores Attrebati anno milleſimo vigeſimo quinto deprehenſi ſunt. Gerardus Epiſcopus Attrebatenſis & Cameracenſis, quondam in Schola Remenſi Adalberonis Archiepiſcopi, cui affinitate conjunctus erat,

Syn. Attreb. to.13. Spicil.

Sæculum XI. A.C. 1025. discipulus, Natalis Domini atque Epiphaniæ festis Cameraci celebratis, cum inde Attrebatum se contulisset, & de rebus ad Ministerium Episcopale pertinentibus cum suis colloqueretur, certior factus est, venisse ex Italia homines, novæ Hæresis auctores, qui Justitiam quamdam profiterentur, qua sola justi fierent, spretis omnibus Ecclesiæ Sacramentis, quæ ad Salutem nihil prodesse affirmarent. Jussit Episcopus, hos Hæreticos perquiri, & in conspectum suum adduci. Et illi quidem, comperto, quod ad judicium quærerentur, fugam parabant, sed occupati, & ad Episcopum deducti sunt. Gerardo, tunc forte multis negotiis distracto, satis fuit pauca de eorum Fide interrogare; cumque vel ex his intelligeret, homines in errore versari, in carcere usque in diem tertium custodiri jussit. Altera vero die Clericis Monachisque pro conversione istorum hominum jejunium indixit.

Tertia die, quæ erat Dominica, Episcopus in Ecclesiam Beatæ Virginis venit cultu Episcopali ornatus, Archidiaconis suis cum Crucibus & Evangeliis, totaque Clericorum & populi multitudine circumdatus. Tum decantatus Psalmus: *Psal. 67.* *Exsurgat Deus &c.* & Episcopus sedens in medio Abbatum ceterorumque ex ordine Clericorum de Hæreticis generatim

tim dixit ad populum. Mox, ad captivos conversus, quærit, quænam esset eorum Doctrina, quæ Religio, quis Auctor? Illi respondent, Discipulos se esse cujusdam Gandulphi Itali, a quo didicissent, nullam aliam Scripturam, quam Evangelia & Epistolas Apostolorum, esse recipiendam. Quia vero ad notitiam Episcopi pervenerat, quod etiam Baptismum, Eucharistiam, Pœnitentiam, Matrimonium rejicerent, Ecclesias contemnerent, solos Apostolos & Martyres, non autem Confessores Sanctos esse crederent, de his Articulis speciatim quærere cœpit, & de Baptismo exorsus, *quandoquidem dicitis*, inquit, *vos Doctrinam Evangelicam recipere, utique etiam hoc Sacramentum vos recipere oportet. Nam Evangelistæ referunt, JEsum Christum ad Nicodemum dixisse: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum Cælorum.*

Sæculum XI. A.C. 1025.

Gandulphus.

Joan. 3. 5.

Illi reponunt Episcopo: *Doctrina, quam a Magistro nostro accepimus, est Evangelio consentanea. Nam docet, mundum relinquere, desideria carnis reprimere, de labore manuum suarum vivere, nemini nocere, & opera charitatis perficere in omnes, quibus nostrum Institutum cordi est. Credimus vero, hanc Justitiam servantibus Baptismum non esse necessarium, & eam non servantibus Baptismum*

Sæculum XI. A.C. 1025.

nihil prodesse ad Salutem. Tribus autem de causis inutilis est Baptismus. Prima est, mala vita Ministrorum, qui Salutem procurare nequeunt. Secunda, relapsus in vitia, quibus renunciatur, cum Baptismus suscipitur. Tertia, quod infanti, cui nullum est desiderium, quin & nulla cognitio Salutis, voluntas & fides alterius prodesse baud posse videatur. (*)

Tunc vero Episcopus oratione ad populum directa de his Quæstionibus disseruit in hunc ferme modum: *JEsus Christus, qui per se ipsum justus est, &*
Matth. 3, 15. *fons omnis Justitiæ, nihilominus baptizari voluit, ut impleret omnem Justitiam, id est, ut Justitiæ exemplum nobis daret. Voluit, ut per signum sensibile, dum corpus abluitur, puritatem animæ invisibiliter reparatam cognosceremus, &*
Act. 10, 47. *S. Petrus Cornelium baptizavit in aqua, etiamsi ante Baptismum Spiritum Sanctum accepisset. Ministri peccata non nocent Sacra-*
p. 7. *mento, quia Spiritus Sanctus operatur, & Baptis-*

(*) Quo indicio, quo argumento, qua Auctoritate hodierni Protestantes probare possunt, quod sensum S. Scripturæ, exempli gratia, de Merito, de Libero Arbitrio hominis, de Matrimonii Sacramento, quod rejiciunt, clarius & certius assequantur, quam Hæretici, de quibus hic sermo est, verum sensum de Sacramento Baptismi intellexerint?

Sæculum XI. A.C. 1025.

Baptiſmus, quem Judas conferebat, ejusdem virtutis fuit, ac aliorum Apoſtolorum. Parvulis aliorum fides prodeſſe potest, eo modo, quo Fides aliorum Paralytico Evangelico, & filiæ mulieris Chananææ profuit. Denique cur vos, qui omnem Ritum externum in Eccleſia reſpuitis, pedes veſtros, alter alteri, religioſiſſime lavatis? Gerardus exinde ad explicandum Sacramentum Evchariſtiæ progrediens ait: *Quotiescunque hoc Sacrificium offerimus, panis & vinum aqua mixtum, per Crucem & verba JEſu Chriſti ſuper Altare ſanctificata, verum & proprium corpus ejus, ac verus & proprius* (*) *Sanguis ejus fiunt, quamvis aliud eſſe appareant.* Reſpondet deinde Epiſcopus ad quædam ab Hæreticis objecta, & non nulla prodigia ex hiſtoria ad oſtendendam veritatem Doctrinæ, quod panis & vinum in Corpus & Sanguinem JEſu Chriſti mutentur, refert.

p. 12. *Matth.* 9. 2. S. Euchariſtia.

c. 2.

Gerardo Epiſcopo perorante, Fideles omnes præſentes lacrymis diffluebant, atque potentiam & miſericordiam Dei dilaudabant. Sermone autem ad Hæreticos converſo quæſivit Epiſcopus, an haberent, quod reſponderent. Tunc illi

p. 21.

(*) Teſtimonium tam hujus, quam omnium Sæculorum, de vera & corporali Chriſti præſentia in Euchariſtia contra Proteſtantes invincibile!

Sæculum XI. A.C. 1025.

inter ſuſpiria & gemitus faſſi ſunt, ad ea, quæ modo audiviſſent, non ſupereſſe ſibi, quod dicerent. Tum culpam ſuam deflebant, percutiebant pectora, & in terram ſe proſternebant. Mirari ſe Bonitatem Dei affirmabant, qui ſe peccatores, nominis Chriſtiani probrum, tamdiu tuliſſet. Timebant, nullum fore veniæ locum, poſtquam etiam complures alios pervertiſſent. Tum Epiſcopus: *Satis quidem cauſæ ad id metuendum vobis eſſet, vobis, inquam, qui peccatores ullum a pœnitentia fructum ſperare prohibebatis. Sed ſi errores veſtros bona fide abjicitis, & Doctrinam Catholicam recipitis, confido, & promitto, vos a Deo veniam conſecuturos.*

Ergo Epiſcopus rudes homines ulterius edocebat, maximi faciendas eſſe Eccleſias materiales, quas ipſi tanquam lapi-
c. 3. dum cumulum contemnebant. De Al-
c. 4. 5. taribus, de Incenſo, de Campanis diſſerebat. Omnes explicabat Ordines, in-
c. 6. cipiens ab Oſtiario usque ad Epiſcopum. Nam Hæretici illi, damnato omni cultu exteriore, perinde eſſe putabant, quis inter eos Religionis ſuæ miniſterio fungeretur, vel quo in loco, an in ſilvis, in triviis, vel in latrinis. Nulla etiam cura
c. 7. erat, ubi ſepelirentur; quippe dicebant, exequiarum Ritus Presbyterorum avaritiæ originem ſuam debere. Porro Epiſcopus

scopus de Pœnitentia docebat, eam mortuis quoque prodesse, pro quibus preces persolvuntur, eleemosynæ erogantur, aliaque opera, quibus corpus affligitur, peraguntur. *Quia amicus*, inquiebat, *pœnitentiam non completam amici, a morte occupati, supplere potest.* Sæculum XI. A.C. 1025. c. 8. 9.

Transiens ad Doctrinam de matrimonio dicebat, illud non esse omnibus denegandum, nec etiam omnibus concedendum, quia illis, qui se semel Ministerio Ecclesiæ addixerunt, nuptias cogitare non liceret. Probabat, Confessores æque ac Martyres esse honorandos. Psalmodiam, Cultum Crucis & Imaginum, Dignitatum Ecclesiasticarum ordinem defendebat. Tandem necessitatem Gratiæ contra falsam Hæreticorum istorum Justitiam stabiliebat. Ceterum ad cunctos hos articulos probandos, ubicunque potest, adducit argumenta novi Testamenti ex sermonibus & exemplis JEsu Christi atque Apostolorum eruta, quamvis etiam non nulla ex veteri Testamento afferat. c. 10. Gerardus Episcopus. c. 11. 12. 13. 14. c. 15. c. 16.

Cum Gerardus Episcopus totam diem docendo consumpsisset, & Hæretici veritatem agnoscere viderentur, errores suos damnare jussi sunt. Ipse vero Episcopus cum Abbatibus, Archidiaconis & Clericis Formulam condemnationis recitavit in hunc modum: *Damnamus &* c. 17.

Sæculum XI. A.C 1025.

Anathematizamus hanc Hæresin, quæ docet, Baptismum ad delendum peccatum originale & peccata actualia non prodesse. Peccata per Pœnitentiam remitti non posse. Ecclesiam, Altare, Corporis & Sanguinis Domini Nostri Sacramentum, nihil aliud esse, quam quod oculis Corporis cernitur, atque istud Sacramentum esse rem vilem. Tandem matrimonia legitima esse rejicienda. Hanc Hæresim, omnesque qui eam tenent, damnamus. Addiderunt Episcopus & Clerici Fidei professionem, in qua, ubi de Eucharistia sermo est, dicunt: *Confitemur, esse eandem carnem, quæ nata est ex Virgine, quæ in Cruce passa,* (*) *quæ ex Sepulchro egressa super Cælos exaltata est, & ad dexteram Patris sedet.*

Hæc Sententia latine denunciata, cujus Sermonis, qui Hæresim professi fuerant, erant imperiti, jubente Episcopo iisdem in lingua vulgari ab Interprete explicata est. Ipsis vero se & Decretum conde-

(*) Clarissimum iterum contra Guilielmum Cave, aliosque Protestantes Testimonium, quo verba antecedentia de Ecclesia, Altari, & Corpore Christi explicantur, & sensus totius Ecclesiæ manifestatur; nisi quis cum eodem Cave sine ullo fundamento fabulari vellet, hanc Doctrinam Episcopum Attrebatensem a solo Paschasio didicisse.

condemnationis & Fidei professionem recipere affirmantibus præceptum, ut, quo modo possent, saltem crucem manu sua formando subscriberent. Tandem omnes, qui Synodo interfuerant, Gratias Deo agentes, accepta Episcopi Benedictione recesserunt. Gerardus Episcopus deinde hujus Concilii Acta misit cuidam Episcopo vicino, quem Renaldum Leodiensem fuisse credunt, ut moneretur, nequissimos esse istos hæreticos. Nam ille, cum in ipsius Diœcesi existentes venenum Doctrinæ suæ astutissime texissent, impunitos dimiserat. In illa epistola addit Gerardus: *Cum illi, quos Hæretici huc miserant, ad seducendos & depravandos alios, vinculis dati fuissent, in quæstione solertissime dissimulabant, nec etiam adhita tormenta exprimebant verum, donec convicti ab illis, quos Hæresi sua pæne infecerant, errorum suorum partem nobis confessi sunt.*

Sæculum XI. A.C. 1025.

§. VI.

S. Cunegundis Secessus.

In Germania Cunegundis Imperatrix, S. Henrici Conjugis sui obitu a vinculo matrimonii liberata, in Monasterium Confugiense, quod ab ipsa fundatum in Hassia prope Cassellas situm erat, se recepit; ubi cum in ipsa anniversaria die transitus S. Henrici, decima quinta Julii, an-

vit. n. 7. Sæc. 6. Ben. p. 40.

Sæculum XI. A.C.1025.

no 1025. Eccleſiam ab Archiepiſcopis & Epiſcopis conſecrari voluiſſet, inter Miſſarum Solemnia omni illo cultu, quæ Majeſtatem Imperialem decebat, ornata ad Altare proceſſit, & primo particulam veræ Crucis obtulit. Mox perlecto Evangelio, abjecta Regali purpura, tunicam fuſcam, quam ipſa ſibi ſuis manibus operata fuerat, ab Epiſcopis benedictam, induit, reſecari ſibi capillos, qui ad ejus honorem in monaſterio ſervati, juſſit, velumque & annulum ab Epiſcopis accepit, preces in conſecratione ſolemni Virginum dici ſolitas ſuccinens. Ita monaſticum Inſtitutum profeſſa reliquos, quibus ſuperſtes fuit, annos quindecim in monaſterio illo transegit, ſimplex Monialis, omnibus Sororibus ſubjecta, ſine oſtentatione humilis. Cum artis phrygiæ eſſet peritiſſima, & in diſtinguendis auro gemmisque veſtibus nulli inferior, laborabat manibus ſuis, ſciens, ut ait vi-

Pont. Rom. de conſecr. Virg.

2. *Theſſ.* 3.

tæ ipſius auctor, ſcriptum eſſe: *qui non operatur, non manducet.* Divino Sponſo ſemper vel orans vel legens colloquebatur, aut certe aliam ſororem legentem auſcultans. Ægrotas inviſebat, pauperum curam nunquam deponebat. Tandem vigiliis & vitæ rigore conſumpta, tertia Martii anno milleſimo quadrageſimo ſanctam animam Creatori reddidit, poſtquam prohibuiſſet, ne ulla pompa cor-

corpus ſuum conderetur, atque Bamber- Sæculum XI.
gæ ad latus Imperatoris Conjugis ſui ſe- A.C. 1025.
pulta eſt. (*) Ceterum pluribus mira- *Martyr. Ro.*
culis poſt fata claram Eccleſia, ipſa obi- 3. *Mart.*
tus die, honorat.

§. VII.

Concilium Anſanum.

Eodem anno milleſimo vigeſimo quinto Anſæ prope Lugdunum celebratum eſt Concilium, cui Epiſcopi duodecim interfuere, videlicet, Burchardus Archiepiſcopus Lugdunenſis, Archiepiſcopus Viennenſis, qui & ipſe Burchardus vocabatur, Archiepiſcopus Tarentaſienſis, tum Epiſcopi Auguſtodunenſis, Matisconenſis, Cabilonenſis, Antiſſiodorenſis, Valentinus, Gratianopolitanus, Ucetienſis, Auguſtenſis, & Maurianenſis. Dum igitur Epiſcopi multa ad cauſas Eccleſiaſticas & utilitatem communem populi tractant, ſurgens in medio Congregationis Epiſcopus Matisconenſis contra Burchardum Archiepiſcopum Viennenſem querelam movit, quod ſine licentia & aſſenſu ſuo Monachis in Diœceſi Matisconenſi, nempe in Monaſterio Cluniacenſi, contra Canonum inſtituta, *tom* 9. *Conc. p.* 859.

Ordi-

(*) Hic Palatius ex Krantzio: Cunegundis porro cum poſt aliquot annos tumularetur, vox de Cœlo intonuit:

Cede Virgini Virgo locum.

Sæculum XI. A.C.1025.

Ordines contuliſſet. Statim Archiepiſcopus Viennenſis reſpondens Odilonem Abbatem in Concilio præſentem illarum Ordinationum Auctorem & Defenſorem nominavit. Ergo ſurgens cum Monachis ſuis Odilo produxit Privilegium, a Romana Eccleſia acceptum, ne ſubjecti eſſent Epiſcopo, in cujus Diœceſi degerent, nec cuicunque alteri, ſed libertate gauderent, qua quemcunque & ex quacunque Regione vellent Epiſcopum ad conferendos Ordines, & peragendas Conſecrationes ad ſuum vocarent Monaſterium. Nomine conſecrationis, haud dubie dedicatio Eccleſiarum accipienda.

Tunc vero lecti ſunt Canones Concilii Calcedonenſis, & multorum aliorum, in quibus præcipitur, ut in qualibet Regione Monachi proprio Epiſcopo ſubjecti ſint, & ne quicunque Epiſcopus in alterius Diœceſi vel ordinet vel conſecret ſine ipſius conſenſu. Itaque Epiſcopi decreverunt Privilegium non eſſe ratum, quod Canonum inſtitutis non modo non eſſet conſentaneum, ſed aperte adverſum. Pronunciarunt etiam, Abbatem Cluniacenſem non eſſe idoneum Defenſorem ordinationis, quam Archiepiſcopus Viennenſis peregiſſet. Unde Archiepiſcopus ratione convictus, veniam ab Epiſcopo Matisconenſi petens, loco ſatis-

satisfactionis sub quibuscunque vellet Fidejussoribus promisit, se singulis annis, quoad ambo viverent, in Quadragesima tantum olei olivarum, quantum ad conficiendum S. Chrisma esset necessarium, ipsi persoluturum. Istud exemplum, illudque in dedicatione Monasterii Lochiensis produnt, illius ætatis Episcopos, Pontificem supra Canones esse, non credidisse. (*)

Sæculum XI. A C. 1025.

Sup. lib. LVIII. §. 16.

§. VIII.

(*) Ex hoc loco Historiæ Ecclesiasticæ, sicut e sexcentis aliis, exploratum fit, Ecclesiam nunquam potestate simpliciter Monarchica fuisse gubernatam. Sicut enim ex una parte Romanis Pontificibus Prærogativa Potestatis & Infallibilitatis, quæ S. Petri Successori, Ecclesiæ Primati & Capiti, Summo Pastori, competit, semper asserta fuit, ita etiam Episcopis sua auctoritas & Jurisdictio, quam in prima Institutione Ecclesiæ acceperunt, salva esse debet.

Præclare in Rem nostram *in Tract. de Pot. Sum. Pon. anno* 1755. *edito* differit P. R. & M. P. Gregorius O. S. B. Canonum Professor & Universitatis Salisb. Rector, qui aliorum Scriptorum mentem ita exposuit, ut de propria ipsius sententia dubitandi locus non supersit. Is igitur Summi Pontificis Personam definit in hunc modum, quod sit *Supremum in Hierarchia Ecclesiastica Caput ad informandam regendamque Ecclesiam juxta formam a Christo Domino præscriptam divinitus institutum. pag.* 4. Deinde

pag.

Sæculum XI. A.C. 1025.

§. VIII.

Continuatio vitæ S. Romualdi.

Sup. lib. LVII. §. 59. vit. n. 53. Sæc. 6. Act. Ben. p. 263.

At rerum ordo postulat, ut reliqua de vita S. Romualdi prosequamur, & Beatum viri finem enarremus. Postquam Vir Sanctus Ottonem III. cui mortis tempus prædixerat, reliquisset, Paren-

---

pag. 32. dicit: *Mixtam* (in Ecclesia) *quodammodo* (Regiminis formam) *seu Monarchico-Aristocraticam defendunt non illi tantum . . . . verum etiam Viri alii egregii pietate non minus quam Doctrina conspicui, qui pro Superioritate & Infallibilitate Pontificis quasi pro aris & focis dimicant &c.* Doctissimorum Virorum pace hic insinuare liceat, quod etiamsi forma Regiminis Ecclesiastici, explicationis causa, possit dici Monarchico Aristocratica, nihilominus vox Hierarchia melius adhibeatur. Sicut etiam in Definitione Summi Pontificis, paulo ante ex Magnif. Rectore allata, sapienter nulla mentio fit Monarchiæ vel absolutæ & puræ vel mixtæ, quod vox ista toti retro Antiquitati (ut docet Historia Ecclesiastica) ignota, potius ad significandum Regimen Regium & Politicum, quam Ecclesiasticum nata & apta videatur.

Addit Magnificus Scriptor *eadem pag. Si Scripturam consulamus, profecto inde luce meridiana clarius apparet, quod Christus in sua Ecclesia talem Regiminis formam instituerit, quæ non sapiat . . . Dominatum, viam sternat ad despotismum &c.*

Item

rentium, civitatem in Istriæ Peninsula si- Sæculum XI.
tam, concessit, ubi primo anno Mona- A.C. 1025.
sterium condidit, & Abbatem instituit, ceteris vero duobus Recluforum more latuit. Ibi eum Divina pietas ad tam sublimem perfectionis gradum provexit, ut etiam ventura prospiceret, & multa veteris ac novi Testamenti occulta mysteria

---

Item *pag.* 34. *Si Traditionem consulamus, vix ullum . . . . reperimus vestigium . . . Regiminis Monarchici; usque dum post Sæc. VIII. Authoritas Pontificis majora in dies accepit incrementa. &c.*

Tum *pag.* 38. *Agitantur alii zelo prorsus indiscreto, actum esse existimantes de Ecclesia, Religione, & Fide Catholica, nisi Pontificis Authoritatem supra omnem potestatem extollant. Et hinc non raro contrarium sentientes Censuris etiam Theologicis perstringere, varia fidei dogmata in suo intellectu cudere, & Doctrinas nec a Christo revelatas, nec ab Ecclesia ad credendum propositas, quæ vix limites probabilitatis excedunt, multo minus apicem veritatis fidei attingunt . . . deprædicare non dubitant.* Et *pag.* 42. *Qui . . . contrarium sentientes ferme Hæreticos faciunt, aut saltem de Hæresi suspectos habent . . . . cæteroquin minime considerantes, quod aliquoties Ecclesiæ Catholicæ plus obsint, quam prosint, & Ecclesiam & se irrisioni Acatholicorum exponant, si in probationibus convincentibus deficiant. &c.* Tandem *pag.* 58. Quid-

Sæculum XI. A.C. 1025.

steria illustratæ mentis acie penetraret. In illa solitudine S. Romualdus repente donum lacrymarum obtinuit, quod prius frustra optaverat, ex illo autem tempore usque ad vitæ exitum non amisit. Frequenter, Divinæ Bonitatis contemplatione abreptus, exclamabat: *Care JEsu! o dulcis JEsu mi! desiderium ineffabile! dulcedo Sanctorum! suavitas Angelorum!* aliaque similia ab humano sensu aliena. Missam celebrare coram pluribus nunquam volebat, quia lacrymarum vim continere non poterat; & putans eandem gratiam Discipulis suis esse concessam, dicebat: *Cavete, ne multas lacrymas effunda-*

Quidquid sit de opinionibus horum Authorum, putamus hanc Formulam: loqui de Cathedra, suum sensum, in quo hodie accipitur a noviori-bus . . . . accepisse. Non enim legimus, quod antiquiores . . . . tam subtiliter in Pontifice duplicem Personam & duplicis generis Decreta distinxerint. &c.

Hæc ex Tractatu clarissimi viri; nam dulce aliorum labore frui, & testimonium alterius est majoris ponderis. Ceterum hujusmodi Reflexiones sunt necessariæ legenti Historiam Fleurii, qui præter *Mores*, & *Doctrinam* Ecclesiæ Catholicæ, etiam ejusdem *Disciplinam* docet. Nemo autem genuinam Disciplinæ Ecclesiasticæ Ideam assequetur, nisi probe sciat, qualis Regiminis forma a JEsu Christo instituta fuerit, & in Ecclesia maxime viguerit.

fundatis, quia & visum minuunt, & ver- Sæculum XI.
ticem lædunt. A.C. 1025.

Exiit ex hoc claustro S. Vir, desiderio Fratrum suorum in aliis monasteriis commorantium obsecuturus. Quod cum audivisset Episcopus Parentinus, nimio mœrore perculsus denunciari jussit; quicunque Romualdo navim dare præsumeret, qua in Italiam veheretur, unacum ipso sempiterno exilio damnandum. Advenerunt vero duæ exteræ cimbæ, quarum Rectores Romualdum læti susceperunt, & sibi gratulantes, quod tanto viro operam addicturi essent. Ecce autem dum navigant, circa diluculum ventis subito sævientibus horrida oritur tempestas. Jamque cuncti nihil propius esse credebant, quam ut fluctibus obruerentur. Alii vestes projiciebant, natando salutem quæsituri, alii remum vel tabulam apprehendebant, quibus pro navigio uterentur. Romualdus cucullo suo abditus, demisso ad genua capite, aliquamdiu oravit. Tum conversus ad Ansonem Abbatem, sibi proximum, denunciare eum nautis jubet; ponerent metum, nam omnes incolumes evasuros. Et paulo post in portum Capreolæ civitatis appellunt. *n.* 55.

Inde S. Romualdus ad monasterium suum Bifurcense veniens, cum Cellulæ ipsi plus justo splendidæ viderentur, illis *n.* 58.

Sæculum XI. A.C. 1025.

omnibus rejectis, aliam, quæ quatuor cubitis amplior non erat, hospitium sibi delegit. Relictis postea his monachis, quod ipsis persuadere non posset, ut se alicujus Abbatis Regimini submitterent, ad Comites Camerinæ Provinciæ nuncios misit, qui rogarent, ut sibi in eorum Ditionem commeare liceret. Illi gaudentes S. Viro cuncta sui Dominii obtulere prædia, non modo silvarum, & montium, sed si ipsi videretur etiam agrorum. Placuit Romualdo locus, qui Vallis de Castro dicebatur, proferendis fructibus aptus, irriguus, montibus & silvis vallatus, ubi jam tunc parva erat Ecclesia & aliqua congregatio mulierum conversarum. Quibus loco cedentibus, S. Vir Cellulis constructis illic cum Discipulis suis habitavit, ingenti animarum fructu consequente. Plurimi ad pœnitentiam suscipiendam undique confluebant, aliqui sua omnia in pauperes distribuebant, alii toto mundo relicto, Monasticum Institutum amplectebantur. Sanctus Vir similis erat Seraphim, amore Dei flagranti, & omnium se auscultantium corda accendenti. Sæpe, cum verba faceret ad populum, lacrymarum copia vocem supprimente, quasi subito mente captus omnium conspectum fugiebat. Si equo vectus cum Fratribus iter faceret, longo post illos intervallo sequebatur, Psal-

S. Romualdus iterum in Italia.

mos

mos decantans, & continuo lacrymas fundens. Sæculum XI. A.C. 1025.

Inter ceteros autem Romualdus majore severitate corripiebat Clericos Sæculares, data pecunia ordinatos; quibus nullam Salutis spem supereſſe affirmabat, nisi Ordinem sponte desererent. Hi novam rem audientes importunum monitorem occidere moliti sunt. Per totam namque illam Ditionem usque ad Romualdi tempora vix quisquam noverat Simoniam esse peccatum. Ille vero ad Clericos: *Canonum libros mihi afferte, & diligenter inspicite, an quæ dico vera sint.* Pervolutis libris crimen agnoscebant, & errata plangebant. Compluribus Canonicis aliisque Clericis, more Laicorum vitam ducentibus, persuasit, ut Præpositis obedirent, & vitam communem amplecterentur. Id videtur esse origo Canonicorum Regularium, qui posterioribus temporibus occurrent. (*) n. 60.

(*) Verum quidem, quod in hoc Sæculo Monasteria Canonicorum ab Ecclesiis Cathedralibus separata necdum appareant. Cetcrum accuratam de Canonicorum Ordine cognitionem acquirere cupientibus legendum est Opus Eximium: *Vetus Disciplina Canonicorum Regularium & Sæcularium . . . Critice & Moraliter expensa a D. Eusebio Amort, Canonico Regulari Lateranensi Pollingæ . . . . Venetiis* 1747.

Sæculum XI. A.C. 1025. Non nulli Episcopi, qui per Simoniam Sedes suas invaserant, Sanctum Virum consuluerunt, & se ejus curæ commiserunt, promittentes, se dimisso Episcopatu Professionem Monasticam amplexuros. Hæc omnia S. Petrus Damianus in vita S. Romualdi literis prodidit, & subjunxit: *Nescio tamen, an Vir Sanctus tota sua vita vel unicum ad frugem reduxerit. Est enim venenata illa Hæresis, præsertim in Episcopali Ordine, valde dura & rigida. Semper promittunt, semper differunt. Ita ut facilius Judæum ad fidem converteris, quam Simoniacum Christianum ad pœnitentiam provocaveris.*

Sed e Valle de Castro quoque emigrans S. Romualdus, relictis ibi non nullis de suis Discipulis, ad Regionem urbis* veteris pervenit, ubi expensas tribuente Farulfo Comite Monasterium extruxit. Tantus namque in S. Viri pectore faciendi fructus ardor urgebat, ut effectis nunquam contentus ad facienda mox alia properaret, adeo ut putaretur totum mundum in eremum velle convertere, & Monachorum ordini omnem populi multitudinem sociare.

*Orviette. *n.* 62.

Interea Romualdus audiens, quod S. Bonifacius, Discipulus suus, apud Russos anno 1009. Martyrii palmam consecutus esset, tam vehementi desiderio sanguinem suum pro JEsu Christo dandi succensus

ep. 63. *Sup. lib. LVIII. §.* 26.

census est, ut protinus animo constitue- Sæculum XI.
rit in Hungariam proficisci. Priusquam A.C.1025.
vero propositum exequeretur, tria bre- S. Romual-
vi tempore condidit Monasteria, unum in dus in Pan-
Valle de Castro, cujus meminimus, aliud nonia.
juxta Isinum* fluvium, & tertium prope * Esino.
Oppidum Asculum. Deinde licentia ab Apostolica Sede accepta, & duobus e suis Discipulis in Archiepiscopos consecratis, cum viginti quatuor Fratribus iter arripuit. Cum enim omnes desiderio æquali pro Salute proximi moriendi æstuarent, pauciores deligere non licuerat. Verum cum fines Pannoniæ, id est Hungariæ, attigissent, Romualdus languore correptus ulterius progredi non potuit. Diu hoc morbo vexatus est, & quoties reditum parabat, levabatur, quoties vero iter prosequi cogitabat, protinus intumescebat facies, & stomachus cibos non retinebat. Advocatis itaque Fratribus ait: *Agnosco, Divinæ Voluntatis judicium esse, ut ultra non progrediar. Verumtamen quia desiderium vestrum non ignoro, neminem vestrum ad reditum compello, sed uniuscujusque relinquo arbitrio. Scio autem neminem eorum, qui remanserint, ad Martyrium perventuros.* Vera dixisse S. Virum eventus comprobavit; nam ex quindecim Discipulis ejus, qui Hungariam petierunt, aliqui equidem fustibus cæsi, alii venumdati, & in ser-

Sæculum XI. A.C. 1025.

vitutem redacti, nulli ipsa vita pro fide privati.

Romualdo autem ad Monasterium suum urbis veteris reverso mores Abbatis neutiquam probabantur. Volebat enim quemlibet Abbatem, utpote non ideo minus Monachum, abjecta amare, sæcularia aversari, Bona Monasterii Fratrum usibus impendere, cum jactantia nihil facere. Cum nihil proficeret Romualdus, relicto hoc Monasterio cum suis Discipulis Castrum Rainerii petiit, qui postea Tusciæ Marchio fuit. Hic Princeps uxore sua, sanguinis propinquitatem obtendens, dimissa, viduam cujusdam sibi agnati uxoris nomine apud se habebat, hinc Romualdus, ne criminis particeps fieret, gratis in ejus Ditione habitare noluit, sed unum ei aureum pro aqua, alterum pro lignis pendebat, & respuentem pecunias a tam Sancto Viro accipere compulit, injecta abitus mentione. Ceterum Rainerius non nunquam auditus est dicere: *Non Imperator, non aliquis omnino mortalium tantum mihi metum valet incutere, quantum me Romualdi aspectus terret. Ipso præsente, non habeo, quod dicam, nullam excusationem invenio, qua me defendam.* Habebat re vera Vir Sanctus hanc ex Divino munere gratiam, ut quicunque peccatores, præsertim potentes Sæculi,

in

in ejus præsentiam deveniſſent, mox velut ante Majeſtatem Dei tremefactis viſceribus formidarent. Sæculum XI. A.C.1025

§. IX.

Varia S. Romualdi Monaſteria.

Vir Sanctus exinde ſæpius de loco in locum migrans, quocunque veniſſet, viciniam virtutis ſuæ fama implebat, & peccatores convertebat. Ideo vero frequentiſſime locum mutabat, quod ubicunque degeret, turba hominum pæne innumerabilis concurreret. Itaque poſtquam unum locum Monachis impleſſet, conſtituto in eo Præpoſito, mox ad alium iterum implendum feſtinabat. Ut nihil dicamus de aliis Monaſteriis, etiam montem Sytriæ, in Umbria poſitum, incoluit; ubi ab uno monachorum ſuorum inſignem calumniam paſſus eſt. Huic nomen erat Romanus, quem cum Romualdus pro ſuæ carnis immunditia non modo verbis argueret, ſed ſæpe etiam verberibus graviſſimis coerceret, auſus eſt Diabolicus vir eundem Reatum Magiſtro imponere. Et quamvis corpus Senis decrepitum & operibus rigidis attenuatum ſatis calumniam refelleret, nihilominus fidem fecit impoſtor, & S. Viri Diſcipuli, injuncta ei pœnitentia, Sancta Myſteria celebrare prohibuerunt. Ille Diſcipulorum imperio ſe ſubjiciens, ad

n.75.

n.78.

Sæculum XI. A.C. 1025. Sacroſanctum Altare per ſex fere menſes accedere non præſumpſit. Tandem vero ipſi Divinitus præceptum, ut ſi Divinam timeret gratiam perdere, indiſcretam ſimplicitatem poſtponeret, & Sacra Miſſarum Solemnia magna fiducia celebraret. Paruit altera die Romualdus, cumque ad ſecunda Miſſæ Secreta perventum eſſet, in Extaſim raptus, Expoſitionem Pſalmorum ſcribere juſſus eſt, quæ hodieque in Monaſterio Camaldulenſi ipſius manu exarata aſſervatur.

In Sytria vir venerabilis per ſeptem annos recluſus manſit, & nihilominus vix
n. 79. ullo unquam tempore plures homines convertit, atque ad agendam pœnitentiam volentes incluſit. Vergente ad ſe-
n. 80. nectutem ætate nihil de vitæ rigore relaxavit. Nam per unius Quadrageſimæ ſpatium nihil aliud vel cibi vel potus ſumpſit, niſi de modica farina & paucis herbis ſorbitiunculam. Atque ita, quid vires ferrent, vel recuſarent, tentabat. In æſtate unam hebdomadam jejunando in pane & aqua tranſigebat, hebdomada ſequente levi obſonio feria quinta reficiebatur. Si eum aliquando tentatio invaderet lautiorem cibum comedendi, parari eum præcipiebat, ori & naribus admovebat, & ſolo captato odore dicebat: *o gula, gula, quam ſuavis tibi ſaperet iſte cibus? ſed væ tibi! ex eo nunquam guſtabis.*

Vita S. Romualdi.

bis. Et sic intactum remittebat ad Cellarium. Duo vel tria habebat cilicia, quæ singulis mensibus mutabat. Capillorum & barbæ excrementa ipse sibi, sed raro, forficibus præscindebat. In Quadragesima, nisi necessitas cogeret, nunquam prodibat, & non obstante vitæ rigore alacrem semper & hilarem vultum ostendebat. Referunt complures infirmos non sine prodigio ab ipso sanatos, quamvis id suis meritis adscribi minime vellet. Cum discipulos suos in domos Sæcularium mitteret, iis panem vel poma, vel aliud a se benedictum dabat, quod ubi ægrotantes comedissent, protinus sanitatem corporis recipiebant.

Sæculum XI. A.C. 1025.

n. 81. *&c.* *n.* 83.

Ceterum, Monachi Sytrienses omnibus viribus ad vitæ monasticæ perfectionem ascendere contendebant. Omnes siquidem nudis pedibus incedebant, omnes inculti, pallidi, & in extrema paupertate contenti. Non nulli obseratis januis clausi, ita mortui mundo videbantur, velut in sepulchro jam positi. Vinum ibi nemo noverat. Ipsi etiam monachorum famuli, & custodes pecorum jejunabant, silentium servabant, flagellis se invicem cædebant, & ob quæcunque verba otiosa pœnitentiam flagitabant. Postquam autem S. Vir vidit, tot ibi esse Fratres, ut eos locus vix caperet, Abbate ipsis præposito, inviola-

n. 93.

Sæculum XI. A.C. 1025.

tum tenens silentium, Bifurcum se recepit.

n. 94.

Inter hæc, cum Imperator Henricus in Italiam venisset, missis ad Beatum Virum nunciis rogavit, ut ad se invisere non gravaretur, promittens, facturum se, quæcunque præciperet. Romualdo autem id abnuente, & silentium frangere recusante, dixerunt Discipuli: *Magister, vides nos hic tanto numero esse, ut commode habitare non possimus; quapropter pete a Cæsare majus monasterium.* His Vir Sanctus responsum scripsit in hunc modum: *Scitote, quia Montis Amiati monasterium ex dono Regis habebitis. Deliberate, quem ibi Abbatem eligere debeatis.* Tum perrexit ad Imperatorem, qui accedenti assurgens magno cordis affectu in hanc vocem erupit: *utinam anima mea esset in corpore tuo!* rogavitque, ut sibi colloqueretur; sed illa die impetrare non potuit, ut silentium violaret. Postera die ad Palatium eunti certatim occurrunt Germani, salutant Virum Sanctum inclinatis humiliter cervicibus, & villos pelliceæ vestis, qua indutus erat, decerpunt, eos tanquam Sacras Reliquias studiose in patriam portaturi. Qua devotione Romualdus vehementer offensus & magno mœrore affectus, nisi obstitissent Discipuli, protinus Cellulam suam repetiisset.

S. Romualdus coram S. Henrico.

Ingres-

Ingressus ad Imperatorem, diu de restituendo jure Ecclesiarum, de violentia Potentum, de oppressione pauperum disseruit, & tandem pro suis Discipulis monasterium petiit. Cui postmodum Henricus Montis-Amiati monasterium tradidit, ejecto inde quodam Abbate, multis malis obnoxio. Istud Monasterium in Tuscia Territorii Clusiacensis positum Rachis Rex Longobardorum circa annum 743. condiderat. Sæculum XI. A.C. 1025. *Ital. S. to.3. p. 667.*

Inter Monasteria, ultimo vitæ suæ tempore a S. Romualdo fundata, fuit Camaldulense, postea præ ceteris omnibus celebratum. Is locus, illa tempestate *Campo Malduli* dictus, inter asperrimas Alpes Apenninas Diœcesis Aretinæ situs, vallis est amœnissima, septem rigata fontibus, quam Discipulis suis commodam delegit Romualdus, ibique Ecclesiam S. Salvatoris, & quinque Cellulas separatas, totidem Anachoretis destinatas, extruxit. His Petrum Venerabilem Præpositum dedit, Theodaldo Episcopo Aretino, qui hanc Sedem anno 1023. obtinuit, consentiente. *Mabill. ob ser. ad vit. p. 278. Id. iter Ital. p. 180.*

§. X.

S. Romualdi obitus.

Sanctus Romualdus cum jam finem suum imminere intelligeret, ad Monasterium suum in Valle de Castro rediit, *vit. n. 100.*

Sæculum XI. A.C. 1025.

diit, jamque certus, se esse morituram, Cellam sibi cum Oratorio ædificari mandavit, in qua recluderetur, & silentium usque ad mortem servaret. Sane viginti abhinc annis Discipulis suis prædixerat, se in hoc monasterio e vita decessurum, nemine, dum animam exhalaret, præsente. Cella constructa, sensit corporis languores ingravescere, præsertim phlegmatis abundantiam & pulmonis marcorem, quo jam mensibus sex laborabat. Nihilominus nec lecto decumbere, nec solitum jejunium violare voluit. Quadam igitur die sole ad occasum vergente sentiens se viribus destitui, duobus Fratribus qui adstabant præcepit, ut foras exirent, Cellulæ januam clauderent, & ad eum diluculo remearent, Hymnos matutinos, id est Laudes, celebraturi. Illi inviti discedunt, neutiquam vero cubitum properant, sed prope Cellam latent. Tum attentius auscultant, & neque ullum motum corporis, neque sonum vocis audientes, suspicati, quod res erat, impulsa janua velociter irruunt, illatoque lumine, supinum cadaver inveniunt, anima in Cœlum rapta. S. Romualdus vitam suam usque ad annum prope centesimum vigesimum produxit; namque annos viginti in Sæculo, tres in Monasterio, & nonaginta tres in eremo transegit. Hæc in ejus vita,

vita, quam post annos ab ipsius morte quindecim S. Petrus Damianus scripsit, legimus. Verumtamen errorem subrepsisse, sive id oscitantia Librariorum, vel alio modo evenerit, atque S. Romualdum ultra annum vitæ nonagesimum superstitem esse non potuisse, plurimi credunt. Obiit vero anno Christi 1027. decima nona Junii, qua die Ecclesia ejus memoriam colit. Sed Romæ ipsius Festum septima Februarii, secundæ Translationis die, fixum. Proximo post obitum suum tempore S. Romualdus plurimis fulsit miraculis; unde elapso quinquennio, Monachi a Sede Apostolica licentiam construendi Altare supra corpus ejus obtinuerunt, quod illo ævo aliquis Sanctos canonizandi modus erat.

Sæculum XI. A.C. 1025.

Mabill. pag. 279. Boll. 7. Febr. to. 4. p. 103. Martyr. Ro. 19. Jun. & 7. Febr.

Mabil. præf. ad Sæc. 5. n. 98.

§. XI.

Guido Aretinus Musicus.

Sub idem tempus, Joanne XIX. S. Petri Cathedram & Theodaldo Sedem Aretinam tenentibus, Guido, celeberrimus Musicus, illius civitatis Monachus, Musices Elementa & sex illas Notas, *Ut. Re. Mi. Fa. Sol. La.* invenit, quarum ope puer intra paucorum mensium spatium capit, quod antea vir complurium annorum labore vix addiscebat. Has Syllabas Guido a tribus primis versibus Hymni in Festo S. Joannis: *Ut queant laxis*

Sæculum XI. A.C. 1025.

laxis &c. (*) mutuavit, deditque Epistolam, de nova sua methodo, ad Michaelem Monachum Cænobii Pomposinani, tunc temporis prope Ferrariam celeberrimi, quem in hac industria Adjutorem habuerat, in hunc ferme modum: *Spero fore, ut posteri nostri a Dei Misericordia & remissionem peccatorum nostrorum exorent, postquam effecimus, ut qui hactenus a Magistris suis vix Decennio cantandi imperfectam scientiam consequi potuerunt, nunc spatio unius anni aut saltem biennii boni cantores evadant.* Et infra: *Summæ Sedis Apostolicæ Antistes Joannes* (**) *Papa, cum Scholæ nostræ fama ad ipsius aures pervenisset, & quod pueri ex nostris Antiphonariis cantus antea nunquam cognitos discerent, valde miratus, tribus nunciis missis me ad se vocavit. Romam igitur profectus sum cum Gregorio Abbate Mediolanensi, & Petro Præposito Canonicorum Ecclesiæ Aretinæ, viro pro temporum nostrorum ratione sapientissimo. Papa meo adventu lætissimus, diuque mihi collocutus, diversa quæsivit, Antiphonarium meum sæpius velut rarum prodigium per-*

Ap. Baron. an. 1022. & Sæc. 6. Ben. p. 508.

(*) *Ut* queant laxis *resonare* fibris
Mira Gestorum *Famuli* tuorum
Solve polluti *Labii* reatum
Sancte Joannes!

(**) In Epistola ista relata a Cardinali Baronio ad annum 1022. legitur: Benedictus VIII.

pervolvit, regulas summa attentione perpendit, & de sede, in qua acquiescebat, non surrexit, prius quam cantum versiculi ante nunquam auditum didicisset, ita in se ipso expertus, quod de aliis vix credere poterat. Ceterum infirmitate cogente Romæ morari non potui, & æstivo fervore in locis maritimis & palustribus perniciem mihi minante. Condiximus vero, me redeunte hyeme Romam reversurum, atque Pontifici, ejusque Clericis, opus hoc explicaturum. Exinde post paucos dies adii Patrem vestrum, Guidonem Abbatem Pomposinani Monasterii, virum Deo & hominibus virtutis & sapientiæ merito charum, quem ut patrem animæ meæ videre cupiebam. Is igitur, ut perspicaci ingenio valet, ubi nostrum Antiphonarium vidit, protinus approbavit, pœnitentia eum subiit, quod nostris æmulis quondam consensisset, veniam postulavit, suadens mihi, Monacho, ut urbibus Episcopalibus præferrem Monasteria; quorum nullum hodie in Italia tanti Abbatis industria Pomposinano illustrius est. Ut igitur summi viri consilio seu potius mandato obsequar, hoc nostro Opere vestrum Monasterium decorare cupio; maxime ideo, quod cum Episcopis, hodie ferme omnibus ob Simoniam (*) damnatis, communicare verear.

Sæculum XI. A.C. 1025.

(*) Istud in epistola, ut eam refert Cardinalis Baro-

Sæculum X. A.C. 1025.

verear. Guido Monachus Librum suum de Musica Micrologum appellavit, nuncupavitque Theodaldo Episcopo Aretino Diœcesano suo, qui eum ad erudiendos Clericos populumque sibi adjutorem adsciverat.

§. XII.

Bruno Episcopus Tullensis.

vit. Leon. IX Sæc. 6. Ben. par. 2. p. 53. Boll. 19. Apr. to. 10. p. 648.

Conradum Regem anno millesimo vigesimo quinto cum exercitu in Italiam proficiscentem secutus est Bruno, eidem affinitate junctus, Ecclesiæ Tullensis Clericus. Is in Alsatia natus, quinquennis Bertoldo Episcopo Tullensi erudiendus a parentibus traditur. Grandior deinde ad Palatium mittitur Conradi Regis, cujus amorem facile sibi conciliavit. Jamque illo tempore intelligens, Episcopatum sibi ab amicis destinari, animo constituit, Ecclesiam aliquam pauperem pinguiori præponere. Annum vero vitæ agebat vigesimum tertium, Ordine Diaconatus initiatus, quando Regem in itinere Longobardico comitabatur, militibus Episcopi Tullensis, justa causa impediti, præfectus. Strenue rem gessit Bruno, & majore industria, quam a juvene, experientia destituto, expectari potuis-

Baronius, non legitur. Bene vero in Actis Bened. to. VI. p. I. pag. 447.

potuisset. Quippe caute locum castris deligebat, &, ut copiæ semper commeatu abundarent, curabat. Sæculum XI. A.C.1026.

Cum Hermannus Episcopus Tullensis anno sequente millesimo vigesimo sexto in Quadragesima viam æternitatis iniisset, Clerici, populusque una voce Brunonem, in Italia cum Rege commorantem, Episcopum eligunt, datisque tam ad Regem quam ad Brunonem epistolis monent, juxta Canones Episcopum semper ex Clericis vacantis Ecclesiæ eligendum, & nulli Ecclesiæ virum invisum obtrudendum esse. Ingrata erat Conrado Regi hæc electio, tum quod admodum tenue esset Beneficium, tum quod ad urbem Tullensem in extrema Regni sui parte positam vix unquam se conferret. Econtra pauperem Sponsam in votis habens Bruno, instantissimis precibus a Rege consensum extorsit. Ergo itineri se dedit Italiam relicturus, atque elusis Longobardorum, qui in Conradum rebellabant, insidiis Tullum in Festo Ascensionis Domini pervenit, moxque Ecclesiæ suæ possessionem a Theodorico Episcopo Metensi, Agnato suo, accepit.

Conradus Rex cupiebat, Brunonis Consecrationem differri usque ad Festum Paschæ anni sequentis 1027. quo ipse Imperator coronandus erat, ut simul una die Neo-Episcopus a Papa ordinaretur.

Sæculum XI. A.C. 1026.

Sed noluit Bruno Jurisdictionem Archiepiscopi Trevirensis, Metropolitæ sui, lædere; suberat tamen impedimentum, quo minus ab eo ordinari posset, nam præcipere solebat Archiepiscopus Suffraganeis suis, priusquam Ordinationem reciperent, ne ullum negotium præter ipsius mandata vel consilia unquam perficerent, idque sibi juramenti fide promitterent. At Bruno credens ejusmodi juramentum servari haud posse, & nolens promittere, quo se non posset exsolvere, jurare recusabat. Tandem Rex litem composuit, judicans, illud juramentum & obedientiam ad sola negotia Ecclesiastica esse restringendam, ut jus antiquum Metropolitarum postulabat. Itaque Bruno nona Septembris anno millesimo vigesimo sexto Tullensis Episcopus consecratur.

Sup. l. LII. §. 5.

§. XIII.

Conradus Imperator.

Conradus Rex Romam venit anno sequente, ubi in die Sancto Paschæ vigesimo sexto Martii a Joanne XIX. Pontifice Imperator coronatus est. Giselæ quoque Conradi Conjugi Papa coronam imposuit; quam pompam duo Reges auxerunt, scilicet Rudolphus Rex Burgundiæ, Giselæ patruus, & Canutus Rex Angliæ & Daniæ, qui ad exsequendum

dum concepta vota venerat. Ei coram Papa, Imperatore, aliisque Optimatibus ibi præsentibus conquerenti, quod Subditi sui tam Angli quam Dani Romam vel Religionis, vel mercaturæ causa proficiscentes variis modis vexarentur, promissum, eos imposterum a vectigalibus fore exemptos, & plena commeandi libertate usuros. Quod concedere inprimis Regis Rudolphi erat, cum suo milite plerasque Alpium fauces obsideret. Illam quoque querelam in medium attulit Canutus, quod immensa pecunia ab Archiepiscopis suis, Romam ad petendum Pallium euntibus, exigeretur. Statutum, atque promissum, etiam hujus mali radicem tollere. Hæc discimus ex Epistola ab eodem Rege data ad Præsules, Optimates populumque Angliæ, quibus Denarium S. Petri Romanis exacte solvere, aliaque Ecclesiis debita præstare imperat.

Sæculum XI. A.C. 1027.

tom. 9. *Conc. p.* 861. *ex Wil. Malmes.*

Conradus Imperator, in Germaniam redux, eodem anno 1027. Concilio interfuit, Francofordiæ ab Aribone Archiepiscopo Moguntino convocato, ad quod celebrandum Episcopi viginti tres convenerunt. Ante Altare, qua Orientem spectabat, sedebat Archiepiscopus Moguntinus cum suis Suffraganeis, ad Occidentem Imperator, habens ad dexteram suam Pelegrimum Archiepiscopum

Sæculum XI. A.C. 1027. Colonienſem cum Suffraganeis ſuis, & ad ſiniſtram Hunfridum Archiepiſcopum Magdeburgenſem ejusque Suffraganeos. Ad meridiem alii ſedebant, & ad Septentrionem complures Abbates. In hoc Concilio Aribo Archiepiſcopus veterem litem de Monaſterio Gandesheimenſi adverſus Godehardum Epiſcopum Hildesheimenſem renovavit; & tunc quidem Godehardus in Synodo præſens Jus ſuum acquiſitum teſtimonio ſeptem Epiſcoporum, qui Transactioni Gandesheimenſi interfuerant, demonſtravit. Nihilominus Archiepiſcopus in duobus aliis Conciliis, annis ſequentibus celebratis, antiquam crambem recoxit. Tandem anno milleſimo trigeſimo ceſſit, faſſus eſt ſe erraſſe, & S. Epiſcopo reconciliatus eſt.

§. XIV.

Canutus Rex Daniæ & Angliæ.

Canutus ſeu Cnuto, Sueini ſeu Suenonis Regis Daniæ filius & Succeſſor, Patris veſtigiis inſiſtens in Angliam navigavit, ut Gentem ſuam ulciſceretur, gravibus injuriis affectam ſub Rege crudeli Ethelredo, quocum pertinax bellum, & deinde cum filio ejus Edmundo, qui Latus ferreum dicebatur, geſſit. Tandem Edmundo fatis functo, ſolus in Anglia rerum potitus anno 1017. viginti annorum ſpatio imperavit. Chriſtianus erat,

erat, atque ex Invasore in optimum & sapientissimum Regem conversus Magni nomen consecutus est. Quod Beneficium S. Elnothi vel Egelnothi, Archiepiscopi Cantuariensis, consiliis, quibus Princeps utebatur, cuncti in acceptis retulerunt. Hic Præsul, olim Monachus Glastoniensis, anno 1020. Livingo Archiepiscopo, Successori S. Elfegii, successerat, & elapso biennii spatio Romam profectus Pallium a Benedicto Papa VIII. acceperat. In reditu, cum Papiam divertisset, brachium S. Augustini centum marcis argenti & una auri coemit, atque eo Cimelio Ecclesiam Angliæ decoravit.

Sæculum XI. A.C. 1027.

Elog. Sæc. 6. Ben. p. 447. Sup. lib. LVIII. §. 31.

Itaque S. Elnothi hortatu excitatus Canutus Rex voto Romam eundi pro expiatione peccatorum suorum se obstrinxit, illudque, ut paulo ante diximus, implevit. Eodem Viro Sancto impellente Canutus Leges tam Ecclesiasticas quam Civiles, quæ in desuetudinem abierant, renovavit, quod apparet ex Legum Collectione in Actis Conciliorum extante, ubi complura maximi momenti Decreta, ad Religionem pertinentia, & Legibus sub Regno priorum Principum editis consentanea occurrunt. Præterea suadente Archiepiscopo Canutus Rex etiam in Ecclesias exterarum regionum munificus extitit. Legimus enim eum magnam vim pecuniæ donasse Ecclesiæ Car-

tom. 9. Conc. p. 314.

Sæculum XI. A.C. 1027.

nutenſi, ſedente Epiſcopo Fulberto, qui data ad hunc Regem epiſtola pro accepto largiſſimo munere gratias egit, & aurum Eccleſiæ ſuæ reparandæ, quam incendium vaſtaverat, impendit. Obiit Archiepiſcopus Elnothus anno milleſimo trigeſimo octavo, Sanctorum exinde numero adſcriptus.

Fulb.

Rex Canutus, compluribus Epiſcopis ex Anglia in Daniam defectis, Bernardum in Scania, Gerbrandum in Zelandia, Reinherum in Finia prædicare juſſit. Et *Unvan* quidem Archiepiſcopus Bremenſis Gerbrandum Epiſcopum humane excepit, ſed compulit, ut ſe Præpoſitum ſuum agnoſceret, & fidem promitteret. Ceterum in amicorum ſuorum numerum adlectum cum aliis Nunciis & muneribus Legatum ad Regem Canutum miſit, juſſitque ſuo nomine eidem gratulari victorias de Anglis reportatas, ſed etiam objurgare, quod Angliam Epiſcopis ſuis privare auſus eſſet. Boni conſuluit Canutus Archiepiſcopi admonitionem, crevitque poſtea inter ambos amicitiæ uſus, ita ut Rex ſine Archiepiſcopi aſſenſu nihil magni moliretur. Namque *Unvan* inter Canutum & Regem Conradum Salicum pacis ineundæ arbiter extitit.

Adam. Brem. II. c. 38.

c. 39.

§. XV.

§. XV.

Sæculum XI. A.C. 1027.

S. Olaus Rex Norvegiæ.

Canuto Regi perpetuum bellum fuit cum Olao Rege Norvegiæ, Principe de cetero juſto, & Religionem Chriſtianam amante, cui præcipua cura fuit Norvegiam ab Hariolis, Magis, Veneficis, quibus ſcatebat, liberare. Habebat vero apud ſe Epiſcopos & Presbyteros ex Anglia advenas, quorum doctrina confirmabatur, & movebatur conſiliis. Inter illos Epiſcopos Scientia & virtutibus effulgebant Sigefridus, *Grimquil*, Rodulfus, & Bernardus, qui ex mandato Regis Evangelium Suecis, Gothis, ceterarumque Inſularum ultra Norvegiam poſitarum Incolis prædicarunt. Ceterum Olaus quoque *Unvan* Archiepiſcopo nuncios & dona remiſit, rogans, ut Epiſcopos ad ſe miſſos benigne exciperet, & alios in Norvegiam, ad confirmandam ibi Religionem, delegaret.

Eodem tempore Sueciæ ſceptrum rotabat alter Olaus, Neophytus, cujus filiam Rex Norvegiæ in matrimonium acceperat. Illi vero non minus ardoris quam genero fuit ad propagandam Religionem Chriſtianam; nam nullum non movit lapidem, ut templum Idolorum, quod Upſaliæ in medio Regni ſui ſtabat, everteret; unde Pagani, veriti ne ſum- c. 41.

Sæculum XI. A.C. 1027.

ma potestate destinata perficeret, pacta cum Rege inierunt; *si enim*, inquiebant, *Christiana Fides Regi placet, eligat optimam in Suecia Regionem, ubi Ecclesiam ædificet, & suam Religionem stabiliat. Sed neminem ad deferendum Deorum cultum cogat.* Rata habuit Rex, quæ offerebant Deorum cultores, & fundata Ecclesia atque Sede Episcopali in Gothia, qua Occidentem spectat, Daniæ & Norvegiæ contermina, nempe *Scaren*, tunc temporis amplissima civitate, hodie vero obscura, postulavit, ut Turgotus primus Episcopus ab *Unvan* Archiepiscopo ordinaretur. Turgotus Ministerio Episcopali strenue incumbens duos Gothorum populos celeberrimos ad Fidem convertit. Olaus vero Rex Sueciæ Sacro fonte Baptismi ablui jussit uxorem suam & duos filios Emundum & Arnundum, juniori nomen S. Jacobi in Baptismo imponens, qui licet juvenis, sapientiæ & pietatis laude omnes Majores suos superans, exinde Suecis carior omnibus, qui ante ipsum extiterant, Regibus fuit.

Inter hæc Olaus Rex Norvegiæ Re-
f. 43. gno dejicitur, factione Procerum, quorum uxores, maleficii convictas, capite damnaverat, & Canutus Rex seditionis calamitates bello quoque cumulans, Rex Norvegiæ salutatur, quæ sors ante ipsum necdum ulli Regum Daniæ obtigerat.

Olaus

Olaus posita in Deum solum spe sua Regnum armis repetiit, non tam imperandi quam Idololatriam extirpandi desiderio ductus, & contractis a Rege Sueciæ, Socero suo, atque Insulanis auxiliis auctus. Itaque valido exercitu cinctus Norvegiam postliminio suæ potestati subjecit. Tunc vero credidit, ideo se in Regnum fuisse restitutum, ut nemini parceret, qui Magiam abjicere nollet, aut Christiana Sacra amplecti detrectaret. Et plurimi quidem ad Fidem Christi conversi sunt; at pauci, qui supererant, Magi, tum Sociorum necem ulturi, tum Canuto Regi rem gratam facturi, occultis insidiis captum, Sanctum Regem interfecerunt. Ita occidit Olaus Rex Norvegiæ, qui Martyrum numero accensetur. Sepultus est Drontheimii * magna exequiarum pompa, nam illa civitas tunc Regni Caput erat. Multis Sepulchrum ejus claruit miraculis, unde cunctis populis ad Septentrionem degentibus maximæ venerationi fuit. Obiit vero anno millesimo vigesimo octavo, vigesima nona Julii, qua die Ecclesia ejus memoriam colit.

Sæculum XI. A.C. 1027.

S. Olaus Rex Martyr.

* Nidrosiæ.

Martyr. Ro. 29. *Jul.*

Sub idem tempus quidam Anglus, nomine Wolfredus, in Sueciam profectus, magna fiducia Evangelium prædicavit, & complures Paganos convertit. Quin eorum cœtum ingressus Gentis illius

Adam. c. 44.

Sæculum XI. A.C. 1027

Idolo, quod *Torſtan* dicebatur, maledicere, & arrepta ſecuri effigiem, in qua Numen eſſe credebatur, comminuere auſus eſt. Illico Barbari audacem innumeris telis perforant, corpusque, poſtquam diu illuſiſſent, in paluſtria projiciunt.

c. 42. Interea *Unvan* Archiepiſcopus, uſus beneficio pacis, quæ inter Sclavos & Saxones ultra Albim poſitos vigebat, Hamburgenſem Metropolim, anno octingenteſimo quadrageſimo quinto vaſtatam reſtauravit, collecta maxima incolarum & Clericorum multitudine. Sæpe ibi verſabatur, & mediam plane anni partem ibi conſumens, nunc Canuto Regi, nunc Sclavorum Principibus ad ſe inviſentibus colloquebatur. Tandem poſtquam c. 44. rexiſſet Eccleſiam annis ſexdecim, & munus Apoſtoli inter Infideles egregie obiiſſet,, vigeſima ſeptima Januarii anno milleſimo vigeſimo nono viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Succeſſit Libentius II. primi hujus nominis Nepos, Cathedralis Eccleſiæ Præpoſitus, qui favente Giſela Imperatrice electus, Baculum paſtoralem a Conrado Imperatore, & Pallium a Joanne XIX. Papa accepit. Sed Sedem Hamburgenſem & Bremenſem ultra annos quatuor non tenuit.

c. 45.

§. XVI.

§. XVI.

Sæculum XI. A.C.1027.

Alexii Patriarchæ Conſtitutio.

Conſtantinopoli Alexius Patriarcha cum Epiſcoporum in Regia verſantium Concilio, quod *Synodos endemûſa* dicebatur, Conſtitutionem edidit, in qua varii Articuli, ad Diſciplinam pertinentes, definiti. Nam primo non nullorum Epiſcoporum improba induſtria onera Diœceſis præſtanda in Archiepiſcopos ſeu Metropolitas devolvebantur, quia illi, ut præceptam pecuniam dare non cogerentur, reditus ſuos in uſus illicitos convertebant, & e ſuis Diœceſibus diſcedebant. Credo, hic ſermonem eſſe de penſionibus Imperatori ab Epiſcopis ſolvendis, ut vidimus, atque ea a Metropolitis fuiſſe exacta, quæ Epiſcopi in ipſorum Provinciis præſtare neglexerant. Ut huic malo medicina pararetur, præcipitur, ut Metropolitæ œconomos conſtituant in Diœceſibus, quæ damni cauſa fuerunt, donec illud fuerit reſarcitum, item in illis, unde ſimile damnum ſive ob ſocordiam, ſive ob nequitiam Epiſcoporum ſibi emerſurum timent, Curatores nominent, qui cum Epiſcopis Eccleſiarum reditus cognoſcant, eorum rationem ſingulis annis exigant, & ex iis, quæ ſuperfuerint, Metropolitam indemnem ſervent, aut Eccleſiæ addicant.

Jus Græc. Rom. lib. 4. p. 250. Poſt. Zonar. pag. 786. Sup. lib. XXVIII. §. 19.

Sup. l. LVI §. 22.

Affe-

Sæculum XI. A.C. 1027. Afferuntur etiam Querelæ contra Episcopos, qui Bona Ecclesiarum suarum dispergebant, Curatoris officium in alienis fundis suscipiebant, & negotiis Sæcularibus temere implicabantur. Hi, sub comminatione Depositionis, errata emendare jubentur. Item querelæ leguntur adversus eos, qui suo arbitrio Conciliis Provincialibus non intererant, nullam causam afferentes. Rursus contra illos, qui Jura Fratrum suorum violabant, Clericos extraneos ordinantes. Prohibetur, ne Clerici ex una Provincia in aliam sine Episcoporum suorum literis migrent. Istud maxime ad urbem Constantinopolitanam spectabat, quo ex omnibus partibus confluebant Clerici, rei, innocentes, legitime ordinati, non ordinati, Ordinis sui ministerio impune fungentes.

Præcipitur, ut limites Jurisdictionis Ecclesiasticæ non contemnantur, sed de causis inter Clericos aut Monachos motis Episcopus, & de causis Episcoporum Metropolitæ cognoscant, qui si judicare neglexerint, res ad Patriarcham & ejus Synodum deferatur. Districte prohibetur, ne quis Clericus aut Monachus Judices sæculares adeat, juxta Decreta ipsorum Imperatorum, & non obstante privilegio, quod Monasteria Imperialia sibi ipsis arrogabant.

Episco-

Episcopi illo ordine sedeant, quem ipsorum Metropolitæ tenent. Tandem damnatur abusus circa Oratoria domestica; nam viri potentes ambitiose jubebant campanas pulsari, congregari populum, Officium celebrari, quin & Baptismum conferri, putantes sufficere, quod in tali loco Crux auctoritate Patriarchæ vel Episcopi collocata fuisset. Itaque secundum hoc Decretum: Episcopi ejusmodi licentiam nemini tribuant. Presbyteri sub pœna Depositionis non præsumant, in illis Oratoriis aliud Officium, nisi solam Missam, & quidem diebus non Festis, celebrare. Laicis, qui huic Legi se non submiserint, Anathema denunciatur. Hæc Constitutio, quæ nomina viginti duorum Metropolitarum, & novem Archiepiscoporum, eam recipientium, præfert, de more illius ætatis Sigillo plumbeo munita, atque mense Januario, anno mundi 6536. Salutis millesimo vigesimo septimo data est. Sæculum XI. A. C. 1027.

§. XVII.

Monasteria in Commendam data.

In eadem Constitutione agitur de Monasteriis, quæ in Commendam Exteris committebantur. Cujus moris seu abusus exordium ad Iconoclastas referebatur, præsertim ad Constantinum Copronymum, illum Monachorum hostem infensissi- *Jo. Antioch. tom. 1. Mon. Gr. Cotel. p. 170.*

Sæculum XI. A.C. 1027.

fensissimum. Ea Hæresi extincta, Bona Monasteriis reddita fuere; verum ex illo tempore tum Imperatores, tum Patriarchæ adsueverunt, Monasteria & Hospitia viris potentibus & magna charitate præditis committere, non eo quidem consilio, ut Sacrorum locorum reditibus suas opes augerent, sed ut collapsa restaurarent, atque eorum Benefactores essent & Præsides. Inde postmodum natus est prætextus Monasteria, & primo quidem minora, tum etiam omnia, exteris, sive Episcopis, sive Laicis, viris uxores habentibus, feminis, quin etiam Paganis, conferendi. Ejusmodi Bona Commendatario ad tempus vitæ suæ concedebantur, & quandoque ab initio una persona alteri substituebatur. Dabantur viris monasteria feminarum, & feminis monasteria virorum. Non nunquam una persona plura possidebat monasteria. Hi Donatarii, quos *Charisticarios* appellabant, omnibus fructibus fruebantur, nec cuiquam rationem reddere tenebantur. Et nihilominus sæpe nec sarta tecta Ecclesiarum aut ædium conservabant, necessaria ad Divinum Officium peragendum non præbebant, eleemosynas de more distribui solitas non erogabant, vitæ subsidia ipsis monachis subtrahebant, qui rebus necessariis destituti Regulæ rigorem relaxabant. Iidem Donatarii Abbatibus

bus dominabantur, & ad ſuſcipiendos quoscunque monachos, clientes ſuos, cogebant, aut ad concedenda habitacula Sæcularibus, ſæpe monachis numero non inferioribus, compellebant. Sæculum XI. A C. 1027.

Hinc Epiſcopi, in Concilio Conſtantinopolitano menſe Januario, anno milleſimo vigeſimo ſeptimo, querebantur, quod *Chariſticarii*, Monaſteriorum cenſibus in commodum proprium adhibitis, ea penitus perderent, & in ædes Sæcularium verterent, monachis ob inopiam dilabi coactis. Itaque Synodus monachis poteſtatem fecit contra Chariſticarios actionem movendi, qua eos ad damna Monaſteriis illata reſarcienda compellerent, vel omnino iisdem poſſeſſionem ſententia Judicis adimerent. Verum in hac cauſa neutiquam Judices ſæculares, ſed Patriarchæ Synodum adire jubentur.

In alia Conſtitutione menſis Novembris, Indictionis undecimæ, nempe ejusdem anni 1027. Alexius Patriarcha *Chariſticariis* prohibet, ne ſua monaſteria aliis traderent. Quippe non nulli ea tanquam Bona profana venumdabant. Præterea nulli viro feminæve, cujusque conditionis, diſtincti ſexus monaſterium poſſidere liceat. Nemo fundos, ad Monaſteria pertinentes, niſi accedente auctoritate Patriarchæ vel Metropolitæ, alienet.

Sæculum XI. A.C. 1027.

net. Tandem Episcopi, qui Monasteria, Metropolitarum beneficio, tenent, ea restituant, si aliquando Metropolitæ, dum ad conservandam Rempublicam plurima præstare coguntur, indigere incipiant. Hæc Constitutio, Metropolitis sexdecim, & Archiepiscopis (*) quinque præsentibus, lecta, atque mense Novembri Indictione undecima eodem anno millesimo vigesimo septimo data.

§. XVIII.

Mors Constantini. Romanus Argyrus Imperator.

Anno sequente e vivorum numero abiit Constantinus Imperator, postquam cum Fratre suo annis quinquaginta, & solus annis tribus regnasset, totus voluptatibus immersus. Nihil supra equorum cursus & ludos amabat, semper sycophantarum & parasitorum turba circumdatus. Præfecturas & præcipua Reipublicæ munera spadonibus crapulosis aliisque indignis hominibus committebat. Subito morbo correptus nona Novembris anno a mundo condito sexies millesimo quingentesimo trigesimo septimo, JEsu Christi millesimo vigesimo octavo, cum

Cedr. p. 719. p. 721.

(*) Sæpius occurrit, alios in Ecclesia Orientali fuisse Metropolitas & alios Archiepiscopos, atque illi his fuisse majores videntur.

cum se a medicis deseri videret, & Successorem in Regno cogitaret, Patricium Romanum Argyrum vocari jubet, cui cubiculum intranti, *elige jam*, inquit, *quod melius videbitur. Namque vel uxorem tuam dimittes, & unam filiarum mearum connubio tibi junges, aut ambo oculi tibi eruentur.* Romanum, inter malleum & incudem positum, optima uxor periculo eripuit, quæ sponte attonsa institutum monasticum amplexa est. Constantinus Imperator tres filias genuerat, quarum primogenita, nomine Eudocia, velo monastico se abdiderat. Theodora tertio genita Romanum Argyrum maritum accipere recusavit, sive quod affinem aversaretur, sive quod jura uxoris ejus luce fruentis lædere crimini duceret. At secunda, nomine Zoe, oblatas Romani nuptias arripuit. Tum quæstione an matrimonium istud inter propinquos ratum haberi possit, agitata, atque a Patriarcha Alexio & Clericis ejus decisa, (*) Roma- Sæculum XI. A.C. 1027.

(*) Hic Alexius Patriarcha in impedimento propinquitatis dispensasse videtur. Sed aliunde hoc matrimonium, vivente Romani uxore, ut ut Monialem esset professa, nullum erat. Quis non miretur Patriarchas Constantinopolitanos quartas Nuptias, a Jesu Christo non prohibitas, præfervide damnare*, dum hic matrimonium in

* *Sup. lib. LVII. §. 42.*

Sæculum XI. A.C. 1028.

Romanus & Zoe Benedictione Nuptiali junguntur, & ipse Imperator salutatur. His Constantinus haud plus tribus diebus superstes, annos natus 70. rebus humanis eripitur.

Romanum Argyrum, qui annis quinque & dimidio imperavit, multis ceris Majorum suorum clarum, nam summas quasque Dignitates consecuti fuerant, eximiæ virtutes commendarunt. Cum sciret, Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, cujus œconomiæ olim præfectus fuerat, census admodum tenues esse, constituit, ut eidem per singulos annos octoginta libras argenti ærarium Cæsareum penderet. Tres Syncellos ad dignitatem Metropoliticam evexit, cum Ephesinam Cyriaco, Patriarchæ fratri, Cyzicenam Demetrio, quocum, priusquam Solio fuisset impositus, arcto amicitiæ fœdere junctus fuerat, & Euchaitanam Insulam Michaeli, Demetrii propinquo, contulit. Complures viros, præsertim Ecclesiæ Ministros, prope ad incitas redactos, suis opibus adjuvit. Largas eleemosynas pro quiete

Cang. famil. p. 154.

---

* *Matth.* 5, 32. Evangelio * diserte vetitum approbare audent? Nimirum jam tunc superbi Græculi Romanam Sedem, Doctrinæ Evangelicæ Magistram, fastidire incipiebant, quam ubi postea deseruerunt, nemine ruinam sustinente, in abyssum Schismatis, erroris, & Hæresis prolapsi sunt.

quiete animæ Imperatoris, Soceri ſui, diſtribuit, atque multos a defuncto quondam injuriam paſſos collatis Bonis & honoribus auxit. Sæculum XI. A.C. 1029.

§. XIX.

Fulberti Carnutenſis Extrema.

Anno milleſimo vigeſimo nono Francia Fulbertum Epiſcopum Carnutenſem, lumen patriæ fulgidiſſimum, amiſit. Is Conſtantiam Reginam vehementer offenſam habebat, quod muliebri cupiditati obſiſteret; nam Conſtantia volebat juniorem filium ſuum Robertum Regem coronari, violato jure Henrici primogeniti, cui Rex Pater, ſi ipſe decederet, Regnum deſtinabat. Porro qui contendebant, Henricum a Regno excludi debere, dicebant, eſſe verſuti animi Principem, pigrum, mollem, qui malo patris ſui exemplo corruptus jura Majeſtatis vindicare neſciret. Econtra ipſius fratrem omnibus virtutibus, quæ ſtrenuum Regem facerent, eſſe præditum. Fulbertus Henrico favebat, ſecundum parentis Regis voluntatem, quamvis non ignoraret, ſuam obedientiam compluribus Epiſcopis non probari, & aliis, neutri parti faventibus, videri, vivente patre nec unum nec alterum eſſe coronandum. Tandem vicit auctoritas patris; quare Henricus Remis in Feſto Penteco-

Glab. l. III. c. 9.

Ap. Fulb. ep. 106. al. 50.

ep. 59.

Sæculum XI. A.C. 1029. ſtes decima quarta Maji anno 1027. Corona Franciæ redimitur. At Fulbertus per epiſtolam abſentiam excuſavit; nempe vir prudens ſine neceſſitate iratæ Reginæ oculos ſubire nolebat.

Obiit Fulbertus anno 1029. decima Aprilis, relinquens complures Diſcipulos & Scripta. Præter alia habemus Epiſtolas numero centum, plerasque breviſſimas, quia nempe, ut ipſe ſæpius indicat, plurimis aliis curis diſtrahebatur. Quasdam ſupra memoravimus, ſed & ſequentes notatu dignæ videntur. Prima epiſtola eſt Dogmatica, in qua præcipuos Religionis Chriſtianæ Articulos expli-
ep. 1. *p.* 8. cans ait; Euchariſtiam non inanis Myſterii Symbolum, ſed operatione Spiritus Sancti verum JEſu Chriſti Corpus eſſe.
p. 10. Et deinde: *Dubitare non licet, quin ille, qui ex nihilo fecit omnia, eadem potentia materiam terreſtrem in Subſtantiam JEſu Chriſti mutet.* (*)

ep. 2. In Epiſtola ſecunda Fulbertus reſpondet ſe conſulentibus de conſuetudine, illa ætate in compluribus Eccleſiis ſervata, quæ hujusmodi erat. Presbytero in ſua

(*) Teſtimonium firmiſſimum contra Proteſtantes, veritatem præſentiæ Realis, tam ex Sacra Scriptura, quam per teſtes omnium Sæculorum luce meridiana clarius demonſtratam, negantes.

Sæculum XI. A.C. 1029.

sua Ordinatione ab Episcopo tradebatur Hostia consecrata, quam non totam, sed minutatim quadraginta dierum spatio consumeret. *Credebam*, addit Fulbertus, *hunc morem in omnibus Ecclesiis vigere, ita ut neminem admiratio subire possit cujusdam rei, quam omnes provinciæ nostræ Episcopi servant.* Hic loquitur de Patria sua. (*) Tum commemorat eventum insolitum, qui ipsi occasionem præbuerat, hujus consuetudinis originem quærendi. Quidam Presbyter Hostiam de manu Episcopi, cum ordinaretur, acceptam, involvit membrana, ad id ipsum præparata, quam quotidie Missam celebrans aperiebat, & particulam tantillam, ut totum ad dies quadraginta sufficere posset, sumebat. Una die, finita Missa, velamen & Corporale complicans, membranam, in qua Hostia erat, tollere oblitus est. Et ecce, altera die ad Altare rediens eam invenire, quamvis diligentissime omnia lustraret, non amplius potuit. Re comperta Episcopus Fratribus omnibus præcepit, ut pro ipso pœnitentiam agerent, eique valde magnam injunxit.

(*) Fleurio videtur fuisse patria Romanus. Sup. Lib. LVIII. §. LVII. In Act. Ben. dicitur Italus. *vita.*

Sæculum XI. A.C. 1029.

Jam prosequitur Fulbertus: *Captata occasione interrogavi Episcopum; an non potius e re esse videretur, si, salva tamen Religione, tota Hostia prima vel secunda die consumeretur, quia sine periculo lædendi Reverentiam per partes sumi tanto tempore non posset, & paucos reperire esset Presbyteros, qui per dies quadraginta necessariam diligentiam adhiberent. Episcopus mihi respondit; hoc Ritu in memoriam revocari, quod JEsus Christus post Resurrectionem suam per quadraginta dies Discipulis suis apparuisset. Nam non satis Salvatori fuit, iis Carnem suam semel ostendere, sed ut modicam eorum Fidem adjuvaret, priusquam eosdem in universum mundum mitteret, per dies quadraginta titubantes Corporis sui conspectu tanquam Esca cœlesti confirmavit. Hinc Episcopus, qui JEsu Christi vicem gerit, Presbyteros ad populum sibi commissum missurus, iis Eucharistiam per dies quadraginta manducandam præbet, ut memores sint eorum, quæ Redemptor noster fecit.* Huc usque Fulbertus. Atque eundem morem servatum fuisse legimus in Pontificali Libro Ecclesiæ Suessionensis, annis abhinc sexcentis scripto, in quo post Cæremoniam Ordinationis leguntur hæc verba: *Presbyteri ab Episcopo accipiant Corporis Domini Nostri particulas, in quibus per dies quadraginta communicent,*

S. Eucharistia.

Morten. de Antiq. rit. to. 2. p. 322. 396.

sequen-

sequentes Domini Nostri JEsu Christi exemplum, qui post suam Resurrectionem per dies quadraginta cum Discipulis suis versatus est. In aliquo tamen Ordine Romano legimus, Presbyteros per septem tantum dies communicasse de illa Hostia, quam ab Episcopo acceperant, idque ad demonstrandam unitatem Sacrificii, sive a Presbytero, sive ab Episcopo oblati sufficiebat; quam rationem etiam Fulbertus in sua Epistola affert. Sæculum XI. A.C. 1029. p. 14.

In alia Epistola Fulbertus cuidam Presbytero consilium a se expetenti respondet: *Optimum facies, carissime, si Missam penitus non celebres, nisi saltem duos tresve Ministros habeas. Si oblationem spectes, affirmare possumus, quod illi, pro quibus sacrificamus, Deo per manus nostras Sacrificium Laudis offerant.* Respondet alteri se consulenti de Presbytero, convicto, quod Missam celebrans non communicasset; in causam, cur id fecisset, accurate esse inquirendum. Si enim omittens Communionem in errore gravi contra Fidem existat, aut alterius criminis, quod mortale reputatur, reus sit, deponendum esse. Si ebrietas, aut impudicitia eum deterreat, quia & ista peccata mortalia sunt, etsi complures Presbyteri id vel ignorent, vel ignorantiam simulent, Sacris ipsi interdicendum, & præcipiendum, ut penitus a Sacrificio abep. 52. ep. 83.

Sæculum XI. A.C.1029

ſtineat, donec vitium emendaverit. *Si ob frequentiam*, addit, *Sanctum Sacrificium faſtidiat, per annum integrum ſecundum decreta Concilii Toletani Communione privetur. Si ſcrupulo angatur ob culpam levem, ſecundum ea, quæ in Capitulari præſcribuntur, magna charitate monendus eſt. Si morbus ſtomachum aut cerebrum infecerit, abſtineat a Miniſterio, usque dum Sanitati fuerit reſtitutus.* In alia Epiſtola dicit: *Quod ſpectat ad diverſum numerum Pſalmorum, quos aliqui tempore jejunii ſingulis Horis Canonicis ſubjungunt, non invenio præſcriptam Regulam, eosque ſuperfluos exiſtimarem, niſi Devotioni illorum, qui eos recitant, aliquid dandum eſſet.* Præter Fulberti Epiſtolas ſuperſunt quoque non nulli Sermones, præſertim contra Judæos habiti, & de Nativitate Sanctæ Virginis, quod Feſtum in ſua Diœceſi inſtituit. Inter ejus Sermones aliquot Regulæ de pœnitentia Canonica magnis peccatoribus injungenda occurrunt.

ep. 79.

p. 167.

Fulberto fatis functo, Roberto Rege volente Epiſcopus Carnutenſis electus eſt Theodoricus, quem Leothericus Archiepiſcopus Senonenſis ordinavit, Eccleſiæ Carnutenſis Canonicis fruſtra repugnantibus. Hi enim Decanum ſuum elegerant, atque & ipſi & Regi Electionem per Nuncios ſignificaverant. Archiepi-

chiepiſcopo ſcripſerunt conquerentes, quod contra Canones ageret. Præterea ad Guerinum Epiſcopum Bellovacenſem, ad Odolricum Aurelianenſem, Arnulphum Archiepiſcopum Turonenſem literas dederunt querelis plenas contra Archiepiſcopum & Regem, qui ſibi invitis Epiſcopum indignum & ſcientia deſtitutum vellent obtrudere. In eadem epiſtola addunt: *Nolite ſpe falli, futurum, ut Odo Comes eum unquam in ſuam civitatem recipiat, priusquam quæſtionem ad examen vocaveritis, an Epiſcopatu dignus ſit. Nec vobis timendum, ne fidem Regi debitam violetis, nunquam melius de Principe veſtro merituri, quam ſi eum ad tollendos in Regno ſuo abuſus compellatis.* Tandem S. Odiloni Cluniacenſi quoque ſcripſerunt, veriti, ne Comitem Carnutenſem ad Theodoricum in pace admittendum permoveret. Sed incaſſum omnia; nam Theodoricus Epiſcopatum Carnutenſem obtinuit.

Sæculum XI. A.C. 1029.

Ap. Fulb. ep. 131. *ep.* 132. *ep.* 133.

§. XX.

Dedicatio Eccleſiæ S. Aniani Aurelianenſis.

Idem Epiſcopus interfuit Dedicationi Eccleſiæ S. Aniani in Urbe Aurelianenſi, quam Robertus Rex anno hoc milleſimo vigeſimo nono magna pompa celebrari juſſit. In hac Eccleſia perticas quadra-

Helg. p. 73.

Sæculum XI. A.C.1029.

ginta duas longa, duodecim lata, & decem alta, numerabantur feneſtræ centum viginti tres, & Altaria novendecim, quorum princeps S. Petro erat Sacrum. S. Aniani theca argentea auro & gemmis diſtincta rutilabat. Dedicationi vero jubente Rege interfuere Archiepiſcopi tres, Gauſelinus Bituricenſis, Leothericus Senonenſis, & Arnulphus Turonenſis, cum Epiſcopis quinque, Odolrico Aurelianenſi, Theodorico Carnutenſi, Bernario Meldenſi, Guerino Bellovacenſi & Rudolpho Silvanectenſi. S. Odilo Cluniacenſis quoque venit, pluresque alii viri egregii, quorum colloquiis Rex delectabatur. Rex thecam S. Aniani ſuis humeris intulit, & cæremoniis omnibus peractis, flexis ante Altare majus genibus, purpuraque depoſita, publica oratione Gratias Deo egit.

Multis donis Robertus Rex Eccleſiam S. Aniani cumulavit, eidemque decedens legavit Oratorii ſui Sacram ſupellectilem, quæ ſequentibus conſtabat; videlicet octodecim pulcherrimis Trabeis, duobus Libris Evangeliorum, auro cælatis, duobus argento ornatis, duobus aliis minoribus cum Miſſali ultra-marino ebore & argento fulgenti, duodecim arculis aureis cum Sacris Reliquiis, Altari, in parte antica auro & argento decorato, in cujus medio Onyx, & tres Cruces aureæ,

reæ, quarum maxima septem librarum erat, conspiciebantur. Campanis quinque, quarum una erat librarum bis mille sexcentarum, jubente Rege solemni ritu baptizata, & de nomine Regis *Robertus* appellata. Sunt verba Helgaldi monachi, ex quibus discimus, quod jam tunc Benedictio campanarum Baptismus diceretur. Notat etiam in illa Benedictione oleum & chrisma fuisse adhibitum.

Sæculum XI. A.C. 1029.

Ceterum optimi Regis filii, cum a Matre male haberentur, in Patrem communi consilio arreptis armis, ejus Ditiones depopulati sunt. Rex juvenis Henricus Druidas cepit, Robertus vero ejus Frater Aballum & Balnam oppida in suam potestatem redegit. Rex contracto milite in eum per Burgundiæ agros movens, in itinere Guilielmum Abbatem consulit, quid in isto domestico turbine sibi agendum esset, se & filios suos ejusdem ad Deum precibus commendans. S. Abbas respondit: *Memor sis, Rex, quam refractarius juvenis parentibus tuis fueris, jamque Deo sic permittente filios tuos pœnas reposcere.* Mansuete tulit Rex monentem Abbatem, culpam veterem professus. Postmodum compluribus unius alteriusque provinciæ agris devastatis pacis fœdera cum filiis inire non recusavit. *Glab. III. hist. c. 9.*

§. XXI.

Sæculum XI. A.C. 1030.

§. XXI.

Guilielmi Abbatis Divionenſis Extrema.

vit. n. 29. Sæc. 6. Act. Ben. p. 334. Bellum illud civile anno milleſimo trigeſimo finitum, atque eodem anno Guilielmus Abbas ex Italia rediens, cum ad Monaſterium Gorzienſe a ſe olim cum plurimis aliis reformatum divertiſſet, inde Fecamum venit, ubi in morbum incidit. Tum circa Feſtum Nativitatis Domini, ſupremum ſibi diem imminere ominatus, congregatis Fratribus, res omnium Monaſteriorum, quorum curam gerebat, compoſuit. Viaticum ſibi præberi deinde rogavit, & tota octava nullam amplius vocem edidit, ſolum oculos ſæpe ad cœlum attollens. Tandem Feria VI. in Feſto Circumciſionis, prima Januarii, anno milleſimo trigeſimo primo, Indictione decima quarta, ſeptuagenarius, anno ex quo *vit. n. 24.* ex Italia in Franciam advenerat, quadrageſimo, migravit ad Dominum. Guilielmus quadraginta circiter Monaſteriorum Rector fuit, in quibus plus quam mille ducenti monachi degebant, quibus omnibus perſuaſiſſimum erat, ſibi, quamdiu acceptam ab eo diſciplinam ſervarent, in hoc mundo nihil timendum, nihil unquam defuturum. Inter hæc Mo- *p. 346.* naſteria non ultimo loco ponendum eſt * Yvrée. Fructuarienſe in Diœceſi Epporedienſi*

ab

ab ipso & Fratribus ejus de suo patrimonio fundatum, cujus privilegia in Concilio plus quam quadraginta Episcoporum, Romæ tertia Januarii anno millesimo decimo quinto, celebrato, a Benedicto VIII. Papa confirmari petiit. Guilielmus Abbas magnum informavit Discipulorum numerum, complures Abbates & Episcopi Itali, Ecclesiis suis relictis, se ejus Disciplinæ submiserunt, & complures ex ejus Tyrocinio ad Munus Abbatiale vel Episcopale obeundum evocati.

Sæculum XI. A.C. 1031.

tom. 9. Conc. p. 834. Sæc. 6. Ben. p. 340.

§. XXII.

Roberti Regis obitus. Henricus Rex.

Eodem anno millesimo trigesimo primo Robertus Rex ex Burgundia reversus totam Quadragesimam peregrinando consumpsit. Quippe postquam limina S. Stephani Biturigis, S. Majoli, S. Juliani in civitate Brivatensi, S. Antonini, S. Geraldi Auriliaci, aliaque loca pia adiisset, Biturigas in Dominica Palmarum remeavit, atque inde Aurelianum, Festum Resurrectionis celebraturus. In itinere larga dona Ecclesiis, & copiosas eleemosynas pauperibus contulit. Quin & complures ægrotos, signum crucis super eos formans, sanitati restituisse dicitur. Tandem obiit Meloduni die Martis vigesima Julii, sexagenarius, postquam a morte parentis annos triginta tres regnasset. Cor-

Helgald. p. 76.

Sæculum XI. A.C. 1031.

Corpus Parisios delatum, & ad S. Dionysium sepultum sine omni cultu aut Epitaphio. Nam effigies lapidea, quæ hodie ibi visitur, post plura exinde elapsa sæcula apposita est. Henricus Roberti filius ante quadriennium in Regem unctus annis viginti novem post obitum Patris regnavit.

§. XXIII.

Concilium Bituricense.

Gauselino Archiepiscopo Bituricensi, anno superiore millesimo trigesimo, postquam Sedem hanc annis septendecim tenuisset, fatis functo, & Aimone de gente Dynastarum Burboniorum ipsius Hæreditatem obtinente, Concilium prima Novembris anno millesimo trigesimo primo celebratum, cui cum Archiepiscopo interfuere Stephanus Episcopus Anicien-sis *, Renco Claromontanus, Raimundus Mimatensis, Æmilius Albigensis, & Deusdedit Cadurcensis. Supersunt nobis hujus Concilii viginti quinque Canones. In primo præcipitur, ut per omnes Ecclesias his Episcopis subjectas S. Martialis Doctoris Aquitaniæ Nomen non amplius inter Confessores, sed inter Apostolos proponatur, sicut a Romana Sede & a pluribus antiquis Patribus definitum esset. Namque Joannes Papa XIX. miserat de hac re Epistolam ad omnes Episcopos,

*to. 9. p. 864.

* in Actis Vastanensis.

pos, Abbates, aliosque Fideles Galliæ omnes directam, quæ in hac Synodo lecta est. Abhinc biennio, scilicet anno millesimo vigesimo nono simile Decretum pro Apostolatu S. Martialis in Concilio Lemovicensi editum fuerat, & Jordanus illius Sedis Episcopus sub anathematis pœna prohibuerat, ne quis in sua Diœcesi hanc quæstionem amplius moveret. Sæculum XI. A.C. 1031. *tom.* 9. *Conc. p.* 687.

In Concilio autem Bituricensi sequentia etiam fuere statuta. Filii illegitimi, præsertim Presbyterorum, aliorumque Clericorum ad Ordines suscipiendos non admittantur, & si in aliquo Ordine sint, ad altiorem non promoveantur. *c.* 8. Nullus Servus vel Libertus Clericus fiat, nisi prius a Domino suo plena libertate donatus fuerit. *c.* 9. Nemo in die Dominica vel plaustris vel equis vectigalibus ad res transferendas utatur, nisi id magna postulet necessitas. (*) Viri Sæculares ob Bona Ecclesiastica jus Feudi, quod Feudum *Presbyterale* vocant, in Presbyteros non possideant. *c.* 21. In eodem Concilio de com-

(*) Hujus Concilii Canon XX. ita sonat: *Ut nullus filiam Presbyteri, neque Diaconi, neque Subdiaconi, neque uxores eorum in conjugium accipiat, quia detestabile est. Nam & S. Gregorius dixit: Qui Presbyteram in conjugium duxerit, anathema sit. Act. Conc.*

Sæculum XI. A.C. 1031.

compescendis privatis bellis, & pace firmanda actum.

§. XXIV.

Concilium Lemovicense. S. Martialis.

Feria V. decima octava ejusdem mensis Novembris anno 1031. Lemovici celebratum est Concilium, cui, Aimone Archiepiscopo præsidente, interfuere Episcopi novem, videlicet illi quinque, qui in Concilio Bituricensi sederant, & præterea Jordanus Lemovicensis, Isembertus Pictavienſis, Arnaldus Petricorienſis, Roho Engulismensis. Jordanus Episcopus primæ Sessioni initium dedit, conquestus, quod viri potentes Sæculares Ecclesiam quietam esse non sinerent, pauperes affligerent, & pacis conditiones recipere recusarent. His auditis omnes Episcopi uno ore dixerunt; perturbatores Ecclesiæ Anathematis censura dignos esse. Tunc Odolricus Monasterii S. Martialis Lemovici Abbas, qui juxta Episcopum sedebat, vestibus Sacerdotalibus ornatus, surgens in medio Episcoporum, ait: *Rogo te, venerabilis Episcope! ut priusquam de aliis rebus conferatur, Quæstio de Apostolatu S. Martialis, nam propter hanc causam ego & vos hoc Concilium congregari curavimus, decidatur.* Jordanus Lemovicensis Episcopus addidit: *Cum ista veritas primum a Papa & deinde*

inde in Concilio Bituricensi in capite hujus mensis Novembris, me absente, celebrato approbata fuerit, ita etiam volo, ut modo me præsente S. Martiali Apostolatus honor asseratur, & lis omnis in hoc tertio Judicio tollatur.

Sæculum XI. A.C. 1030.

Engelricus Canonicus Ecclesiæ Anicensis*, qui apprime eruditus habebatur, exsurgens dixit: *Infinita indoctissimorum hominum multitudo negat, eum esse Apostolum, quia non est unus ex duodecim. At S. Hieronymus affirmat, quod omnes, qui Dominum in carne viderunt, & ejus Evangelium postea prædicarunt, fuerint Apostoli appellati, atque illi, quos Apostoli ordinarunt, quales fuere Epaphroditus, Silas & Judas.* Tum allatus est in Concilium Commentarius S. Hieronymi in Epistolam ad Galatas, & verborum veritas explorata.

* du Puy.

Philipp. 2.

Azenarius deinde Abbas Masciacensis & Floriacensis, qui Archiepiscopum Bituricensem comitabatur, dixit, quod in Palatio & in omnibus Franciæ Monasteriis S. Martialem semper inter Apostolos nominari audivisset, sed quod, accepta a Roberto Rege hac Abbatia in Territorio Bituricensi, ibi contrariam consuetudinem reperisset, quam mox amputasset. *Cum enim*, subjunxit, *olim Jerosolymam profectus fuissem, in Sabbato Pentecostes audivi, quod Græci in suis Lita-*

Sæculum XI. A.C. 1031.

niis S. Martialem inter Apoſtolos recitarent. His Odolricus Abbas S. Martialis Limovici adjecit: *Olim cum in Monaſterio S. Benedicti in Francia, Magiſtro Sapientiſſimo Abbone, artibus liberalibus imbuerer, inveni, ibi vigere conſuetudinem S. Martialis nomen inter nomina Apoſtolorum recitandi. Idem ſub Gauſelino ejus Succeſſore obſervabatur. Sed Rege Roberto adhuc inter vivos agente, cum Hugo Anteceſſor meus Pariſiis in Regia verſaretur, altercatio inter Francos & Lemovicenſes hac de re exorta eſt, cui ego tunc interfui. Dicebant iſti: vos Franci male S. Martialem Apoſtolorum ultimum nominatis, nos eum melius Confeſſorum primum recitamus.* Gauſelinus Archiepiſcopus Francorum opinionem defendebat, dicens, oportere S. Martialem inter Apoſtolos venerari, virum ex genere Abrahæ ſecundum carnem natum, SS. Petro & Stephano conſanguinitate junctum, Domini Diſcipulum, a Petro jubente Chriſto baptizatum, a JEſu Chriſto in die Aſcenſionis ſuæ ordinatum, & ab eodem, poſtquam S. Spiritum cum Apoſtolis in Die Pentecoſtes accepiſſet, in Gallias miſſum. Hæc aſſertio Archiepiſcopi aſſenſu Regis præſentis ceterorumque omnium approbata.

S. Martialis Apoſtolus.

p. 873

Hic perſpicimus fundamentum Opinionis illorum, qui S. Martiali Apoſtolatum

tum asserere volebant. Nimirum circumferebatur Historia ipsius vitæ, nomen Aureliani ejus Discipuli præferens, in qua omnia illa facta narrantur. Sed ea Historia omnibus ante Sæculum decimum ignota fuit, eademque hodie ab omnibus eruditis apocrypha esse cognoscitur. Nihil de S. Martiali magis exploratum habemus, quam pauca, quæ Gregorius Turonensis de ipso literis mandavit; scilicet in Galliam cum S. Dionysio aliisque primis Episcopis circa annum ducentesimum quinquagesimum a Papa missum, Episcopum Lemovicensium fuisse, Evangelium magno animarum Bono prædicasse, tandem Confessorum numero fuisse adscriptum & honoratum.

Sæculum XI. A.C. 1031.

Greg. 1. hist. Franc. c. 31. Glor. Conf. 27. Sup. lib. VI. c. 49. Tilm. tom. 4. 474.

Conc. p. 874.

Interea Geraldus Abbas Monasterii Solemniacensis in Synodo Lemovicensi assurgens dixit: *Antiquissimi Codices penes nos sunt, qui testatum faciunt, Martialem Apostolum nominari; verum crescente paulatim socordia virorum Ecclesiasticorum in Confessorum seriem detrusus est a credentibus, ipsum magis honorari, si primus Confessorum, quam ultimus Apostolorum diceretur.* Eruditus quidam Clericus Engolismensis inter alia dixit: *Cum ante annos complures duo Monachi de monte Sinai, docti & pii, quorum alter Simeon, alter Cosmus vocabatur, ad nos divertissent, quæsivi, an Orientales Chri-*

Sæculum X. A.C. 1031.

ſtiani S. Martialem noviſſent. Reſponderunt ambo, ſcire ſe ipſum fuiſſe Apoſtolum, & ex ſeptuaginta duobus Diſcipulis unum. Plures alii hac de re in Concilio verba fecerunt, ſummatim antiquos Codices & antiquam traditionem, ſed nullum tempus certum adducentes, & illis Actis S. Martialis innixi, de quorum auctoritate dubitare tunc nemini in mentem veniebat. Poſt longas de eadem materia diſceptationes Aimo Archiepiſcopus Bituricenſis dixit: *Diebus abhinc quindecim juſſimus in Concilio Bituricenſi recitari Joannis Papæ Epiſtolam, ad omnes Epiſcopos Galliarum miſſam, quam omnes viri docti præſentes, atque etiam illud, quod vos modo ſtatuiſtis, approbarunt.* Tum Jordanus Epiſcopus Lemovicenſis ea retulit, quæ in Concilio anni 1029. acta fuerant, omnibusque in unam ſententiam concedentibus, ſurgunt Epiſcopi Miſſam in Eccleſia S. Salvatoris, nam in Eccleſia Cathedrali S. Stephano Sacra congregati erant, celebraturi. Archiepiſcopus Bituricenſis, rogatus ab Epiſcopo Lemovicenſi, Officium Divinum decantare cœpit, & poſt primam Orationem alteram de S. Martiali Apoſtolo adjecit.

p. 878.

p. 887.

p. 890.

§. XXV.

Sæculum XI.
A.C.1031.

§. XXV.

Decretum de Pace.

Evangelio perlecto Jordanus Episcopus in Grassatores & pacis publicæ perturbatores peroravit, Proceres omnes exhortans, ut altera die & tertia venirent ad Concilium, in quo de pace ageretur. Pacem servarent ad Concilium euntes, in ipsa commoratione, & post reditum septem diebus, quo temporis spatio sub nullo prætextu alter alterum invaderet. Postea Diaconus, qui Evangelium decantaverat, ab Episcopis jussus, & ipsorum nomine, Excommunicationis sententiam pronunciavit in Equites & Nobiles Diœcesis Lemovicensis, qui modo detrectabant, aut prius jam detrectaverant, Episcopo suo, quod petebat, juramento (*) promittere, se pacem & justitiam servaturos. Hanc Excommunicationem diræ execrationes comitabantur, simulque ac Diaconus eas proferebat, Episcopi accensos cereos, quos ma-

(*) Justum & æquum erat latrocinantes & jure Belli non gaudentes ab Episcopis excommunicari. Difficilior quæstio est, an potuerint ad jurandum compelli, quod in futurum abstinere vellent. Ceterum ex his apparet, quam parum auctoritatis & auxilii contra raptores in Regibus illa ætate fuerit.

Sæculum XI. A.C. 1031.

nu tenebant, extinctos in terram proji. ciebant, horrescente populo, & acclamante: *Ita Deus extinguat gaudium illorum, qui pacem & justitiam oderunt!* Tum Jordanus Episcopus ad populum: *Similes Anathematismos in Concilio Bituricensi nuper protulimus, & Deum precamur, ut ita Lemovicensibus civibus pax dulcis redeat, sicut ad nos Biturigas revecta est.* Singuli Episcopi & postremus Archiepiscopus suo calculo dicta confirmarunt, edicentes, se eos ligare, quoscunque Episcopus Lemovicensis ligasset, & illis benedicere, quibuscunque ipse benedixisset. Tandem ubi Archiepiscopus, Missæ Solèmnia prosecutus, ad fractionem Hostiæ pervenit, de more Benedictionem super populum pronunciavit, & formulæ nomen S. Martialis Apostoli inseruit.

Postera die, Feria VI. decima nona Novembris Episcopi ad secundam Synodi Sessionem conveniunt, in qua Archiepiscopus ea, quæ de S. Martiali statuta fuerant, confirmavit, etiam demonstrare conatus, quod potiore titulo Apostolus esset quam Episcopi Galliarum SS. Dionysius, Saturninus, Ursinus, Austremonachus, Fronto Petricorienſis, Julianus Cenomanenſis, quia ipse a JEsu Christo, & non ab alio, ordinatus & missus fuisset. Archiepiscopus jam illa die excommuni-

municationis fulmen contra illlos, qui inposterum S. Martiali Apostolatum abrogarent, intorsisset, nisi Episcopus Lemovicensis rem differendam esse judicasset. Sæculum XI. A.C.1031.

Tum jubente Archiepiscopo Canones Concilii Bituricensis lecti, quos Episcopus Lemovicensis recepit, excepto secundo, præcipiente, ut Eucharistia singulis Dominicis renovaretur. Sed dixit, satis esse, si in spatio unius anni duodecies, nempe in Festis præcipuis, quorum unum in singulis ferme mensibus occurreret, consecraretur. Et addidit: *Quod spectat ad Monasteria Regularium, rem Abbatum arbitrio relinquimus, quia in Monasteriis omnia, ad Officium Altaris pertinentia, majore cura & nitore, quod meis oculis vidi, peraguntur.* p. 897.

Tunc vero in medium allata est querela, quod Monasterio Bellilocensi in Diœcesi Lemovicensi Clericus Sæcularis præfectus esset, qui patruo suo Nobilium virorum illius regionis potentia fretus successisset. Petebant ergo Monachi Abbatem Regularem sibi dari. Vocatur Abbas ille Sæcularis, qui coram Episcopis genua flectens & ipse rogavit, ut hunc abusum corrigerent; Episcopo vero Lemovicensi commissum, ut ante Festum Nativitatis Domini illi Monasterio Abbatem secundum Regulam constitueret.

Sæculum XI. A.C. 1031.

Exinde mota est Quæstio, an liceret monachis ex Monasterio, in quo tepide & laxe vivitur, transire ad aliud magis Regulare? & statutum, quod liceret, cum & ipse Abbas a monachis immorigeris discedere posset. Episcopus Lemovicensis testabatur, complura monasteria in sua Diœcesi reperire esse, quæ Regulam probe servarent; cujusmodi essent Monasterium S. Martialis, Sancti Martini & S. Augustini Lemovici, Cambonense, Solemniacense, & Usercense. Querebatur tamen de facto Abbatis Usercensis, qui accusabatur, Vicecomitem Albucienſem, excommunicatum, & cum latrocinaretur, ab iis qui sua defendebant, interfectum, in suo monasterio sepeliisse. Abbas Usercensis de hoc facto interrogatus, ad Episcopum Lemovicensem conversus respondit: *Domine, rei veritas ad aures tuas non pervenit; falsa tibi de me nunciata sunt. Absit a me, ut absque tua licentia excommunicatum suscipiam. Quanto enim sublimior est Ordo noster, tanto subjectior & promptior ad obediendum Episcopis sit. Idoneos testes habeo, quod Vicecomes, inter prædandum occisus, a militibus suis ad nostrum cœnobium me ignorante deportatus sit. Ejus corpus neque suscepimus, neque sepelivimus, sed retro ultra aquam deportari jussimus sine ullo officio Sacro,*

p. 900.

p. 902.

&,

&, nullo Clericorum præsente, illud Vasalli sepelierunt. Sæculum XI. A.C.1031.

His ita compositis, Episcopus Cadurcensis eventum insolitum cœpit narrare in hunc modum: *Nuperrime post Concilium Bituricense quidam Eques excommunicatus in nostra Diœcesi interfectus est, quem ego rogantibus licet amicis & propinquis ejus nullatenus absolvere volui, ut ceteris terror incuteretur. Itaque me non jubente, & sine Sacerdotis obsequio in quadam Ecclesia a militibus suis terræ mandatus est. Ubi vero illuxit, corpus ejus, nudum, & procul a cæmeterio in terram projectum inventum est, tumulo intacto; quem ubi milites iterum aperuere, sola linteamina, quibus involutum fuerat, conspexerunt. Rursus cadaver ibidem sepeliunt, & diligenter tumulum sub enormi pondere terræ & lapidum claudunt. Sed ecce, altera die iterum tumulum integrum, & projectum cadaver, ut die præterita, reperiunt; quod cum quinquies sepeliissent, quinquies iterum erutum obstupuerunt. Tandem attoniti procul a cæmeterio Ecclesiæ corpus terra obruunt. Quo facto Principes militiæ, terrore perculsi, ut optabamus, pacem nobis jurare non amplius distulerunt.* Concilium Lemovicense II.

Cadurcensi Episcopo silente Odolricus, Abbas S. Martialis, ad Episcopos: *Si principes militiæ in Territorio Lemo-*

Sæculum XI. A.C. 1031.

vicensi mandatis vestris non obtemperaverint, quid facietis? Tum Episcopis rogantibus, ut consilium suggereret, ait: *Ligate omnem terram Lemovicensem publica Excommunicatione. Nemo Ritu Ecclesiastico sepeliatur, nisi Clericus, pauper mendicans, peregrinus & advena, & infans a bimatu & infra. Divinum Officium in omnibus Ecclesiis occulte agatur. Sed Baptismus petentibus tribuatur. Circa horam tertiam signa sonent in Ecclesiis omnibus, & Fideles proni in faciem orent ad impetrandam pacem. Pœnitentia* (*) *& Viaticum in Articulo mortis concedatur. Altaria per omnes Ecclesias, sicut in Parasceve nudentur. Cruces & ornamenta sicut in Parasceve in signum luctus & tristitiæ abscondantur. Ad Missas tantum, quas unusquisque Sacerdotum januis Ecclesiarum clausis peragat, Altaria induantur, & iterum post Missas nudentur. Nemo tempore hujus Excommunicationis uxorem ducat. Nemo alterum dato osculo salutet. Nemo carnem comedat, aut alios cibos, nisi quibus in Quadragesima vesci licitum est. Nemo sibi pilos radat, usque dum Principes mandatis Concilii obediant.*

Excommunicatio generalis.

Quæsi-

(*) Nempe Absolutio a peccatis. Quanta enim pœnitentia jam jam morituro injungi potest?

Quæsitum deinde, utrum uni aut duobus Primoribus, si obedierint, aliis in peccato perseverantibus, Episcopus ignoscere debeat? & responsum, quod etiam unicum recipere oporteret, quia pœnitens nullo non tempore recipi deberet. Et statutum, ut ejus Ditio ab Excommunicatione liberaretur, reliquis sub Interdicto remanentibus. Quod si omnes ferme Proceres Lemovicenses conversi in pacem consenserint, pauci contumaces a Communione Corporis & Sanguinis Domini Nostri arceantur, Ecclesiam non intrent, cum Christianis nec comedant, nec bibant, nec iter faciant. Vestimentis lineis non utantur, carne non vescantur, non bibant vinum, non tondeantur, si ægrotent, nullus Clericorum eos invisat, & si moriantur, in illo loco relinquantur, nemo cadaver vel ligno vel petra contegat, nullus aliquid de Bonis eorum accipiat, ut oret pro animabus eorum. Si quis Episcopus flecti se passus fuerit, & Concilii Decreta violaverit, ipsi Sacris interdicatur, quamdiu Episcopis visum fuerit. Sæculum XI. A.C. 1031.

Præterea mota est in Concilio querela, quod in Monasterio S. Martialis tempore Paschali & in Pentecoste Baptismus conferretur, & Servi a Dominis libertate donarentur. Nam Clerici Ecclesiæ Cathedralis dicebant, ea solum in sua Ecclesia

Sæculum XI. A.C. 1031.

cleſia adminiſtrari debere. Sed reſpon-
ſum, id fieri ex veteri S. Martialis & quo-
p. 905. rumdam aliorum monaſteriorum privi-
legio, ita tamen, ut ibi Baptizati eadem
die ad Epiſcopum & Eccleſiam Cathedra-
lem deducerentur, Confirmationem re-
cepturi. De Servis reſponſum, hos de
more in quacunque Eccleſia manumitti
poſſe.

Item ſtatutum; non ſolum in Sede Epiſcopali, ſed etiam in omnibus Eccleſiis Verbum Dei eſſe prædicandum, ſi modo Eccleſiaſtes, ſive Clericus eſſet, ſive Monachus, ſaltem Ordine Lectorum eſſet initiatus. Porro Oratores ab Epiſcopo & juſſu & precibus excitandos eſſe ad dicendum, quia pauci eſſent in Vinea Domini Operarii. Præterea decretum,
p. 907. virum paricidio pollutum, ſi deinde monachum induiſſet, ad Ordines admitti non poſſe. Tum exemplum cujusdam privati adductum, qui poſtquam Stephanum Epiſcopum Claromontanum occidiſſet, Cluniaci Monachum profeſſus fuerat, pœnitentiam acturus. Odilo Abbas, cum eum judicaret idoneum, cupiebat ipſum Ordinibus initiari, & conſulit Papam, qui reſpondit: *Nulla ratione fieri poteſt, ut vir iſte ad quemcunque Ordinem promoveatur, cum nec ei liceat oblationem in manus Presbyterorum tradere,*

nec

nec communicare, nisi per modum Viatici in extrema mortis hora.

Sæculum XI. A.C. 1031.

§. XXVI.

Absolutio Papæ.

Tandem in eodem Concilio non nemo conquerebatur, quod Excommunicati sæpe pœnitentiam & absolutionem, suis Episcopis id ignorantibus, a Romano Papa obtinerent, & hac de causa pax destrueretur, nec non Concilii Decreta effectu carerent, dum quos Episcopi juste ligarent, ille injuste solveret. Ad hæc Engelricus Canonicus Aniciensis verba fecit in hunc modum: *Aliquot abhinc annis Stephanus Episcopus Claromontanus Pontium Comitem Arvernensem, quod dimissa legitima uxore aliam accepisset, excommunicavit, quem cum nulla ratione vellet absolvere, nisi prius errorem emendasset, Comes Romæ absolutionem a Papa obtinuit, nesciente, quod esset excommunicatus.* (*) *Episcopo deinde per literas conquerenti rescripsit Papa: Quod nesciens egi,* p. 908.

(*) Non satis clare hæc in ipsis Actis narrantur. Nam Comes ab Excommunicatione absolutus non est, cum eam Papa ignoraverit; sed hoc ita videtur accipiendum, quod Comes ille, causa sua Romæ subreptitie vel obreptitie proposita, licentiam impetraverit, secundam mulierem tanquam

Sæculum XI. A.C. 1031.

egi, Frater cariſſime, non mea ſed tua eſt culpa. Cur enim per literas me non monuiſti, priusquam hic reus Romam perveniſſet? ipſo ſane rejecto, ſententiam Excommunicationis confirmaſſem. Profiteor quippe omnibus Conſacerdotibus meis, quod nullatenus ipſis adverſari velim, ſed potius eos adjuvare & conſolari. Abſit enim Schiſma a me & a Coepiſcopis meis. Itaque illam abſolutionem ſubreptitie impetratam nullam declaro, de qua reus nihil niſi maledictionem ſperet, quoad, ſi juſte ſatisfecerit, tu ipſum abſolveris.

Epiſcopi, collaudato facto Pontificis, dixerunt: *A Pontifice Romano, ceterisque Patribus cautum tenemus, quod, ſi Epiſcopus Diœceſano ſuo pœnitentiam injunxerit, eumque poſtea miſerit ad Papam, judicaturum, an pœnitentia ſit delicto congrua, eam Papæ auctoritas confirmare, minuere, vel augere poſſit. Ita etiam, ſi Epiſcopus mittat ad Papam Diœceſanum ſuum cum teſtibus literis ab eo pœnitentiam accepturum, ut multoties pro graviſſimis peccatis fieri amat, poteſt talis peccator remedium a Papa ſumere; ſed inconſulto*

p. 509.

tanquam uxorem retinendi. Ceterum cum dicat Engelricus, id ante aliquot annos contigiſſe, & Concilium anno 1031. celebratum ſit, Joannis Papæ ſeptimo, conjectura eſt eundem hujus Reſcripti Auctorem extitiſſe.

consulto Episcopo suo pœnitentiam & absolutionem a Papa accipere nemini licet.(*) Cetera Acta hujus Concilii Lemovicensis desiderantur. Sæculum XI. A.C.1031.

§. XXVII.

S. Simeon Trevirensis.

Simeon Monachus, cujus testimonium de fide Orientalium circa Apostolatum S. Martialis in Concilio Lemovicensi productum,(**) inter illustriores Viros Sanctos hujus Sæculi locum meruit. Is Syracusis in Sicilia ex parentibus Græcis & nobilissimis natus & Christianis moribus educatus, septennis a patre Constantinopolim perducitur, ibique sapientissimis Magistris erudiendus traditur. Crescente ætate, cum exemplum Occidentalium, Jerosolymam petentium, præ oculis haberet, *Sup. §. 24.* *vit. Sæc. 6. Ben. p. 372. Boll. 1. Jun. to. 19. p. 87.*

(*) Ex his dicta in Nota ad Num. 7. confirmantur, atque studiosus Historiæ Ecclesiasticæ Lector ex iis, quæ in Conciliis tam universalibus quam provincialibus dicta & acta fuerunt, quid de potestate & infallibilitate Romani Pontificis, & de Forma Regiminis Ecclesiastici tota Ecclesia semper senserit, longe melius cognoscet, quam ex argumentis, quæ vel præjudicium, vel proprii ingenii fœcunditas produxit.

(**) Traditio Orientalium, si satis probata esset, inter cetera argumenta pro Apostolatu S. Martialis esset optimum.

Sæculum XI. A.C. 1031.

beret, desiderium subiit, ad eam civitatem commeandi. Igitur postquam Loca Redemptionis nostræ lustrasset, in Palæstina remansit, & septem annis peregrinantibus Christianis ignotarum viarum Ducem se præbuit, Virum Sanctum nomine Hilarium pii operis socium habens. Postea vero cuidam Anachoretæ, in turri ad Jordanem nobilem amnem posita habitanti se junxit. Quadam die Simeonem juvenili levitate per fenestram feminas, quæ camelos bibendi causa ad fluvium deduxerant, licentius conspicientem Anachoreta, in cella superiore existens, ad se vocat, & licet eum non vidisset, exprobrat, quid feciſſet, quin etiam, quid cogitasset. Tum adjecit: *Quid prodest tibi, fili mi, hæreditatem patris tui abjecisse, si desideria hujus Sæculi non amputas, & carnis illecebris capiaris?* cumque videret vultum juvenis rubore suffundi, dixit: *Noli despondere animum, fili mi, spem optimam per Dei gratiam de te concepi. Tuum est in hostem humani generis pugnare, & Dei Optimi Maximi auxilia ad vincendum tibi tribuere. Quem rogo, ut tibi mercedem bonam reddat pro obsequiis per hos annos mihi præstitis; ego vero populi confluentis frequentiam diutius ferre non possum. Recedo.* Nec mora, Simeonis oculis se subducens, alio migravit.

Simeon

Simeon magno desiderio tenebatur, vivendi more Anachoretarum, & quia a Magistris & exemplo Sanctorum Patrum didicerat, initium ducendum esse a tyrocinio in Congregatione Fratrum subeundo, Bethlehemum se contulit, & in Cœnobio Sanctæ Mariæ monachum induit, ubi biennio versatus Ministerio Diaconi functus est. Exinde ad Monasterium ad radices montis *Sinai* perrexit, in quo postquam aliquot annos commoratus fuisset, accepta ab illius loci Abbate licentia angustum specum, in littore maris rubri situm, pro cella sibi delegit, ubi annos prope duos solus perseveravit. Verum cum a multitudine hominum illud mare navigantium, & ad ipsum invisentium, fatigaretur, in monasterium reversus, ad alterum monasterium in vertice montis positum, atque ob incursus Arabum desertum, reparandum mittitur. Sæculum XI. A.C. 1031.

Interim aliquot Fratres in Occidentem missi fuerant ad peragenda monasterii negotia, scilicet, recipiendam pecuniam, quam ipsis Richardus II. Dux Normanniæ largiebatur; quippe piissimus Princeps pretiosa dona Ecclesiis, in omnibus ferme orbis partibus, offerebat. Ecclesiæ S. Sepulchri Jerosolymæ centum auri libras dono misit, ut nihil dicamus de ejusdem munificentia, qua cunctos *Glab. lib. 1. c. 5.*

Sæculum XI. A.C. 1031.

Simeon in Francia.

Jeroſolymam proficiſcentes donis cumulare ſolebat. Tandem ſingulis annis monachi aliquot montis Sinai Rothomagum adveniebant, ad recipiendam eleemoſynam a Richardo Duce ſibi conceſſam, atque magna auri argentique vi onuſti recedebant. Illis vero, qui illo anno ad recipiendum iſtum cenſum miſſi fuerant, in via vita functis, Dux pecuniam ſervavit, & per nuncios ſignificari juſſit, mittendum eſſe ad ſe exploratæ fidei monachum, qui eam acciperet. Ergo communi omnium judicio Simeon hoc iter ſuſcipere jubetur, qui repugnante licet animo obediit. Id vero ſine dubio ad eum eligendum ceteros impulit, quod linguas quinque, videlicet Ægyptiacam, Syriacam, Arabicam, Græcam, & Latinam calleret.

Simeon itaque Ægyptum petiit, cumque in navigio cujusdam mercatoris Veneti ſecundo Nilo veheretur, occurrerunt piratæ, qui ceteros omnes trucidarunt, ſolo Simeone excepto. Is enim, librato in flumen corpore, nando ſtrenue Barbarorum crudelitatem effugit. Tum ubi terreſtri itinere non ſine multis periculis Antiochiam pervenit, a Chriſtianis magna charitate exceptus, brevi tempore illius Regionis Optimatibus, & ipſi Patriarchæ cariſſimus fuit. Cum ibi Richardum, Abbatem S. Vitoni in civitate Virdu-

Virdunenſi, habuiſſet Jeroſolymam proficiſcentem, non ſolum ei teneræ amicitiæ vinculo junctus eſt, ſed etiam Patris loco coluit. Exinde vero Simeon ex Antiochena civitate itineris ſocium, monachum nomine Cosmum, accepit, quocum in Franciam perveniens, humaniſſime exceptus eſt a quodam Comite Guilielmo, qui Dux Aquitaniæ fuiſſe creditur. Poſtquam aliquamdiu apud hunc Principem Simeon fuiſſet diverſatus, mortem oppetiit Cosmus. Hinc ille ſolus Rothomagum commeavit; ubi, comperto, quod Richardus Dux e vita migraſſet, neminem habuit, qui de cenſu vel eleemoſina monaſterio Sinaitano deſtinata quidquam certi reſponderet. Rothomagi Simeone in ædibus cujusdam Comitis, nomine Goſſelini, diverſante, is ipſo auctore in monte urbi Rothomagenſi proximo, in honorem SS. Trinitatis, monaſterium ædificavit, ibique Simeon S. Catharinæ Reliquias, quas iter faciens portabat, depoſuit. Tunc ergo iſta Eccleſia a Sancta Virgine non ſolum nomen accepit, ſed etiam ex illo tempore S. Catharina in Francia coli cœpit. Ceterum Richardo II. Duce Normanniæ anno milleſimo vigeſimo octavo decedenti Robertus II. Frater ſucceſſit.

Simeon ſpe ſua fruſtratus recipiendi pecuniam, quæ itineris longi cauſa fuerat,

Sæculum XI. A.C. 1031.

Sup. lib. LVIII. §. 57.

Chr. Virdu. p. 182.

vit. n. 10.

Sæculum XI. A.C. 1031.

rat, Virdunum ad Richardum Abbatem se contulit, diuque apud eum commoratus est. Quo tempore cum Poppo Archiepiscopus Trevirensis pietatis causa Jerosolymam peregrinari statuisset, Simeonem itineris Socium accepit, & inde reversus eidem sedem in sua Diœcesi, ubicunque eam elegisset, obtulit. Illi placuit Cellula in quadam turri, prope portam Civitatis Trevirensis extructa, cui Archiepiscopus præsentibus Clericis populoque in Festo S. Andreæ anno millesimo vigesimo octavo solemni ritu volentem inclusit. In illa cellula Simeon, annis ferme septem exactis, Sanctam mortem obiit.

§. XXVIII.

Pacis publicæ consilia agitantur.

In duobus Conciliis Bituricensi & Lemovicensi, anno 1031. celebratis, de Pace, quam Episcopi in Francia stabilire cupiebant, sæpe mentio recurrit. Quod ut clarius intelligatur, in memoriam revocandum est, ab annis prope ducentis, nempe Ludovici Pii, lenissimi Principis, regno supremam Regum auctoritatem apud plerosque in toto Imperio, id est, in Francia, in Germania, in Italia viluisse. Cum enim singuli Principes, quorum ingens erat numerus, jus armorum sibi vindicarent, bellis & latrociniis cunctæ

Regio-

Regiones vastabantur. Jamque tantum malum non crimen, sed justa consuetudo esse credebatur. Præ ceteris vexabantur mercatores, artifices, agricolæ & homines de plebe, nemo vero magis quam monachi & Clerici, quibus Sacrum vitæ Institutum arma armis repellere prohibebat. Sæculum XI. A.C. 1031.

Jam diu huic malo non Religioni Christianæ modo, sed etiam Societati civili tantopere adverso quærebatur remedium; namque regnante Carolo Calvo plurima quidem decreta in Conciliis & Comitiis Principum contra raptores, pauperum oppressores, Bonorum Deo consecratorum invasores edita vidimus; sed optimæ Leges non servabantur, nec ante Roberti Regis tempora efficaciore severitate, præsertim in Aquitania, pernicioſam licentiam repressam fuisse legimus. Prima hujusmodi Constitutio, in Synodo Helenensi in Comitatu Ruscionensi & Diœcesi Helenensi anno 1027. 16. Maji celebrata, occurrit. *tom. 9. Conc. p. 1149.*

Huic Synodo Oliba Episcopus Ausonensis, quæ civitas hodie *Vic* in Catalonia vulgo dicitur, vicem gerens Episcopi Helenensis, tunc temporis in transmarinis partibus peregrini, Archipresbytero, Archidiacono, ceteris Canonicis populoque præsentibus præfuit. Primo Statuta ab his duobus Episcopis condita, *Marca concord. IV. c. 14. p. 435.*

Sæculum XI. A.C. 1031.

& male obſervata, confirmata ſunt. Tum decretum, ne quis in toto Comitatu Ruſcinonenſi ab hora nona Sabbati usque ad horam primam die Lunæ inimicum ſuum invaderet, ut ſic honor debitus diei Dominicæ haberetur. Nemo ullo modo monachum aut Clericum inermem, iter facientem, vel quemquam ad Eccleſiam euntem vel inde revertentem, vel cum mulieribus peregrinantem, aggrediatur. Nemo Eccleſiam, & domos in circuitu a triginta paſſibus poſitas violare audeat. Rei excommunicatione feriuntur, cui poſt tres menſes, niſi reſipuerint, Anathema additur. Illo autem trium menſium ſpatio preces publicæ pro converſione Excommunicatorum perſolvantur.

Concilium Helenenſe.

tom. 9. Conc. p. 910.

Glab. IV. hiſt. c. 4.

Glaber monachus, Scriptor coævus, memorat, anno circiter 1030. diram famem, tempeſtatis iniquitate exortam, tam horrendum in modum mortales afflixiſſe, ut non nulli in Francia flammis publice traditi fuerint, quod, immani rabie acti, carnes humanas devoraſſent. Cum ſepeliendis mortuis vivi non amplius ſufficerent, quidam magna charitate Chriſtiani oſſuaria extrui juſſerunt, quo defunctorum corpora ſaltem promiſcue conjicerentur. Ad ſublevandam calamitatem publicam, venumdata ſunt Eccleſiarum ornamenta, & ſecundum Decreta Patrum, theſauri exhauſti. Annis

nis tribus graſſata eſt lues; ſed pravos homines ad converſionem non impulit, quin plerique eo contumaciores & pejores effecti. Sæculum XI. A.C. 1031.

Sterilitatem magna fructuum ubertas ſecuta eſt. Quare Epiſcopi & Abbates in Aquitania Concilia celebrare cœperunt, & præceptum, ut etiam Epiſcopi in Provincia Arelatenſi, Lugdunenſi, in toto Burgundiæ Regno, atque in ultimis finibus Franciæ Synodice congregarentur. Vocati ſunt etiam Proceres, ut cum Epiſcopis de his, quæ ad quietem publicam ſpectabant, deliberarent. Populus vero maximam lætitiam profeſſus undique confluxit. Summi infimique Epiſcoporum mandata avidi expectabant, tanquam ſi Cœlum imperaret, obtemperaturi, duræ calamitatis, quam tulerant, memores. Itaque aliquot Articuli conditi, in quibus non ſolum flagitia, a quibus Fideles caverent, ſed etiam pia opera, quibus Deum placarent, adnotabantur. In præcipuo Articulo agebatur de pace publica, quam homines utriusque conditionis, nempe tam liberæ quam Servilis, cuſtodirent. Cuncti ſine armis & ſine metu miſſis jurgiis iter facerent. c. 5.

Glaber his addit, ſtatutum fuiſſe, ut ii, qui Bona aliena vel diriperent, vel poſſiderent, juxta Leges prius editas

Sæculum XI. A.C 1031.

mulcta pecuniaria coercerentur, & qui non haberent in ære, in cute luerent. Item, Ecclesias certum asylum esse oportere omnibus ad eas confugientibus, cujuscunque demum flagitii reis, illis solis exceptis, qui hanc sancitam pacem violassent; hos enim ex ipso Sacrario, etiamsi brachiis Altare complecterentur, abstrahi debere. Monachos, Clericos & Sanctimoniales, viæ Duces, easque comitantes, nemo insectari auderet. Præterea præceptum, ut singulis Septimanis Feria VI. a vino, & in Sabbato ab esu carnis omnes abstinerent, nisi gravis morbus, aut Festum Solemne in illos dies incidens prohiberet. Si qui morbi causa ab hujus abstinentiæ lege eximerentur, illis diebus tres pauperes alerent. Tandem decretum, ut singulis quinquenniis ad hanc pacem firmandam conventus agerentur.

Pax publica.

Bald. Chron. Camerac. lib. III. c. 52. Sigeb. Chronogr. an. 1031.

Baldericus Episcopus Noviodunensis, qui Sæculo sequente jam inchoato e vivis abiit, in suo Chronico addit, quemdam Episcopum in Francia affirmasse, redditas sibi fuisse de Cœlo epistolas, quibus de pace in terra renovanda mortales monerentur. Hæc mandata ab ipso ceteris Episcopis fuisse communicata, simulque tradita præcepta, populis denuncianda, quæ erant hujusmodi: Nemo, sive ad repetendas res, vi sibi ablatas, sive ad vindi-

vindictam ob occisum propinquum suum sumendam, armis uteretur, sed latronibus ignosceret. Singulis Feriis sextis cuncti in pane & aqua jejunarent, & in Sabbatis a carnibus abstinerent. Ceterum, idem Episcopus dicebat, hoc jejunium ad obtinendam remissionem omnium peccatorum, sine omni alia pœnitentia suffecturum. Hæc omnia juramento promittere pœnitentes debere, & recusantes a Fidelium cœtu per gladium excommunicationis separandos esse, quos nemo in periculo mortis constitutos inviseret, nec mortuos sepeliret. Subjungit Auctor, plura alia tunc fuisse constituta, intolerabilia, & quæ sine fastidio ne quidem recenseri possint.

Sæculum XI. A.C. 1031

§. XXIX.

Gerardi Cameracensis Monita.

Multi has Constitutiones receperunt, rei novitate magis quam æquitate capti; at Gerardus, Episcopus Cameracensis, unicus in Regno Lotharingiæ Francorum Regibus subjectus, nempe Ecclesiæ Remensis Suffraganeus, nullo modo eo adduci potuit, ut ista Decreta reciperet. Dicebat; Genus Humanum in rerum exordio divisum fuisse in tres classes, orantium, militantium, & agros excolentium, atque singulas mortalium conditiones duabus ceteris, & duas ce-

Sæculum XI. A.C. 1031.

teras tertia indigere. *Itaque aliqui*, inquiebat, *arma tractent, quia quæ vi rapta fuere, vi repetenda sunt. Non est ad iracundiam provocandus, qui paricidam consanguinei sui persequitur, nec vi compellendus, ut quiescat, priusquam ei fuerit satisfactum, sed juxta præceptum Evangelii latroni reconciliandus. Neutiquam omnibus hominibus jejunium Feriæ sexta & Sabbati injungendum, quia non omnibus æquales corporis vires sunt, nec dicendum, hoc jejunium pœnitentiæ loco omnibus convenire, quia variis peccatoribus non eadem, sed varia pœnitentiæ remedia congruunt. Nec expedit omnibus promittere, se hæc opera impleturos, ne perjurii periculo se exponant. Tandem res horrore plena, homines excommunicare, quod his constitutionibus subjici nolint, iisque ægrotantibus auxilium, atque mortuis sepulturæ beneficium denegare. Satis nobis sit, Decretis authenticis Patrum obedire, & Legum contemptoribus illas pœnitentias, quas ipsi præscripserunt, injungere.* (*) Huc usque Episcopi Cameracensis Monita.

Balder. lib. III. c. 27.

Aliquot abhinc annis duo Episcopi ejusdem provinciæ, Beroldus Suessionensis & Guerinus Bellovacensis, cum non sine dolore viderent, Roberti Regis imbe-

(*) Monita omnino sapientissima.

imbecillitate toti Regno ruinam immi- Sæculum XI.
nere, Leges & consuetudines patrias A.C.1031.
contemni, & nullum Justitiæ parari præsidium, se utilitati Reipublicæ servituros crediderunt, si supra memoratas pacis constitutiones, quod etiam Episcopi Burgundiæ facturi erant, stabilirent. Hinc consensum Gerardi Cameracensis quoque extorquere conabantur; sed ille, re maturius pensata, eis suffragari noluit, quod novo molimine Ecclesiam simul & Regiam potestatem turbari putaret. *Regum quippe est*, ajebat, *Seditiones suis armis reprimere, bellorum calamitates a populis auferre, pacem sancire. Episcoporum vero, Reges monere, ut pro Salute patriæ fortiter dimicent, & Deum orare, ut Regibus concedat victoriam.* Ergo ceteri Episcopi clam Gerardo subirati dicebant, virum esse pacis inimicum; & tandem suorum, præsertim Ledwini Abbatis ad S. Vedastum Attrebati, item alterius Abbatis, nomine Rotrici, importunis fatigatus precibus, prope invitus consensit. Eventus autem docuit, quam sapienter prius suasisset, a nemine exigendum esse, ut promissionem servandi hanc pacem juramento confirmaret; plerique etenim, qui juraverant, temere postea juramenti fidem fregerunt.

§. XXX.

Sæculum XI
A.C. 1031.

§. XXX.

S. Bardo Archiepiscopus Moguntinus.

vit. Sæc. 6. Ben. 2. p. 6. In Germania Ariboni Archiepiscopo Moguntino vita functo S. Bardo successit, qui nobili genere ortus, & in Monasterio Fuldensi sub Abbate Archambaldo, cui postea Moguntinæ Ecclesiæ Insula obvenit, literis imbutus, ibidem Institutum monasticum amplexus est. Cum Pastorale S. Gregorii manibus continuo tereret, Fratribus causam requirentibus subridens respondit: *Forsan aliquando Rex existet, simplex adeo, ut ceteris omnibus Episcopatum suscipere recusantibus, id muneris mihi daturus sit.* Richardus deinde Abbas Fuldensis, constructo novo monasterio, prope monasterium majus sito, Bardonem præfecit. Cumque Conradus Imperator Fuldam divertens, etiam novellum monasterium videre voluisset, occurrentem sibi Bardonem, fama jam prius notum, & Reginam conjugem suam affinitate contingentem, lætissimus excepit, mox etiam amplexu strinxit, eique Dignitatis Ecclesiasticæ honorem, quamprimum nasceretur occasio, promisit. Nec fidem fefellit, nam post modicum temporis spatium, misso ad Richardum Abbatem nuncio, Bardonem ad se venire jussit, cui primo Abbatiam Werthinensem prope Coloniam, & postea

postea Herfeldensem etiam prope Fuldam contulit. Bardo ambas simul Dignitate Abbatiali auctus rexit. Sæculum XI. A.C.1031.

Aribo Archiepiscopus Moguntinus, anno millesimo trigesimo Paderbornæ Festum Natalis Domini cum Imperatore celebrans, licentiam Romam proficiscendi ab eo petiit; quo itinere anno sequente post Festum Purificationis suscepto, in reditu decima tertia Aprilis anno millesimo trigesimo primo migravit e vita, postquam Sedem Moguntinam annis decem tenuisset. Baculo ejus pastorali ad Conradum Imperatorem delato, ipse suos ad consilium vocat de eligendo Successore deliberaturus. Postquam plures fuissent nominati, suggessit aliquis, Monasterium Fuldense præter alia privilegia etiam illo gaudere, quod Archiepiscopi Moguntini saltem alternatim ex ejus gremio eligendi essent. Distulit Imperator electionem, atque, tabulis Monasterii inspectis, omnino patuit, id juris huic Congregationi competere, & Imperatoris Antecessores ab hac Regula non discessisse. Illico spem certam concepit Richardus Abbas Fuldensis, fore, ut hæc Dignitas sibi obtingeret, & rebus domesticis mature compositis iter ad Regiam direxit. At ecce, quadem die mane ad monachos itineris socios inquit: *Nolite lugere, Fratres, semper me Abbatem habebitis.* *Chron. Sax.* 1032.

Sæculum XI. A.C. 1031.

bebitis. Vidi hac nocte Bardonem fratrem noſtrum ſtantem in monte altiſſimo, quo ego aſcendere nequibam, & pedum manu tenentem. Circa eum oves paſcua carpebant, & ſub ejus pedibus fons limpidiſſimus ſcaturiebat. Ipſum procul omni dubio ad Epiſcopale munus Cælum elegit. Supremæ Dei voluntati cedamus.

Omnibus ad Electionem menſe Junio in Vigilia S. Petri congregatis, dixit Rex, neminem nominans, noſſe ſe virum Epiſcopatu digniſſimum. Tum, Bardone ad ſe vocato, ait, ſe ipſi Eccleſiam Moguntinam juxta privilegia Monaſterii Fuldenſis conferre. Itaque Bardo altera die vigeſima nona Junii anno milleſimo trigeſimo primo annos natus circiter quinquaginta conſecratur. Imperatore hoc anno Goslariæ Feſta Natalitia Domini celebrante, Bardo adfuit, atque cum pro ſuæ Dignitatis prærogativa in Natali Domini Officium Divinum perageret, recitato Evangelio breviſſime dixit ad populum. Multi vero ſermonis ſimplicitate & brevitate offenſi querebantur, monachum ad tantæ Dignitatis faſtigium fuiſſe promotum; jamque Imperatorem pœnitentia ſubibat, quod eum elegiſſet. Altera deinde die in Feſto S. Stephani Theodoricus Epiſcopus Metenſis inter Miſſæ Solemnia ad populum orationem habuit,

S. Bardo.

quam omnes laudarunt. *Hic vir eſt*, inquie-

quiebant, *quem eloquentia eximia Episcopali munere dignum facit.* In Festo S. Joannis ad Bardonem Clericorum aliquis mittitur, qui interrogaret, quis hac die Missam esset celebraturus. Et Archiepiscopus respondit, se ipsum celebraturum. Amici quidem de ejus fama soliciti a proposito eum dimovere conabantur, prætexentes, Archiepiscopum frequenter celebrando nimium quantum defatigari. At ipse illa die tam diserte, tam apte ad persuadendum peroravit, ut non solum omnes mirarentur, sed etiam erumpentes lacrymas cohibere non possent. Hunc quoque Sermonem Scriptor vitæ ipsius literis mandavit. Tum venientem, ut de more mensæ accumberet, conspiciens Imperator dixit: *Mihi hodie Natalis Domini est. Vicimus malevolorum invidiam*, eique priori aquam lavandis manibus præberi jussit. At Archiepiscopus nec illius diei laudibus, nec superioris contemptu motus, ad Diœcesim suam, quam exinde annis viginti rexit, reversus est.

Sæculum XI. A C. 1031.

Hamburgi Libentius II. Archiepiscopus vigesima quinta Augusti anno millesimo trigesimo secundo obiit, apud omnes ingens sui desiderium relinquens. Successorem habuit Hermannum Capituli Halberstadiensis Præpositum, qui Baculo pastorali a Conrado Imperatore, &

Adam. l. III. c. 50

Sæculum XI. A.C. 1032.

& Pallio a Benedicto IX. Papa accepto in Cathedra Hamburgensi annis ferme tribus sedit. Vir simplex, requisita prudentia destitutus, & pravis Domesticorum consiliis obsequens, officio Pastoris segniter fungebatur. Semel tantum Hamburgum veniens tot famulos, comites, hominesque omnis disciplinæ impatientes illuc deduxit, ut speciem hostilis exercitus referrent. Inter alios Hermanni Capellanos fuit Suidgerus, postea accepto Clementis II. nomine Papa.

§. XXXI.

Joannis XIX. obitus. Benedictus IX. Papa.

Glab. IV. c. 9.

Agebatur annus a partu Virginis millesimus trigesimus tertius, cum vigesima nona Junii in Festo S. Petri die Veneris Sol Eclipsin admodum notabilem passus est, atque eadem die Romanorum præcipui contra Papam Joannem XIX. conjurati necem ei machinantur, cumque facinus peragere non valerent, saltem Pontificem e Sacra Sede pellunt. At Conradus Imperator Romam cum exercitu perveniens, cunctis Rebellibus domitis Papam restituit. (*) Joanne Papa

(*) Ex his observabit Lector, quantam curarum & negotiorum molem Romanorum seditiones

pa eodem anno octava Novembris, postquam in Cathedra Petri sedisset novem annis & tribus mensibus, fatis functo, (*) ordinatus est Theophylactus, ipsius nepos, Alberici Comitis Tusculani filius, duodecim circiter annorum puer. Nempe eligentium suffragia multo auro coempta. Is Benedictus IX. dictus Sacram Sedem, quam infami vita fœdavit, annis undecim tenuit. Simonia vero annis viginti quinque Romæ grassata est. (**)

Sæculum XI. A.C. 1033.

Papeb. conat.

Glab. IV. c. 5. & V. c. 5.

§. XXXII.

nes & rixæ prope continuæ Germanis nostris Imperatoribus creaverint.

(*) Scripsit Fleurius de hoc Pontifice sup. §. III. eum largitione pecuniæ ad Sedem Apostolicam adrepsisse. Sed qui a Natalis Alexandri Hist. Eccles. Notas adjecit, in Joanne XIX. dicit: *Franciscus Pagi in vita Joann. XIX. opinatur ideo pervulgatum fuisse hunc Pontificem pecuniæ largitione sibi ad Pontificatum viam parasse, quia exemplo ad ea usque tempora inaudito ex Laico Pontifex creatus est. Animadvertit insuper, neque Glabrum, neque Hugonem Flaviniacensem scripsisse, Joannem putasse adnuendum Græcis expostulantibus Ecclesiam Constantinopolitanam universalem appellari, sed tantum Græcos ad id obtinendum Pontificem aliosque, qui Curiæ præerant, non modicum tentasse.*

(**) Das Aergerniß in der Römischen Kirche war freylich groß, da man das lasterhafte Leben ei-

Sæculum XI. A.C. 1033.

§. XXXII.

S. Simeonis Trevirensis extrema.

Mabill. Sæc. 6. Ben. p. 369. Poppo Archiepiscopus Trevirensis ad Benedictum Papam epistolam dedit scriptam in hunc ferme modum: *Cum, accepta*

niger Päbste, welche die grosse Gewalt der Toscanischen Grafen, oder die *Simonie* auf den Stuhl Petri erhoben, um noch grössers Unheil zu vermeiden, ertragen mußte. Jedoch ist es darum den Christlichen Gemeinden nicht zu Sinn gekommen, sich von der Gemeinschaft der Römischen Kirche zu trennen, weil sonst in keiner andern die sichtbaren Zeichen der wahren Kirche Christi bemerket wurden. Weil nun der Herr Kanzler Mosheim dieß selbst eingesteht, und auf die Frage: Wo war Euer Kirche vor Luther? keine nur erträgliche Antwort geben kann, so getrauet er sich zu schreiben: War unsere Kirche vor Luther nicht da, so war doch unser Glaube da. Er stand in den Büchern der Propheten und der Apostel. Und meynet sich zu behelfen, wenn er saget: Hat es der HErr erlaubet, daß dieser Glaube mit der Schrift eine geraume Zeit ist vergraben worden, und keine sichtbare Anhänger gehabt, so hat er es sonder Streit aus gerechten und heiligen Ursachen erlaubet. pag. 30. in der Vorrede zur Ketzer-Geschichte.

Ist nicht diese Art zu denken und zu schliessen, den Worten Christi, der ewigen Wahrheit: Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi.

accepta ab Anteceſſore tuo licentia, Jero- Sæculum XI.
ſolymam profectus fuiſſem, interea impro- A.C.1033.
bi homines in patria noſtra prædas agere *Sup. §. 27.*
cæperunt, ita ut necdum hodie tanta ne-

riſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſervate &c. Matth. XXIII. und Matth. XVI. Et portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam. gerad entgegen geſetzet? Viel klüger und chriſtlicher haben die Rechtglaubigen durch alle Jahrhundert bis auf Luthers Zeiten geſchloſſen, und ſchlieſſen wir Katholicken noch heut zu Tage: Sind Päbſte herrſchſüchtig, Simoniaci, und laſterhaft geweſen, ſo erinnern wir uns der Ermahnung und des Befehls Chriſti: Super Cathedram Moyſi &c. Sind die Mißbräuche in der Römiſchen Kirche vielfältig und groß, ſo muß man doch ſich nicht einbilden, man hätte ſich müſſen von ihr trennen, ſondern es hätte vielmehr jedermann nach ſeinem Stande und Obliegenheit ſich bemühen ſollen, ſolche abzuſchaffen. Wie wir deſſen zu unſern Zeiten ein herrliches Beyſpiel haben an dem Hirten-Briefe, welchen der Herr Erzbiſchof von Wien Graf von Trautſon an ſeine Geiſtlichen ergehen laſſen. Im übrigen aber den zuverſichtlichen Glauben zu den Worten JEſu Chriſti beybehalten: Et portæ Inferi non prævalebunt &c.

Wenn aber ein Proteſtant mit der Lehre ſelbſt aufgezogen kömmt, und ſaget mit dem Herrn Mosheim; der Lutheriſche Glaube wäre in den Büchern der Apoſtel und Propheten geſtanden, wenn er ſchon keine ſichtbare Anhänger eine geraume Zeit gehabt, ſo kann er eben ſo wohl ganz leicht abgefertiget wer-

Sæculum XI. A.C. 1033.

tia satis reprimi possit. Sæpe Regem, Dominum meum, atque etiam Papam, datis literis supplex rogavi, ut mihi auxiliatricem manum porrigerent. Sed nihil impetravi. Itaque cupio, ut tua Paternitas ad me mittat virum spectatissimum & rebus

---

werden mit der Antwort, oder besser zu reden, mit der Frage: Wenn haben dann die Herren Protestanten einmal erwiesen, daß sie den Sinn und den Verstand der heiligen Schrift von der Gnade, vom Verdienst des Menschen, vom heiligen Sacrament des Altares ꝛc. besser begreifen ohne Zeugniß einer sichtbaren Kirche, als die Römisch-Katholischen mit dem Zeugniß der Römischen Kirche, welche allein nach dem Geständniß des Herrn Mosheim einige hundert Jahre sichtbar gewesen ist? Der Herr von Windheim, des Herrn von Mosheim Nachfolger und Herausgeber seines Kirchen-Rechtes, gründet sich auf die Schrift und auf die Vernunft. Das ist etwas scheinbares. Allein Arius und alle Ketzer haben sich eben so, wie der Herr Mosheim und Windheim auf die Schrift und Vernunft bezogen, * und hat doch weder einer noch der andere, wenn sie das Zeugniß der Römischen Kirche verwerfen, einen Vorzug aufzuweisen, warum man ihm mehr als dem Arius oder einem andern Irrlehrer glauben soll. Wahrhaftig, die Herren Protestanten würden leichter aus dem verwirrten Handel kommen, wenn sie schlechter dinges sagten, es hätte niemal Ketzer gegeben; sondern alle diejenigen wären Rechtglaubige gewesen, welche sich von der Römischen Kirche abgesondert.

*Einleitung p. 9.

bus gerendis aptum, qui mihi contra graſſatores præbeat auxilium, & in alia quadam re, quam Paternitatem tuam latere non puto, conſilium ſuggerat. Nam diebus iſtis ex hac luce migravit vir quidam vitæ Sanctitate conſpicuus, quem, ſi ſignis & virtutibus (multa enim per eum Dominus operatur) fidem habemus, cum Sanctis æternæ Beatitudinis conſortio frui nullatenus dubitamus. Quare a Clericis noſtris populoque inſtantiſſime rogati, vitam ejus & miracula tibi mittimus. Si videatur, edito Decreto permitte, ut defuncti nomen Sanctorum Catalogo inſeratur, eique honores convenientes exhibeantur.

Sæculum XI. A.C.1033.

Sanctus hic Vir, Treviris nuper mortuus, nullus alius erat, quam Simeon Anachoreta, qui ex eo tempore, quo cellulæ ſuæ incluſus fuerat, multis tentationibus tum a Dæmonibus, tum ab hominibus vexatus fuerat. Nam cum aliquando tumentes plus ſolito fluvii, & ex ſuis alveis egreſſi adjacentibus agris calamitatem attuliſſent, cives ſingulis diebus incondito clamore ab Archiepiſcopo expoſtulabant, ut Simeonem ejiceret, putantes, ob ejus viri crimina occulta tantum malum a Cœlo immiſſum. Tandem ad ejus cellulam concurrunt inſani, lapides injiciunt, feneſtram perfringunt. At Simeon intrepidus &

Sup. §. 27.

vit. n. 13.

Sæculum XI. A.C.1029.

Gratias Deo agens pro ipsis Cœlum exorabat.

Postquam supremum vitæ tempus sibi imminere intellexit, nemini amplius, ne quidem fratri ipsi infervienti, loqui voluit, sicque solus cum Deo prima die Junii anno millesimo trigesimo quinto animam efflavit. Multis ejus Sepulchrum claruit miraculis, quorum non nulla Auctor ipsius vitæ speciatim enarrat. Est vero ille auctor Everuinus seu Ebroinus, Monasterii Trevirensis Abbas, Sancti Viri in paucis amicus, qui jussus a Poppone Archiepiscopo defuncti vitam scripsit, illam nempe, ut verisimile est, quam deinde Poppo Romam misit. Post longas satis moras tandem Papa Archiepiscopo rescripsit, misitque Legatum, ut petierat, cum literis S. Simeonem canonizari concedentibus; itaque solemni Ritu Treviris die Mercurii decima septima Novembris Indictione decima Canonizatio celebrata. Sed Ecclesia S. Simeonis memoriam ipsa obitus die colit. Ceterum Archiepiscopus super S. Viri cellulam & sepulchrum Ecclesiam Collegiatam fundavit, quæ ibidem hodieque visitur.

Martyr. Ro. 1. *Jun.* *Chro. Saxo.* 1036. *Sup. lib. LVIII. §.* 47.

Coloniæ Pilegrimus Archiepiscopus anno Salutis 1036. postquam Sedem annis quindecim occupasset, meritis plenus

nus ad ſuperos evolavit. Defuncto ſucceſſit Hermannus. (*) Sæculum XI. A.C.1033.

§. XXXIII.

S. Poppo Abbas Stabulenſis.

Illa tempeſtate S. Poppo Abbas Stabulenſis in Diœceſi Leodienſi late celebrabatur. In Flandria natus circa annum 978. juvenis militiæ nomen dedit, & nihilominus, raro inter illius conditionis homines exemplo, pietatem jam tunc impenſe coluit. Exinde a ſuſcepta peregrinatione Jeroſolymitana Romanaque redux Flandriæ Comiti Balduino Barbato, aliisque Procerum præcipuis cariſſimus fuit; quin etiam vir nobiliſſimus filiam ſuam ei in matrimonium obtulit. Sed ille, cum totum mundum fugere conſtituiſſet, in Cænobio S. Theodorici

vit. ap. Boll. 25. Jan. to. 2. p. 668. Sæc. 6. Ben. p. 569.

(*) Hodie Eccleſiæ Colonienſi Archiepiſcopus & S. R. I. Elector præeſt Clemens Auguſtus, Maximiliani II. Electoris Bavariæ filius, ejusdem Eccleſiæ Coadjutor electus anno 1722, Elector 1723. S. R. I. per Italiam Archicancellarius, S. Sedis Legatus natus, electus Epiſcopus Monaſterienſis anno 1719. Paderbornenſis eodem anno, Epiſcopus Hildesheimenſis anno 1724. Osnabrugenſis 1728. Ordinis Teutonici Supremus Magiſter Mergentheimii anno 1732. Carolum VII. Germanum Fratrem Romanorum Imperatorem coronavit anno 1742.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum XI. A.C. 1033.

prope Remos Institutum monasticum amplexus est. Ibi commoranti Richardus Abbas Virdunensis aliquoties collocutus dulcissimo viri consortio ita captus est, ut licentia ab Abbate S. Theodorici summis precibus impetrata, eum ad Monasterium S. Vitoni secum deduxerit. Poppo deinde Matri quoque suæ, jam pridem elato viro a vinculis matrimonii liberatæ, persuasit, ut illuc secederet, quæ non solum monialium ritu velari, sed etiam recludi voluit. Hæc ipsa etiam Sanctorum viduarum numero adscripta.

Richardus Abbas, collato sibi a Comite Flandriæ S. Vedasti Monasterio, Popponi præcepit, ut illud Præpositi Dignitate insignis regeret. Paruit ille magno hujus Monasterii emolumento. Inde ad S. Henricum Imperatorem curandæ Rei familiaris causa profectus, conciliata sibi hujus Principis amicitia, facile, quæ optabat, obtinuit. Imo insuper Imperatorem a consuetudine immanis spectaculi, quo oblectabatur (homo nudus melle illitus ursis exponebatur) abstraxit. Nam Poppone gravi sermone Henrico & Proceribus explicante, quantum turpis recreatio humanitati adversaretur, jussit Princeps, id ludorum genus nunquam imposterum sibi parari. Præterea Henricus Imperator post elapsos

pſos paucos annos Popponi Abbatiam Stabulenſem, conſentiente Abbate Richardo, qui eum Virdunum revocaverat, contulit, item poſt duorum annorum ſpatium Abbatiam S. Maximini Treviris, ubi ei Monachi, quos diſſolutos ad frugem reducere conabatur, venenum, ſed nullo effectu conſequente, propinarunt. Sæculum XI. A.C. 1033.

S. Henrico Imperatore in Cœlum aſſerto, Poppo tum ad reconciliandos diſſidentium Principum Imperii animos, tum etiam poſtea ad reducendam pacem inter Conradum Germaniæ & Henricum Franciæ Regem utiliſſimam operam impendit. Cum deinde Eccleſia Argentoratenſi, defuncto, ut creditur, Wernerio, anno 1029. vacante, Conradus Imperator eam Popponi conferre cogitaret, ille recuſavit munus, dicens, ſe ex Clerico genitum eſſe, filios autem Clericorum ad Epiſcopatum promoveri per Canones non licere. Poſtmodum vero Imperatori, cognita veritate, ipſum leniſſime objurganti, quod commento lepido Dignitatis Epiſcopalis honorem effugere voluiſſet, reſpondit, ſe quidem non ſolum Epiſcopali, ſed etiam Abbatiali officio, quod gerebat, ſibi ipſi indignum videri. Quare Imperator, profundam S. Viri humilitatem miratus, animo conſtituit, Præfecturam omnium Monaſte-

Sæculum XI. A.C. 1034.

riorum, quæ in Regno ſuo vacarent, Pop-poni committere. Ipſe poteſtate acce-pta ſtrenue uſus multa monaſteria, qui-bus viros, virtutibus claros, Abbates de-dit, reformavit. Tandemque, poſtquam collapſam Diſciplinam in monaſteriis qua-tuordecim reparaſſet, anno 1048. 25. Jan. in pace obdormivit.

§. XXXIV.

Romani obitus. Michael Paphlago Imperator.

Cedren. p. 733.

Romano Argyro Imperatori Conſtanti-nopolitano ſerviens quidam Joannes Evnuchus maximam potentiam conſecu-tus eſt. Habebat vero Joannes fratres quatuor, quorum alterum, nomine Mi-chaelem, Numulariùm, & pecuniæ ſpu-riæ fabricatorem, de cetero eximia vi-rum ſpecie, Zoe Imperatrix deperibat. Itaque acriori ad venerem cupidini ce-dens, & amati amplexu clam potita, Im-peratori conjugi ſuo lentum venenum a Joanne Spadone præberi juſſit. Ille ignoto morbo corripitur, barba capilli excidunt, inter acutiſſimos viſcerum do-lores decumbit, mortemque malorum finem ardenter expetit, & tandem, cum balneo uteretur, in Cœna Domini, un-decima Aprilis, Indictione ſecunda, an-no Mundi 6542. Salutis 1034. Michaele jubente ſuffocatur, poſtquam imperaſ-

ſet

set annis quinque & sex mensibus, multaque egregie gessisset. Ad Ecclesiam quoque S. Sepulchri reparandam, quæ regnante ipsius Successore perfecta est, non nihil contulit. Sæculum XI. A.C. 1034.

Eadem qua Romanus perierat nocte, cum in Ecclesia Passio Domini Nostri decantaretur, adest nuncius, Imperatoris nomine jubens, ut Alexius Patriarcha celeriter ad Palatium se conferret. Ille vocantem secutus, ubi Romanum jam defunctum vidit, obriguit. Interea vero ornatum fuerat Triclinium aureum, ubi Zoe sublimi solio residens, & Patriarchæ Michaelem manu demonstrans, postulavit, ut ambobus Benedictionem nuptialem impertiretur. Patriarcha in re subita inops consilii obstupescebat; sed Zoe & Joannes Spado quinquaginta auri libris Patriarchæ & totidem Clericis in mercedem datis, dubitantem ad benedicendum nuptiis impulerunt. Ergo Michael Imperator salutatus, regnavit annis septem, vulgo Paphlago dictus. Initio quidem sperabat Zoe, fore ut ipsi adulter ad nutum pareret, sed decepta est; nam Joannes Spado clavum Imperii solus tractavit. Michael vero Paphlago haud diu post in amentiam, quam Dæmonis vexationem appellarunt, incidit. Hunc morbum in scelerum vindictam a Dei Justitia fuisse immissum plerique credide- p. 733.

Sæculum XI. A.C. 1034.

diderunt, atque etiam horrendam grandinem præter alia portenta eodem tempore visa. Quippe Græci ea omnia curiose observare solebant. Terra pertinaciter arescente, Imperatoris fratres suppliciter processerunt, ut Cœlum ad misericordiam flecterent. Joannes S. Imaginem Edessenam, Cubiculariis Præfectus Epistolam ad Abgarum datam, & Protovestiarius Fascias Sacras portabant. Sic pedibus e Palatio usque ad S. Virginem in Blachernis perrexerunt. Patriarcha quoque cum Clericis suis inter publicas preces prodiit; sed ecce, cœlum non imbrem salubrem, sed grandinem, qua dejectæ arbores & domorum tegulæ confractæ, effudit.

Joannes Evnuchus tanto ambitionis æstu ardebat, ut Patriarcha Constantinopolitanus esse cuperet, habebatque complures Metropolitas sibi faventes, quos inter præcipui erant, Demetrius Cyzicenus & Antonius Nicomedienſis Evnuchus, nullo alio merito, quam quod Imperatori affinitate junctus esset, ad illam Sedem evectus. At vero Patriarcha, Clericis suis ad consilium adhibitis, ad illos Metropolitas epistolam dedit in hunc sensum: *Cum dicatis,, ingressum meum in hanc Sedem non fuisse Canonicum, nec me Episcoporum electione, sed Basilii Imperatoris voluntate ad eam perve-*

p. 740.

Sup. lib. LVIII. §. 60.

nisse,

nisse, deponendi sunt Metropolitæ, quos in undecim annorum & sex mensium Pontificatu ordinavi, & tres Imperatores, quos coronavi, anathematizandi. His peractis, Sedem meam illi cedam, quicunque eam occupare voluerit. Accepta epistola Demetrius ceterique pudore & timore perturbati, nam plerosque Alexius ordinaverat, altum de hac re deinceps tenuere silentium, & Joannes Evnuchus spe sua excidit. Sæculum XI. A.C. 1034.

Anno 6546. seu 1038. Imperatore Thessalonicæ versante, Clerici contra Theophanem Metropolitam suum querelas moverunt, quod pensiones ipsis debitas non persolveret. Imperator initio Metropolitam leniissimis verbis hortatus, ut Clericorum suorum justissimæ postulationi satisfaceret, cum ille monita exequi detrectaret, & furiose indignaretur, intellexit industria opus esse. Igitur misso Domestico Episcopum suo nomine rogari jubet, ut sibi centum libras auri mutuas daret, usque ad illam diem, qua pecunia Constantinopoli advecta sibi redderetur. Episcopus addito juramento affirmare, ultra triginta libras sibi non supereſſe. Cum vero delegati, jubente Imperatore, ejus Ærarium aperuissent, inventi sunt auri Centenarii plus quam triginta, id est, ter mille trecentæ libræ. Ex his Imperator solvi jussit Clericis pretium

Sæculum XI. A.C. 1036.

tium frumenti, quod a primo Pontifice tus Theophanis anno ipsis debebatur usque ad annum currentem. Reliquum pauperibus erogavit, Metropolitam ob immanem avaritiam & additum perjurium exauctoratum in prœdium quoddam præcepit deportari; Prometheo vero, quem ejus in locum Archiepiscopum Thessalonicensem designavit, onus alimentorum ipsi præbendorum imposuit. Ex his cognoscimus, Michaelem Imperatorem non ita morbo fuisse afflictum, ut regno penitus impar esset.

§. XXXV.

Conradus Imperator in Italia.

Vippo p. 440.

Conradus Imperator Henrico Regi filio suo Chunelinda Canuti Regis Angliæ filia, anno millesimo trigesimo sexto, in matrimonium data, eaque solemni pompa coronata, in Italiam contendit, omnium ferme vasallorum in Dominos suos seditionem compressurus. Quippe dicebant: *si ab Imperatore non impetramus justitiam, armis & vi efficiemus, quod alia ratione non possumus.* Ergo Imperator, trahens secum exercitum Veronam pervenit, ubi Natalem Domini, qua die illius ætatis more annus millesimus trigesimus septimus incipiebat, celebravit. Inde Mediolanum progressus ab

Chron. Sax. Ariberto Archiepiscopo in Ecclesia S. Ambrosii

brosii magnifice excipitur. Eadem die populus tumultuarie concurrens responsum ab Imperatore petebat, an conjuratis faveret, vel adversaretur. Conradus indignans seditiosos Ticini in Comitiis ibi celebrandis adesse jussit. Sæculum XI. A.C. 1037.

Ticini deinde versatus Imperator omnibus querelas afferentibus jus dixit. Cum quidam Comes nomine Hugo & complures alii Itali Imperatori exposuissent, quam inique ab Archiepiscopo Mediolanensi premerentur, ille ad se vocato præcepit, ut singulis satisfaceret. Et statim quidem Archiepiscopus a conspectu Cæsaris recessit; sed mox reversus voce gestuque insolenti, *quæ ego*, inquit, *in thesauro S. Ambrosii inveni, aut postea quocunque demum modo acquisivi, procul omni dubio quoad vivam retinebo, nec ab ullo mortalium sive rogatus, sive jussus quidquam dimittam.* Monebant circumstantes Proceres, ut saltem personam Principis a ceterorum hominum vulgo exciperet, sed ille ferociter dicta repetiit. Intellexit Imperator, Archiepiscopum totius in Italia conjurationis caput & auctorem esse. Unde requisito Procerum consilio contumacem comprehendi jubet, tum Popponi Patriarchæ Aquilejensi & Conrado Duci Corinthiæ custodiendum tradit. Illi captivum Placentiam deducunt cum monacho, quem solum

Sæculum XI. A.C. 1037.

solum commiseratione moti apud Archiepiscopum obsequii causa permanere passi fuerant. Ecce vero, quadam nocte monachus cubitum concessit in lectum præparatum Archiepiscopo, qui interea custodes fallens Mediolanum pervenit, ubi munimentis se defendens, toto anno Imperatoris arma sustinuit.

Turbæ in Italia.

Exinde Archiepiscopus tresque Episcopi Vercellensis, Cremonensis & Placentinus cum Ottone Comite superioris Burgundiæ in Cæsarem conjurarunt. Summa votorum erat, Conradum de medio tollere, & Ottonem ad Imperiale Solium evehere. Sed facinori fortuna abfuit, quippe re comperta Imperator tres Episcopos vinculis datos & ultra alpes deductos carceribus mancipari jussit. Quamvis vero explorata prius Procerum sententia id egisset, multis non probabatur, quod Episcopi extra Judicium Canonicum damnati fuissent. Juvenis quoque Rex Henricus rigorem patris in Archiepiscopum & tres Episcopos secreto carpebat. Et jure merito; nam, lata Depositionis sententia, Episcopo nullus amplius, ante Canonicum judicium vero, maximus honor exhibendus est. Hæc sunt verba Wipponis in vita Imperatoris Conradi, cujus Capellanus erat, Henrico Conradi filio Imperatori nuncupata.

Archi-

Archiepiscopum Aribertum pacis conditiones tam a Papa, quam etiam ab aliis Episcopis oblatas respuentem Benedictus Papa, consentientibus omnibus Episcopis, Anathemate feriit. Imperator vero Archiepiscopatum Mediolanensem Viro nobili, ejusdem Ecclesiæ Canonico, nomine Ambrosio, contulit. Sed eum in possessionem asserere non potuit, quam Aribertus reliquo vitæ tempore vi armorum sibi vindicavit. Quin etiam Mediolanenses omnes agros, quorum Dominus in illa regione Ambrosius erat, devastarunt. Papa Cremonam venit ad Imperatorem, (*) a quo honorifice exceptus, Romam deinde rediit. Imperator vero superato Pado Parmæ Natalem Domini celebravit, qua ipsa die, dum cives cum Germanis rixari cœpissent, seditio atque ingens cædes exorta, urbs direpta, & magnam partem flammis consumpta. Saeculum XI. A.C. 1037.

Exinde Imperatore in Apuliam profecto, Imperatrix Romam ad limina SS. Apostolorum devotionis causa divertit, tumque Conjugem ad montem Cassinum per- *Chron. Cass. l. II. c. 65.*

(*) Ex his liquet, totum Christianum Orbem Benedictum IX. qualiscunque ejus Electio & vita fuerit, tanquam Legitimum Papam fuisse veneratum.

Sæculum XI. A.C. 1037.

pergentem secuta est. Ubi postquam in Ecclesia orasset Conradus, Capitulum intravit Congregationem adlocuturus. Tunc vero omnes monachi coram eo prosternuntur, moxque surgentes dicunt: *Adventum tuum expectamus, sicut anima Justorum in Inferis Adventum Redemptoris sperabant.* Non continuit lacrymas optimus Princeps, cumque secundo in terram prostrati iterum surrexissent, narrare cœperunt, quam dure annis duodecim a Pandulfo Principe Capuano vexarentur, obtestantes Imperatorem in nomine Dei & S. Benedicti, ut ipsos ab his ærumnis liberaret. Nempe S. Henricus Imperator, ultimo in Italiam profectus, Pandulfum in Germaniam secum commeare compulerat, ubi crudelitatis & avaritiæ pœnas daret, sed Henrico defuncto, cum a Conrado licentiam revertendi Capuam obtinuisset, rursus Monachos Cassinenses crudelem in modum pressit, Theobaldo Abbate Capuæ in custodia detento, prædiisque monasterii omnibus occupatis, famulos suos Congregationi præfecit, ad eam rerum omnium penuriam redactæ, ut in Festo Assumptionis Beatissimæ Virginis Vinum ad Officium Altaris necessarium defuerit.

Mabill. Sæc. 6. p. 192.

Cassinenses Monachi.

Sup. lib. LVIII. §. 49.

Chron. Cass. c. 58. 59.

Monachi jam prius querelas suas ad Imperatorem in Germaniam & hoc anno etiam

etiam Mediolanum detulerant. His igitur in suo Monasterio preces suas repetentibus Imperator jurejurando affirmavit, nullam aliam in illam regionem veniendi sibi causam fuisse, & quoad luce frueretur, nunquam fore, ut hunc Sanctum locum suo præsidio destitueret. Petita deinde Monachorum Benedictione, super Altare S. Benedicti tapetem ex purpura, cujus oræ acus phrygia aurum intexuerat, posuit. Tum Richerium Abbatem eligi voluit, nam Theobaldus e vita decesserat, omniaque privilegia & possessiones monasterii confirmavit. Richerius vero Monasterium Cassinense usque ad annum 1055. quo mortalitatem exuit, sapienter rexit. Ceterum inter Montis Cassini Monachos viri vitæ Sanctitate conspicui ferme duodecim ab initio hujus Sæculi undecimi usque ad medium a Scriptoribus recensentur.

Sæculum XI. A.C. 1038.

Mabill. Sæc. 6. Ben. p. 102.

§. XXXVI.

Conradi obitus. Henricus III. Rex.

Rediit deinde in Germaniam Imperator. Sed pestis frequentissimum in Italia malum, quam immodicus aeris æstus in hominum corporibus gignit, magnum militum numerum & Reginam juvenem Henrici Conjugem abstulit. Quin Imperator quoque, Ultrajecti degens, Pentecoste anni sequentis 1739. al-

Wippo. p. 442.

Sæculum XI. A C. 1039.

tera die subito extinctus est, postquam annis ferme quindecim Solium tenuisset. Successit filius Henricus III. (*) cognomento Niger, qui annis regnavit Septendecim.

§. XXXVII.

(*) De Henrico III. circumfertur illa Ludis Scenicis celebratissima & Historiæ similis fabula, de qua P. Gregorius Kolb in *Serie Rom. Imperatorum*: *Diepoldus Comes de Calb in Suevia* (publicæ pacis violatæ reus) *cum prægnanti uxore in Silvam Hercyniam . . . . recepit se Uxor veniente tempore cum filium pareret, evenit, ut ipse Cæsar inter venandum a famulis aberraret, in eandem casam delatus, in qua Diepoldi filius . . . ea nocte nascebatur. Tum vero dormienti . . . audita sunt verba . . .*

Ecce tuus puer hic erit unicus hæres, omnia percipiet . . . Puer deinde variam fortunam nactus, in Cæsaris aulam translatus, & tandem suspectus an non sit is ipse ignobilis filius, de quo auditus quondam in casa rustici infaustus nuncius, data a Conrado ad Imperatricem Aquisgrani degentem epistola occidi jussus, his verbis: hunc puerum necabis nisi ipsa perire velis; tum pio & arcano instinctu a Decano Ecclesiæ Spirensis mutatis epistolæ verbis: Huic puero filiam dabis &c. servatus est. Nam data est inter vivos servato juveni Cæsaris filia, Cæsare Dei providentiam tunc demum plenius agnoscente & stupente.

§. XXXVII.

Sæculum XI. A.C.1039.

S. Stephani Regis Hungariæ extrema.

Sanctum Stephanum Regem Hungariæ anno ſuperiore beata mors ad Superos transtulerat, cujus virtutem Deus in vita multis immiſſis ærumnis probavit. Compluribus filiis adhuc parvulis orbato unicus ſuperſtes nomine Emericus ſolatio erat. Hujus dilecti filii, quem ſingulari cura educaverat, inſtructioni ſcripſit Rex Tractatum ſeu Decretum, diviſum in duos libros, quorum primus tradit præcepta generalia ad Religionem & mores ſpectantia, in altero continentur leges ab aliis Barbarorum Conſtitutionibus haud multum abhorrentes. Porro optimi parentis induſtria juvenis Princeps ita profecit, ut ad ſublimem virtutis gradum pervenit: unde cum quadam nocte ferventius preces ad Deum funderet, voto ſe adſtrinxit, Virginitatem ſe ſervaturum; at ſecretiſſimum tenuit hoc propoſitum. Itaque Rex Pater, nepotes & ſucceſſores cogitans, filium ad ſe vocatum ad nuptias cum nobili & formoſa Virgine adornandas invitavit. Renuit primo Emericus; inſtanti autem Patri & Regi in poteſtate ſe futurum reſpondit. Ergo ſponſam accepit, ſalvo tamen voto, quippe Virginem reliquit intactam,

vit. ap. Sur. 28. Aug. c. 19. Poſt. Bonfi. vit. S. Emerici ap. Sur. 4. Nov.

Sæculum XI. A.C. 1019.

tactam, ut ipsa post Emerici mortem, haud diu post matrimonium secutam, testatum fecit. Sepultus est S. Emericus in civitate Alba Regali, ejusque tumulo miraculis claresçente, eundem Ecclesia inter Sanctos quarta Novembris colere cœpit.

Martyr. Ro. 4. Nov.

Maxima animi constantia dilectissimi & unici filii jacturam tulit parens, & misericordiam Dei promeriturus eleemosynas, quas aliunde largiebatur copiosissimas, præsertim in peregrinos auxit, monachos, Clericos, omnis generis egenos donis cumulavit, & ad monasteria exterarum regionum munera misit. Nullus monachorum Stephano Regi carior erat quodam Anachoreta, nomine Guntherio, in Bohemia degente, in cujus potestate, quoties in Hungariam veniebat, ærarium suum esse volebat. Tandem Rex Sanctus, longo tempore morbo exhaustus, & vitæ finem sibi imminere auguratus, convocatis Episcopis Purpuratisque Christianis, vehementer hortatus est, ut Religionem in Hungariam recens introductam omnibus viribus stabilirent. Obiit vero dicima quinta Augusti anno 1038. in Festo Assumptionis Beatæ Virginis, sepultusque est in Ecclesia, quam a se Albæ Regiæ ædificatam eidem Matri Dei Sacram esse voluerat. Cumque post obitum ejus Corpus permultis prodigiis

digiis colluceret, annis exinde quinqua- Sæculum XI.
ginta elapsis e terra levatum est, & cul- A.C.1037.
tu publico Sanctis exhiberi solito honoratum. Ecclesia ejusdem memoriam vigesima Augusti, qua die ejus Corpus translatum est, agit. *Martyr. Ro. 20. Aug.*

§. XXXVIII.

S. Guntherus Eremicola.

Guntherus seu Guntherius Anachoreta, cujus mentionem paulo ante fecimus, in Thuringia latissimorum fundorum Dominus, Majorum ceris & sua Dignitate illustris, peccata adolescentiæ suæ deleturus, S. Godehardum tunc Abbatem Hersfeldensem, postea Episcopum Hildesheimensem, adiit. Cumque ei conscientiæ suæ arcana revelasset, suasit Abbas, ut vitam monasticam amplecteretur. Igitur reliquit Bona sua admodum pinguia, donavitque ea Monasterio Hersfeldensi, consentientibus propinquis, quibus hæreditas subtrahebatur, & servavit sibi, unde viveret, Monasterium Welinganum, quo adhuc Sæcularis, pro illius ætatis abusu, fruebatur. Quare visum Abbati ipsius, diutius a professione votorum esse arcendum. Postquam deinde in Altahensi Monasterio, eidem Abbati subjecto, professus fuit, cum licentia Abbatis ad Welinganum, ipsi sustentando destinatum, concessit. Sed *vit. Sæc. 6. Ben. p. 475.* *Sup. lib. LVIII. §. 58.*

Sæculum XI. A.C. 1039.

tam Religioſæ paupertatis, quam laboris inſuetus cum magnis difficultatibus in regimine illius domus colluctabatur & ſæpe conſilium expetens recurrebat ad Godehardum Abbatem, qui ei aliquando ſevero vultu & virili conſtantia reſpondit; alterutrum eſſe neceſſarium, ut vel ſtabilitatem loci & obedientiam, quam Deo voviſſet, ſervaret, vel abjecto monaſtico habitu ad Sæculum rediret. Quin & hanc rem Abbas detulit ad Cæſarem S. Henricum, qui accerſito ad ſe Guntherio ſerio ſuggeſſit, non poſſe ipſum duobus Dominis ſervire. Itaque Guntherius, relicta Welinga, Altaham reverſus privatorum monachorum regulæ ſe ſubmiſit.

In Monaſterio Guntherius brevi tempore ſingulari vitæ auſteritate præ ceteris omnibus claruit, ejusque virtutis fama usque ad S. Stephanum Hungariæ Regem propinquum ſuum pervaſit. Rex cupiens ejus conſpectu & alloquio frui bis nuncios miſit, qui re infecta redierunt. Tandem vero, cum tertio rogaretur, benedicente Abbate ſuo, nuncios Regis ſecutus ab eo inter ſummæ lætitiæ ſigna exceptus eſt. Perſuaſit quidem Stephanus hoſpiti, ut menſæ Regiæ accumberet, ſed eo adducere non potuit, ut carnes manducaret.

Exinde

Exinde Vir Sanctus, Abbate suo consentiente, cum aliquot monachis Altahensibus ad desertum in vastis Bohemiæ Silvis inventum se recepit, ubi novo fundato monasterio, anno 1008, postea annis triginta septem perseveravit. Ipse & Discipuli ejus extrema paupertate contenti, cibo obvio reficiebantur, sola aqua in certa mensura sitim restinguebant. Guntherius omnium Magister, vir literarum rudis, nihil præter aliquot Psalmos didicerat. At cum alios S. Scripturam legentes vel exponentes maxima attentione & studio auscultasset, sæpe sensus mysticos modo subridens, modo serio non sine audientium admiratione explicabat; Auctor vitæ ipsius refert, semel Guntherium a se auditum fuisse, habentem de S. Joanne Baptista Sermonem, tanto animorum motu, ut ex præsentium oculis lachrymas elicuerit. Obiit nona Octobris anno 1045. atque Sanctorum numero adscriptus est. Sæculum XI. A.C. 1039

§. XXXIX.

Casimirus Monachus Rex Poloniæ.

Inter hæc Miecislao Rege Poloniæ anno millesimo trigesimo quarto fatis functo, cum Casimirus ejus filius necdum ad ætatem regendis populis parem perveniisset, vacantis Solii seu magis Anarchiæ species per annos septem fuit. Ri-

Sæculum XI. A.C. 1039.

xa defuncti Regis vidua, Polonis inviſa, in Saxoniam ſub tutelam Conradi Imperatoris confugit, & Caſimirus filius haud multo poſt tempore, matre relicta, in Franciam profectus, Cluniaci cucullum monaſticum & nomen Caroli aſſumpſit. Interim vero in Polonia, cum nullius auctoritate continerentur populi, ima ſummis miſcebantur, novella Religio periclitabatur, Epiſcopi latebras quærere cogebantur, diripiebantur Eccleſiæ. Tot mala Bretislaus Dux Bohemiæ, Polonorum hoſtis, bello quoque cumulavit, nam præcipuas urbes admoto exercitu cepit, atque præter alias etiam Gnesnam totius Regni Caput, ex ea, conſilium ſuggerente Severo, Epiſcopo Pragenſi, bellicæ expeditionis ſocio, Corpus S. Martyris Adalberti, illius urbis quondam Epiſcopi, ablaturus. Sed dicunt Poloni, Bohemos a Clericis Eccleſiæ Gnesnenſis fuiſſe deceptos & loco corporis S. Adalberti Corpus S. Gaudentii ejusdem Fratris acceptum avexiſſe. Ceterum Bohemis in prædam ceſſerunt præter alia Crucifixi effigies aurea trecentarum librarum, tres tabulæ totæ aureæ, margaritis diſtinctæ, quibus altare majus ornabatur, cunctæque ingentes hujus Eccleſiæ divitiæ. Hanc cladem Eccleſia Gnesnenſis anno 1038. tulit.

Dubra lib. VII. p. 52.

Sup. lib. LVII. § 45.

Anno

Anno sequente cum Stephanus, tunc Archiepiscopus Gnesnensis, consultis ceteris Poloniæ Episcopis, missa Romam Legatione tantum Sacrilegium in Ecclesiam suam commissum ad Papam detulisset, Benedictus IX. re satis pensata statuit, Bretislaum Ducem & Severum Episcopum excommunicandos esse, usque dum Res Sacras omnes ablatas restituissent. Ne vero indicta causa damnarentur, accusatos ad purgandum se Romam advocavit. Illi Legatos miserunt, qui Dominorum suorum crimen eo excusarunt, quod tenera devotione pretiosissimas Reliquias fuissent prosecuti, & legibus belli id permitteretur. Promiserunt vero, eos omnia direpta reddituros. Sed postea, cum Cardinales auro corrupissent, obtinuerunt, ut Dux nihil restituendo a Censura absolveretur. Sæculum XI. A.C. 1039.

Tandem Poloni innumeris turbis fatigati, sævisque jactati tempestatibus, Casimirum ultimi Regis sui filium reducendum esse censuerunt. Sed nescii, ubi terrarum degeret, nuncios mittunt in Germaniam ad Rixam Reginam, Casimiri matrem, quæ respondit, filium luce frui, & in Monasterio Cluniacensi versari. Ergo Cluniacum contendunt, & licentiam concedente S. Odilone Abbate Principem suum alloquuntur in hunc ferme modum: *Adsumus Procerum Optimatum-*

Sæculum XI. A.C. 1039.

tumque Polonorum omnium nomine ſupplíciter petentes, ut Regni tui miſereáris, veniasque ad componendos fluctus, & patriam ab hoſtium inſultibus vindicandam. Reſpondet Caſimirus, ſe ſui arbitrii jam non eſſe, cum ne quidem ipſis colloqui ſine facultate Abbatis ſui licuiſſet. Illi S. Odilonem adeunt, qui poſtquam cum ſuis de re tanta deliberaſſet, neutiquam in ſua poteſtate eſſe, reſpondit, monachum profeſſum & Diaconum ordinatum dimittere; ad Summum Pontificem ſe converterent, cui uni in tota Eccleſia ſuprema poteſtas eſſet.

Itaque Legati Poloniæ Romam pergunt, & in conſpectum Benedicti IX. Papæ admiſſi, quanta calamitas eorum patriam premeret, exponunt, & quam tam Reipublicæ ſalutiferum, quam Religioni conſervandæ neceſſarium eſſet, ut Caſimirus Princeps Regni frœna capeſſeret. Res omnino nova petebatur, cujus vix ullum extabat exemplum. Nihilominus poſtquam diu multumque deliberatum, credidit Papa, concedendum eſſe, quod Legati poſtulabant. Diſpenſavit in votis Caſimiri & poteſtatem fecit, non modo e Monaſterio excedendi, ſed etiam uxorem ducendi, ea conditione, ut Proceres Poloniæ ſingulis annis in cenſum denarium unum S. Sedi ſolverent. Itaque Caſimirus in Poloniam revertitur,

Diſpenſatio in votis Solemnibus.

Rex

Rex ſalutatur, Mariam Principis Ruſſorum filiam uxorem accipit, ex qua complures ſuſcepit filios. Regnum in Polonia exorſus eſt anno milleſimo quadrageſimo primo. Ceterum admirandi omnino locus eſt, quod neque in vita S. Odilonis, neque in aliis antiquis monumentis Cluniacenſibus ulla mentio facti prorſus ſingularis occurrat, ſed id demum ex Scriptoribus Hiſtoriæ Polonis multo poſterioribus diſcamus. (*)

Sæculum XI. A.C. 1041.

Mabill, elog. S. Odil. n. 120. Sæc. 6.

§. XL.

Alebrandus Archiepiſcopus Hamburgenſis.

Hamburgi Hermanno mortuo novus Archiepiſcopus electus eſt Bezelinus, cognomento Alebrandus, ex gremio Clericorum Colonienſium evocatus, cui Conradus Imperator baculum Paſtoralem & Benedictus IX. Pallium dedit. Hamburgi a ſuis Suffraganeis, ſeptemque aliis Epiſcopis Saxoniæ magna pompa ordinatus, hanc Sedem annis decem tenuit,

Adam. l. II. c. 51.

(*) Ad hunc locum R. P. Pagi in Critica Hiſtorico-Chronologica: *Quidquid hac de re* (de Chronologica difficultate ſermo fuit) *ſit, certum eſt, poſt Miſiconis* (Miecislai) *obitum, Poloniæ Statum turbatiſſimum fuiſſe, & Caſimirum Regem, clanculum Cluniacum profectum, Monachum induiſſe.*

Sæculum XI. A.C. 1041.

tenuit, digniſſimus Præſulatu vir, qui utrique Eccleſiæ Bremenſi & Hamburgenſi tam quoad Spiritualia quam Sæcularia plurimum emolumenti attulit. Clericorum ſuorum curam ſingularem geſſit, utque eos ad ſervandam continentiam, ſecundum Libentii Anteceſſoris ſui propoſitum, compelleret, Clauſtrum Bremenſe reſtauravit, & vitam Canonicorum communem reduxit. Civitatis muros, quos ædificare Hermannus cœperat, perfecit, & Civitatem Hamburgenſem a Sclavis deſtructam reparavit. Ibidem Eccleſiam ædesque Epiſcopales antea ex ligno conditas, ex quadratis lapidibus eduxit, non ad habitandum modo, ſed etiam ad depellendos hoſtes, ſi qui aggrederentur, inſtructas. Beneficio pacis, quæ tunc cum Sclavis ultra Albim habitantibus ſervabatur, ad propagandam Religionem Alebrandus utebatur, plures fructus majoremque meſſem collecturus, niſi avaritia Prætorum, juſto rigidius tributa exigentium, obſtitiſſet. Epiſcopos tres, qui ipſum in prædicatione Fidei in partibus Infidelium adjuvarent, nimirum Sleswici, Rypæ, & tertium ad convertendos Sclavos ſine fixa Sede ordinavit. Tandem piiſſimus Archiepiſcopus animam Deo reddidit anno milleſimo quadrageſimo tertio decima quinta Aprilis, ut creditur, ſepul-

sepult sque est Bremæ. Successorem habuit Adalbertum Præpositum Halberstadiensem, virum nobilissima stirpe natum, eximia corporis specie, atque insignibus animi dotibus præditum. Baculo pastorali a Conrado Imperatore, & Pallio a Benedicto IX. Papa accepto, Aquisgrani Imperatore, Proceribus & duodecim Episcopis, qui ipsi manus imposuerunt, præsentibus, ordinatus, in illa Cathedra annis viginti novem sedit. Sæculum XI. A.C. 1041.

§. XLI.

Inducíæ Deo Sacræ.

In Francia, ut vidimus, multa ad pacem reducendam ante annos decem agitata fuerant, sed cum plerique ad illas leges servandas compelli non possent, statutum, ut saltem certorum dierum Induciis nemo pacem turbare auderet, scilicet, a Feria IV. vespere, usque ad Feriam II. sequentis hebdomadæ mane, nemo alteri quamcunque rem vi adhibita eriperet, nullam injuriam acceptam ulciscereturnemo pignus ab invito extorqueret. Quicunque has Inducias violasset, velut mortis reus, quantum a Legibus præscribebatur solveret, aut excommunicatus in exilium pelleretur. Hæ Constitutiones, Induciæ Deo Sacræ, appellatæ sunt, & a multis creditum, quod Deus immissis in transgressores pœnis eas

Sup. n. 18. *V. not. Cossort. tom.* 9. *Conc. p.* 913. *Glab. V. c.* 1. *p.* 5.

Marca concord. IV. c. 14.

Sæculum XI. A.C. 1041.

eas approbaſſet. Facile notabat Lector, ideo hos præ ceteris Hebdomadæ dies fuiſſe delectos, ut memoriæ Myſteriorum, quæ in iis peracta ſunt, nempe Cœnæ Domini, ejusdem Paſſionis, Sepulturæ & Reſurrectionis conſecrarentur.

Induciæ iſtæ ab Epiſcopis in compluribus Conciliis, duobus Sanctis Abbatibus, Odilone Cluniacenſi, & Richardo Virdunenſi maxime adlaborantibus, ſtabilitæ ſunt. Richardo commiſſum, ut eas in Neuſtria recipi curaret, eo modo, quo prius in Aquitania & deinde in Auſtraſia receptæ fuerant. Cum primo hortanti ad pacem Richardo Neuſtrii ſubjici nollent, corripiebantur morbo *ardentium*, id eſt, cœco igne, qui languentium viſcera depaſcebatur. Complures vero opem Richardi implorantes ipſo orante ſanabantur; unde turmatim ad ejus monaſterium convolabant. Ipſe infirmis vinum, in quod immiſſæ fuerant Sacræ Reliquiæ, & præter alias etiam pulvisculi de lapide Sepulchrali Domini Noſtri deterſi bibendum porrigebat, & pacem ſe ſervaturos jurejurando promittere cogebat.. Hæc Reliquiarum ablutio ſolum poſt Miſſæ Solemnia fieri ſolebat, ſed vas illo potu plenum ſemper conſervabatur, ut devotioni ægrotantium, qui omni hora adveniebant, ſatisfieri poſſet.

Chron. Hug. Flav. p. 187. Sup. lib. LVIII. §. 57.

§. XLII.

§. XLII.

Sæculum XI.
A C. 1041.

S. Odilo Archipræſulatum Lugdunenſem recuſat.

At S. Odilo Archipræſulatum Lugdunenſem ſuſcipere noluit. Buchardo Archiepiſcopo mortuo, pinguiſſimo Beneficio inhiabant plures, quibus ſola ambitio pro meritis erat. Horum primus fuit Buchardus, defuncti nepos, Epiſcopus Auguſtanus Saloſſiorum, qui, relicta Sede ſua, Lugdunenſem inſolens invaſit, & poſtquam multorum malorum cauſa fuiſſet, ab Imperatoris Vaſallis captus & æterno exilio damnatus eſt. Poſtea quidam Comes Girardus nomine ſine publica auctoritate filium ſuum adhuc impuberem intruſit, haud diu poſt fugere & latere coactum. His rixis ad Papam delatis ſuadebant viri pietate inſignes, ut ſua auctoritate uteretur, & Odilonem Abbatem, virum a Clericis & toto populo in paſtorem exoptatum, Archiepiſcopum Lugdunenſem conſecrari juberet. Illico Papa Odiloni Pallium & annulum mittit cum mandatis, ut hanc Dignitatem acceptaret. Sed Vir Sanctus profeſſionis monaſticæ, quam amplexus fuerat, humilitatem conſiderans Archiepiſcopatum ſuſcipere renuit, Pallium vero & annulum futuro Archiepiſcopo tradendum apud ſe ſervavit. *Glab. V. c. 4.*

Sæculum XI. A.C. 1041. Papa itaque (erat vero Joannes XIX.) Odiloni Abbati reſcripſit in hunc modum: *Docente S. Gregorio Magno multa videntur bona, & non ſunt. Quid enim in Monacho obedientia Sanctius? quantum Beatus Benedictus eam ſuis præconiis extollat, non ignoras. Percepimus igitur injuriam Sanctæ Eccleſiæ Lugdunenſi, te in conjugium petenti, illatam, quia privatam tuam quietem amas. Tacemus, quod auctoritatem tot Præſulum monentium & rogantium, ut Epiſcopalem Dignitatem acciperes, poſthabuiſti. Sed quod Sanctæ Romanæ Eccleſiæ & nobis inobedientem te reddidiſti inultum relinquere nec debemus nec poſſumus, niſi forte obedientia diluat, quæ inobedientia maculavit. Secus multarum animarum perditionis reus eris, quarum Saluti exemplo & doctrina prodeſſe potuiſſes. Reliqua tibi & fratribus tuis Gaudfridus Epiſcopus meo nomine ſignificabit.* Hac vehemente epiſtola non obſtante Odilo Dignitatem oblatam recipere recuſavit, atque Pallium & annulus Cluniaci aſſervata.

Jo. ep. 2. tom. 9. Conc. p. 858. & to. 2. Spicil. p. 387.

Interim Henricus Rex Germaniæ & Auſtraſiæ, cujus pars erat Burgundia, perturbatum Eccleſiæ Lugdunenſis ſtatum dolens, ejusdem Regimen Halinardo Abbati S. Benigni Divione committere cogitabat, qui & ipſe reſpondit; ſe utpote monachum tantæ Dignitati ſuſtinendæ

Glab. V. c. 4.

nendæ imparem esse, præstare hanc conferre Udalrico Archidiacono Lingonensi, cujus ætas, virtus & scientia Archiepiscopali muneri congrueret. Ille tunc Vesuntione versabatur, ubi Rex quoque illo tempore degebat, qui Archidiaconum vix de nomine noverat. Igitur Henricus mentem Abbatis ab omni ambitu alienam multum miratus, cum Udalricus etiam ab Episcopis & populo expeteretur, ei Archiepiscopatum Lugdunensem contulit, cui deinde annis quinque digne præfuit. Sæculum XI. A.C. 1041.

§. XLIII.

Richardi Abbatis Virdunensis extrema.

Richardus quoque Abbas Episcopatum Virdunensem regendum suscipere detrectaverat. Sed quæ de ejus vita narranda supersunt, repetamus. Heimoni Episcopo suo multos sumptus reparandis urbis muris, quibus Monasterium S. Vitoni includere volebat, impendenti fortiter obstitit. Dicebat enim, non expedire monachis, ut in urbibus habitent, ne quies monastica nocturnæque preces tumultu & clamoribus populi turbentur. Episcopus magnorum Principum more impatienter ferens, quod quisquam suæ voluntati resistere auderet, a proposito dimoveri non poterat. Quare cum Abbas rem ad Henricum Imperatorem detulisset, *vit. Sæc. 6. Act. Ben. p. 526.*

Sæculum XI. A.C. 1041.

tuliſſet, is miſſis ad Epiſcopum mandatis quidquam circa Monaſterii ſitum mutari prohibuit. Excanduit Epiſcopus, cujus indignationem ut effugeret Abbas, Remiremontium ſe recepit, ubi quinque annis ſecure delituit. In illo ſeceſſu Richardus duo miracula patraſſe legitur. Quidam leproſus ſanatus eſt, cum balneo, in quo prius Vir Sanctus lavatus fuerat, uteretur. Et cœcus lumen recepit, cum illa aqua, qua paulo ante S. Abbas manus, ipſe oculos abluiſſet. Rei fama ad Epiſcopum Virdunenſem perlata, eum facti prioris pœnitentia ſubiit, miſſisque nunciis Abbatem ad ſuum monaſterium redire juſſit.

Richardus Abbas exinde profectionem in urbem Jeroſolymam, quam videndi ardentiſſimo deſiderio jam diu te-

c. 550.

nebatur, molitus eſt, Duce Normanniæ, cui in paucis carus erat, largiter ſumptus præbente. Fuere autem expenſæ ingentes; quippe Abbas in hoc Sacro itinere peregrinos ferme ſeptingentos, quibus omnibus annonam præbebat, ſecum

Profectio Jeroſolymitana.

deduxit. Cum Conſtantinopoli aliquamdiu ſubſiſteret, quo tempus loca Sacra luſtrandi ſuppeteret, & viri fama ad Patriarcham & Imperatorem perveniſſet, uterque ei colloqui expetiit. Imperator hoſpitem pretioſis muneribus donavit, & Patriarcha complures Reliquias atque

veræ

veræ Crucis particulam eidem dedit. Ubi terras Infidelium contigit Richardus, singulis diebus, ut in via adsueverat, non solum Officium Divinum recitabat, sed etiam Missam, extra civitates quidem, attamen in loco mœnibus proximo celebrabat, non timens insectationes Infidelium, tantam lapidum vim injicientium, ut comites ejus extra jactum refugere cogerentur. Ipse constanti animo perseverabat, usque dum S. Sacrificium perfeciſſet, nec unquam ullo saxo ictus est. Infideles prodigium admirati discedentem comiter deducebant. Sæculum XI. A.C.1041.

Ubi Jerosolymam pervenit, omnibus locis Sacris tenerrimo animi affectu lustratis, Hebdomadam Majorem ibi transegit, & Sabbato Sancto interfuit Cæremoniis, quibus accendebatur ignis novus. Is enim miraculo de cœlo descendere jam tunc a simplicibus Græcis credebatur. In Jordane, nobiliſſimo amne, lavari voluit. Tum tota Palæstina peragrata, a Patriarcha Jerosolymitano, qui venientem honorifice exceperat, plurimis Reliquiis cumulatus regressus est. In reditu Richardus Antiochiam divertens Simeonem monachum, ut supra memoravimus, viæ comitem accepit, & tandem confecto perlongo itinere Virdunum perveniens incredibili omnium lætitia exceptus est. *Sup. §. 27.*

Sæculum XI. A.C. 1041.

Heimone Episcopo Virdunensi anno 1024. fatis functo, successit Rambertus, qui annis quatuordecim sedit. Atque eo etiam e vivis migrante Henricus Niger Rex primo Imperii sui anno, nempe Christi millesimo trigesimo nono, Episcopatum Virdunensem Richardo Abbati contulit, quod munus ille a se amolitus Richardum, e Sacro fonte a se susceptum, Comitis Hildradi filium, ordinari curavit. S. Abbas senio prope confectus, exinde adhuc septennio superstes tandem decima quarta Junii, anno millesimo quadragesimo sexto, beatam mortem oppetiit. Reliquiæ, quas pectori proxime admotas portare solebat, cum ipso sepultæ.

§. XLIV.

Michael Calæphatus Imperator. Tum Constantinus Monomachus.

Michael Paphlago Imperator morbo, cujus supra mentio nobis fuit, vehementer afflictus, abjecta salutis spe, tonderi voluit, accepitque habitum monasticum de manibus Cosmi monachi, cujus viri semper ejus lateri adhærentis consilio utebatur. Obiit tandem editis magnæ pœnitentiæ signis, ob nefas in Antecessorem suum peractum; nam si hoc probrum abfuisset, vitam duxisset laude dignam. Extinctus est vero decima die Decembris anno a Mundo condito sexies mille-

Cedr. p. 749.

millesimo quingentesimo quinquagesimo, Sæculum XI.
JEsu Christi millesimo quadragesimo primo, A.C.1041.
mo, Indictione decima, postquam annis septem & octo mensibus imperasset. Ita Zoe, a jugo Joannis Evnuchi, sub nomine Michaelis fratris sui regnantis, liberata, sola rerum potiri ambiebat; sed cum tantam fortunam consequi nequaquam se posse intelligeret, alium nomine Michaelem, defuncti Imperatoris ex sorore filium, adoptavit, cognomento Calæphatum, quod ejus parens Stephanus Patricius aliquando *Calfateur*, seu navium Stipator fuisset. At eum terribilibus Sacramentis obstringere se se compulit, quod ipsam quoad viveret Dominam suam, & Matris loco, habiturus esset, nec unquam aliud, quam quod ipsa præscripsisset, moliturus. Nihilominus vix elapso quatuor mensium spatio novus Imperator aliorum consiliis eo adductus est, ut Zois Imperatricis fidem suspectam haberet, & metueret, ne sibi necem machinaretur, sicut duobus Antecessoribus suis, quos veneno peremisse dicebatur. Ergo occupare feminæ consilia statuit, & tentatis populi animis id se tuto exequi posse ratus, Zoem noctu in Insulam Principis relegat, Alexium Patriarcham custodiæ tradit, & altera die, quæ erat Feria secunda post Octavam Paschæ, populo Decretum prælegi jubet, quo de his factis

Sæculum XI. A.C. 1042.

ctis rationem reddebat. At, in contrarium versis populi studiis, omnes exclamare: *Nolumus, ut nobis imperet Calaphatus perjurus, sed Imperii hæres, Zoe, Mater nostra!* Revocatur Theodora Zois Soror ex Monasterio, cui invita inclusa fuerat. Michael vero, postquam armis se tueri frustra conatus fuisset, ad Monasterium Studiense confugere, & Habitu monastico se se occultare cogitur, Feria IV. ejusdem Hebdomadæ, vigesima prima Aprilis, anno millesimo quadragesimo secundo. Verum furor populi non solum imperio, sed etiam oculis privatum in aliud monasterium proscripsit.

Feminæ imperant.

Tum Zoem, solam rerum potiri cupientem populus compulit, ut Theodoram Sororem in Imperii consortium asciscceret, regnaruntque ambæ mensibus tribus. Non aliud unquam exemplum constat, duas feminas Imperium fuisse moderatas; & tamen cuncti in conspectu earum trepidabant, usque adeo reverentia generis Basilii Macedonis animos Græcorum affecerat. Zoe ingenio promptiore prædita parcius tamen loquebatur; sed adeo erat munifica, ut prodiga dici posset. Theodora tranquilliore animo multa verba faciens pauciſſima erogabat. Neutra vero parem regendis populis constantiam a natura acceperat; Præcipuis Reipublicæ negotiis muliebres

Psellus. M. S. to. 6.

occu-

occupationes miſcebant, nec ulla cura major quam aromata præparandi erat. Hoc unicum prope Zois ſtudium, cujus conclave officinam dixiſſes, in qua ingens Pharmacorum copia, & aliquot furni, etiam tempore æſtivo accenſi, conſpiciebantur. Ceterum femina erat magna pietate, ſaltem ſi opera externa ſpectentur. Celeberrimam Imaginem JEſu Chriſti, quæ *Antiphonetes* dicebatur, magna cura a ſe exornatam ſingulari honore proſequebatur, ſæpe coram ea proſtrata pectus pugnis tundebat, multas fundebat lacrymas, tanquam viventem alloquebatur, atque prout majorem minoremve fulgorem ſpargere ipſi videbatur, de rerum futurarum eventu omen accipiebat.

Sæculum XI. A.C. 1042.

Sup. lib. XLII. §. 5.

Tandem poſt trium menſium lapſum intellexit Zoe, Imperium ſine viro regi non poſſe. Ergo ſubmota iterum Theodora Conſtantinum Monachum, a Joanne Evnucho in exilium pulſum, revocat, & quamvis ſexagenaria eſſet major, eidem jungitur tertiis nuptiis, quæ eodem anno 6550. ſeu 1042. undecima Junii celebratæ ſunt. Altera die Conſtantinus ab Alexio Patriarcha coronatus annis deinde duodecim imperavit. Anno ſequente milleſimo quadrageſimo tertio, Indictione undecima, vigeſima prima Febr. obiit Alexius Patriarcha, poſtquam Se-

Cedr. p. 758.

Sæculum XI. A.C.1043.

dem Constantinopolitanam occupasset annis septendecim. In ejus domo inventi sunt centenarii viginti quinque, id est, bis mille quingentæ auri libræ, ab ipso congestæ, quas Imperator tolli jussit. Successit Michael Cerularius, quod nomen a cera acceperat, monachum indutus, ex quo a Joanne Evnucho ob crimen læsæ Reipublicæ exilio damnatus fuerat. Is in Festo Annunciationis Beatæ Virginis in possessionem Sedis suæ assertus est, & secunda Maji Joanni Spadoni oculi eruti sunt, quo tolerato supplicio non plus aliquot diebus superstes fuit.

Sup. lib. LVIII. §. 61.

§. XLV.

Rerum vicissitudo in Hungaria.

In Hungaria, defuncto Sancto Stephano, Petrus ejusdem ex Sorore nepos Rex salutatur. Cum vero, ex prosapia Germanorum ortus, populari in suos affectu Præfecturas & præcipua munera in Germanos spargeret, offensi Hungari Ovonem seu Abam, S. Stephani affinem, Regem sibi eligunt; unde Petrus tertio Regni sui anno fuga sibi consulere coactus, in Germaniam ad Regem Henricum nigrum se recepit. At Ovo multum sanguinis humani fudit, viris de Senatu præcipuis tempore Quadragesimæ, verisimiliter anno millesimo quadragesimo primo, crudelem in modum occisis. Tum ad cele-

Chro. Jo. de Thuroez. c. 35. 36.

vit. S. Gerardi. Sur. 24. Sept. & Act. Ben.

celebrandum Paſcha Chonatum, provinciæ Moriſſenæ, ubi Gerardus Epiſcopus erat, metropolim venit. Cum vero Gerardus ab Epiſcopis & Optimatibus invitaretur, ad coronam novo Regi imponendam, venire recuſavit. Quare ceteri Epiſcopi ſine ipſo Regis caput corona ornarunt, ita enim illorum temporum mos ferebat, ut Reges in omnibus Feſtis Majoribus ab Epiſcopis coronam acciperent. Sæculum XI. A.C.1043.

Intrat ergo Rex Ovo Eccleſiam coronatus, plurimis de Clericis & populo comitantibus, & Gerardus Epiſcopus conſcenſa Cathedra Regem, opera interpretis, nam linguæ inter Hungaros vulgaris ignarus erat, alloquitur in hunc modum: *Quadrageſimam inſtituendi primis auctoribus ratio fuit, ut tempus eſſet, quo peccatores veniam & juſti mercedem obtinerent. Tu vero hujus temporis Sanctitatem commiſſis paricidiis violaſti, filiis meis me privaſti, & dulce nomen Patris ademiſti. Hinc tu hac die venia indignus es. Cumque pro JEſu Chriſto mori non timeam, prædicam, quæ tibi obtingent. Tertio regni tui anno vindex ſcelerum gladius te conſequetur, regnum, vi & fraude paratum, ſimul & vitam, amittes.* Regis amici, latini ſermonis gnari, obſtupeſcentes ad tantæ audaciæ ſermonem, totius corporis geſtu Interpretem mone-

Sæculum XI. A.C. 1043.

nebant, ut taceret, & sic Episcopus Regis furori eriperetur. Sed Sanctus Vir videns, quod metu turbatus verba sua non amplius redderet, *Deum, non homines, time*, inquit, *honora Regem, & Patris tui sensum explica.* Tandemque ut rursus loqueretur coegit. Prophetiæ dono instructum fuisse Episcopum, illa quæ suo tempore secuta sunt, demonstrarunt. Prædixit quoque, in Hungaria bella & seditiones exorituras, in quibus & ipse vitam positurus esset.

§. XLVI.

S. Gerardus in Hungaria.

Gerardus natione Venetus, adhuc puer monastico habitu indutus, cum Jerosolymam peregrinaretur, & diversaretur in Hungaria, S. Stephanus Rex ejus Doctrina & morum suavitate usque adeo captus est, ut non solum moraretur invitum, sed etiam custodes conduceret, qui eum fugere non sinerent. Gerardus in Monasterium Beelense, a Sancto Rege ad preces Guntherii Eremicolæ conditum, se recepit, ubi septem annos continuo jejunans & orans transegit, unicum habens Socium, Maurum monachum, exinde quinque Ecclesiarum Episcopum. Postquam vero S. Stephanus Rex Hungariam pacificavit, Gerardum e solitudine evocatum, ordinari Episcopum jussit, misit.

misitque ad prædicandam JEsu Christi fidem Regni sui populis, qui Sanctum Episcopum ut amantissimum patrem venerabantur. Crescente fidelium numero S. Rex ædificatis in præcipuis urbibus Ecclesiis, Gerardum Episcopum Sedi Chonatensi S. Georgio Sacræ præfecit. In eadem Ecclesia extabat Sanctæ Virginis ara, atque ante eam thuribulum argenteum, in quo duorum piorum senum cura & sumptibus incensum perpetuo cremabatur, singulis vero Sabbatis Officium S. Virginis novem lectionum recitabatur. Quippe S. Stephanus Rex & tota Hungaria teneræ devotionis cultu S. Virginem prosequebantur. Sæculum XI. A.C. 1043.

Gerardus Episcopus ea omnia, quæ ad decorem officii Divini pertinebant, maxima solicitudine curabat, quod diceret, fidem nostram firmandam esse ritibus externis, qui sensibus placent. Hinc vinum generosissimum ad usum S. Sacrificii servabat, illudque tempore, quo æstivi ardores urunt, glaciei inseri jubebat. Non nunquam, ut corpus attereret, noctu surgens, accepta securi solus in silvam exibat, ligna cæsurus. Iter faciens non equo, sed vehiculo utebatur, quo Sacræ lectioni vacare posset. Nova industria vitam eremiticam cum Episcopatu conjunxit, nam cellulas ædificabat prope civitates, quas ad prædicandum Verbum Dei

Sæculum XI. A.C. 1044.

Dei intrabat, atque etiam in remotioribus Silvis, ubi noctem deinde transigebat. Talis fuit S. Episcopi vita.

Ovo Germaniæ Regi infensus, quod Petrum Regem excepisset hospitio, irruptione in Bavariam anno 1042. facta, agros vastavit. Annis duobus gestum est hoc bellum, & tandem anno 1044. Henricus Rex Petrum in Regnum Hungariæ restituit, qui haud diu post captum Ovonem capite plecti jussit. Ita S. Gerardi vaticinium impletum est.

Herm. Chr. 1042.

Eodem anno millesimo quadragesimo quarto Henricus Rex Concilio Constantiæ celebrato interfuit, ubi inprimis omnia, quæ Principis ærario debebantur, remisit, tum omnes Sueviæ Optimates, aliosque, qui acerba odia exercuerant, reconciliavit. Denique pacis tranquillitatem, qualem in eam usque diem populi ignoraverant, revexit, atque edito Decreto non solum in illa, sed etiam in cunctis Regni sui provinciis stabilivit. Inter hæc Henricus, elata priore uxore, Agnetem Guilielmi V. Ducis Aquitaniæ filiam duxit, eamque Moguntiæ coronari voluit.

Herm. 1043. *Marian.* 1044.

§. XLVII.

Sæculum XI.
A.C.1044.

§. XLVII.

Silvester III. Tum Gregorius VI. Papæ.

Interea cum Benedictum IX. (*) Papam infamis vita, rapinæ, cædes, quibus populum Romanum vexabat, in dies magis invisum & intolerabilem efficerent, ipso circa Festum Nativitatis Domini anno millesimo quadragesimo quarto, Pontificatus sui duodecimo, Roma ejecto, in ejus locum sufficitur Joannes Episcopus Sabi-

Papeb. conat. Desid. Casin. Lib. 3. Dial. Sæc. 4. Act. Ben. tom. 2. p. 451.

(*) De hoc Pontifice Natalis Alexander: *Monstrum istud, & alia quædam passa est Ecclesia gemens & oppressa & Pontificem solo nomine Benedictum coluit, ut majus malum, scilicet Schisma vitaret.*

In Nota deinde ab alio oppositа legitur: *Merito Baronius dubitat Benedictum IX. ætatis annorum decem vel duodecim Pontificatum quamvis malis artibus adeptum esse. Mendum esse apud Glabrum cum eodem alii opinantur, & ubi narrat, annorum fuisse circiter duodecim legendum putant circiter duo de viginti,* & ubi dicit *decennis egendum vicennis. In hanc abierunt opinionem, quia testatur S. Petrus Damiani, nec ipse Glaber diffitetur, ab exordio suæ creationis usque ad finem semper luxuriis inquinatum fuisse, quod de puero decenni dici nequit.* Lectoris judicium esto.

Sæculum XI. A.C. 1044. Sabinensis, & vocatur Silvester III. (*) At Simoniace ingressus, Sacram Sedem non plus tribus mensibus tenuit; nam Benedictus e potenti Comitum Tusculanorum familia ortus, propinquorum suorum auxilio urbem aggressus, denuo intra mœnia admissus est. Verum cum probra probris cumularet, seque a Clericis & populo contemptui haberi intelligeret, recedere statuit, ut ab importunis censoribus liber flagitiis immergi posset. Itaque, acceptis mille quingentis denariorum libris, Pontificatum reliquit Joanni Gratiano Archipresbytero, cujus virtutes Romani Clerici omnes maximi faciebant. Tum Benedicto extra civitatem in prœdia sua excedente Joannes Gratianus die Dominica, vigesima octava Aprilis anno 1045. Papa ordinatus, Gregorius VI. dici voluit. Sedit vero viginti circiter mensibus. Glaber Monachus, illus ævi Scriptor, Historiam suam, postquam Benedictum Papam expulsum retulit, his verbis claudit: *In ejus locum subrogatus est vir piissimus & exploratæ Sanctitatis, Gregorius, patria Romanus, cujus bona fama scandalum ab Antecessore ipsius datum sustulit.*

Petrus

(*) Scriptores alii huic Silvestro neutiquam inter Pontifices legitimos, sed inter Antipapas locum assignant.

Petrus Damiani Fontisavellanæ Abbas, vir jam tunc meritis clarus, datis ad Gregorium VI. Papam literis, suam, ob ejus Ordinationem, totiusque Ecclesiæ lætitiam professus est, quod cuncti sperarent, fore, ut ipso sedente, Simonia aboleretur. *Verum*, inquit, *quantum spei concipiendum sit, omnes ex eo metientur, quod in Ecclesia Pisaurienſi futurum est. Nisi enim illa de manibus viri hujus adulteri, incesti, perjuri, furis eripiatur, periit populorum spes. Si vir pessimus in Sancta Cathedra sedere permittatur, nemo credet a Romana Sede boni aliquid proficiscisci posse.* Data ad eundem Papam altera epistola, dicit: *Scito, in pœnam peccatorum nostrorum fieri, quod in nostris regionibus nullus reperiatur Clericus Episcopatu dignus. Omnes honoris fastigium affectant, quod non merentur. Nihilominus pro ratione temporis & penuria virorum idoneorum, ille Archipresbyter ad Episcopatum Forosempronianum promoveri posse mihi videtur, etiamsi hanc Dignitatem ardentissime quæsierit, cum ceteris Clericis aliquantum melior sit, & Decretum Electionis a Clericis & populo habeat. Peccatum ambitionis pœnitentia deleat, & consecretur, si hanc tibi voluntatem Deus indiderit. Id solum rogo, si hunc ordinare nolueris, ne alium, priusquam mihi communicaveris consilium, in eam Sedem evehas.*

Sæculum XI. A.C. 1044.

Sæculum XI. A.C. 1045.

§. XLVIII.

S. Petri Damiani Exordia.

vit. Sæc. 6. Bened. part. 2. p. 247.

Petrus Damiani Ravennæ anno milleſimo ſeptimo natus eſt. Cum eſſet natu minimus ex magno liberorum numero, unus filiorum jam grandior ad matrem converſus exclamavit: *prob pudor! quam male ſibi congruunt hæredum turba, & hæreditas anguſta!* ad cujus verba mater vehementius indignata, complexis manibus vociferari, miſeram ſe, & ipſa vita indignam. Tum parvulum lacte materno privat, & abjicit. Puſio deſertus brevi fame & algore nigreſcere cœpit, & ſine voce languere; cum quædam mulier, quaſi domeſtica, ſuperveniens matrem corripit his verbis: *Nunquid, Domina, hoc matrem Chriſtianam decet, quod non probatur eſſe tigridis vel leænæ? at hic forte, qui nunc ita projicitur, ſi ad maturam ætatem pervenerit, locum inter ſuos non infimum obtinebit.* Tum non ignava ad focum conſidet & infantuli corpuſculum calida adipe perungit, donec ſpiritus & color redirent. Mater quoque intimis commota viſceribus prolem denuo recipit & nutrit.

Petrum deinde pueritiam necdum egreſſum, jamque utroque parente orbatum, aliquis ex fratribus natu majoribus,

bus, uxorem habens, educandum qui- Sæculum XI.
dem ſuſcepit, ſed ambo avaritiæ vitio la- A.C.1045.
borantes parvulum ut vile mancipium torquebant. Torvis innocentem intuebantur oculis, ſervorum cibariis paſcebant. Nudis pedibus incedere cogebatur, vix ſatis centonibus tectus. Pugnorum ac calcium ictibus crebrius ſubjacebat. Porro grandiuſculus ad porcos paſcendos mittitur. Inedia laborans quadam die Petrus nummum argenteum reperit. Jamque ſubito dives ſibi videbatur, & gratulabundus mente revolvebat, quid ſibi aptius & utilius eo mercaretur. Tandem ſecum ipſo ait: *Quidquid eligam, non erit diuturna voluntas, præſtat ergo, ut hanc pecuniam tradam Presbytero, qui Deo Sacrificium offerat pro patre meo.* Itaque illud ſolum elegit, quod manſurum in æternum ſperavit.

Exinde Petrum fratrum ſuorum alius, nomine Damiani, ex illa miſeria eripuit, & in domum ſuam ſuſceptum leni & paterno affectu aluit. Hic Damiani Eccleſiæ Ravennatenſis Archipresbyter fuit, & poſtea monachus, atque veriſimile eſt, Petrum noſtrum a fratris, Benefactoris ſui, nomine cognomentum accepiſſe. Hujus præterea fratris ſui cura literis imbuendus traditus eſt, primo Faventiæ, & deinde Parmæ, ubi Ivonem Magi- S. Petri Pie-
ſtrum nactus eſt. Cumque eſſet admo- tas.

Sæculum XI. A.C. 1045.

dum docilis, eum fructum hauſit, ut in Scientiis liberalibus brevi aliis erudiendis par fuerit, Diſcipulorum turba ad Doctrinæ ipſius famam undique confluente. Inter iſta melioris fortunæ blandimenta & affluentes divitias, nullatenus tamen illecebris Venereis capi ſe paſſus, ita ſecum argumentabatur: *Cur delecter præſentibus, & brevi perituris inhæream? ſi vero his aliquando renunciandum eſt, an non id Deo multo acceptius erit, ſi renuncio dum ætas viget, & mulcent proſpera?* Ergo exinde ſub mollibus veſtibus cilicium portare, jejuniis, vigiliis, orationi vacare cœpit. Quando noctu ſtimulis carnis acriter urgebatur, conſurgens e ſtrato corpus aquis fluvialibus immergebat. Tum adibat Eccleſias, & totum Pſalterium ante Officium Divinum recitabat. Largas dabat eleemoſynas, inſtructis conviviis pauperes ſæpe paſcebat, & ſuis manibus miniſtrabat.

Opus 45. *c.* 6.

Tandem Petrus, mundo penitus relicto, Inſtitutum Monaſticum amplecti decrevit, ſed extra patriam, ne propinqui amicique impedimento eſſent. Cum illis cogitationibus colluctanti obvii facti ſunt duo Eremicolæ ex deſerto Fontisavellanæ *, cujus loci fama ad eum pridem pervenerat. Cumque ipſis vehemens deſiderium ſolitudinis aperuiſſet, dubitantem in propoſito confirmarunt.

*Subintelligitur Crucis.

Tum

Tum illico inde profecturos sequi volenti promiserunt, Abbatem suum, si veniret, novitium lubenter susceperturum. Ille vas argenteum dono offert, quod suo nomine Abbati darent; verum responderunt, nolle se munus recipere, quod amplum nimis esset vas, & iter facientibus incommodum. Petrus, miratus homines ab omni cupiditate adeo liberos, multo magis ad contemptum pompæ & divitiarum hujus Sæculi accensus est. Ut autem vires suas probaret, in cellula, illis quas Eremitæ habebant non absimili, dies quadraginta transegit; postea captato tempore suorum vigilantiam fefellit, & ad Fontisavellanam commeavit, ubi cuidam fratri informandus de more traditus est. Ille Novitium ad cellulam deductum linea vestimenta omnia deponere jubet, cilicio induit, & ad Abbatem reducit, quo præcipiente statim Cucullo contegitur. Mirabatur Petrus, quod Sacer habitus sibi necdum probato, nec supplicanti conferretur; sed Præpositi imperio se subjecit, quamvis illa ætate habitum recipiens simul perpetua vota profiteri existimaretur. Sæculum XI. A.C. 1045.

Desertum Fontisavellanense Sanctæ Cruci Sacrum in Umbria & Diœcesi Eugubina, ubi S. Romualdus aliquamdiu versatus fuerat, situm erat. Eremitæ ibi habitantes, bini in cellis separatis degebant,

Sæculum XI. A.C. 1045.

gebant, Psalmodiæ, Orationi, & Lectioni continuo intenti. Quatuor in Hebdoma diebus solo pane & aqua reficiebantur, Feria III. & V. manducabant pauxillum leguminis, quod ipsi in suis cellulis coquebant. In diebus jejunii certam panis mensuram tenebant, nullus vini usus nisi in Sancto Sacrificio, & in refocillationem ægrotorum. Nudis pedibus incedebant semper, flagellis corpus affligebant, frequenter genuflectebant, pectus pugnis verberabant, expansis brachiis perseverabant, pro cujuscunque viribus, vel devotionis fervore. Officio nocturno finito totum Psalterium, priusquam illucesceret, recitabant. Petrus vero diu ante, quam signum ad Nocturnos daretur, vigilabat, & postea tamen cum aliis orabat, bene gnarus, opera peculiaria propriæ voluntatis non omissis illis, quæ omnibus præcepta sunt, peragi debere.

Petrus Monachus.

Multum vigilando Petrus morbum contraxit, quem insomniam dicunt, ab eo tandem liberatus, exinde caute & secundum prudentiæ Regulas egit. Tumque aliquot horas studiis consecrans, tantum etiam in Doctrina S. Scripturæ, quantum antea in scientiis profanis excelluit. Ergo Præposito suo præcipiente Orationes ad fratres habere cœpit. Et paulo post ejus eruditionis fama ad alia monasteria pervadente, S. Guido Abbas Pom-

posii

Sæculum XI. A.C. 1045.

posii prope Ferrariam Abbatem Fontisavellanæ rogavit, ut sibi Petrum mitteret, a quo Congregatio ipsius centum monachorum informaretur. Duobus annis Petrus Damiani ibi fuit, magno animarum fructu ad fratres sæpe perorans. Tum ab Abbate suo revocatus ad Petram pertusam, Monasterium amplissimum, S. Vincentio Sacrum, mittitur, Concionatoris officio functurus. Tandem Abbas Fontisavellanæ Petrum invitum, consentientibus vero fratribus, Successorem sibi designavit. Quo Abbate defuncto non solum hanc Congregationem rexit, auxitque, sed etiam alias quinque numero æquales fundavit. Guido Abbas Pomposii rebus humanis exemptus est trigesima prima Martii anno millesimo quadragesimo sexto, postquam huic Monasterio annis quadraginta octo tum per se ipsum, tum per alios Abbates, quos Vicarios constituebat, ipse solitudinis amantissimus, præfuisset, Sanctorum post obitum Catalogo adscriptus.

Act. SS. Ben. Sæc. 6. p. 508. Boll. 31. Mart.

§. XLIX.

Gregorius VI. abdicat se dignitate. Clemens II. Papa.

Cum Gregorius VI. ad clavum Ecclesiæ sedere cœpit, Res Ecclesiæ Romanæ usque adeo erant accisæ, ut præter paucas civitates Romæ proximas & Oblatio-

Vill. Malm. Reg. lib. II. c. 13.

Sæculum XI. A.C. 1045.

nes Fidelium, vix quidquam supereſſet, quo ſuſtentaretur ſummus Pontifex. Patrimonia omnia remotiora invaſores occupabant. Vias totius Italiæ publicas latrones infeſtabant; unde Peregrini tuto commeare non poterant, niſi tanto numero conjuncti, ut invadentibus ſe viribus ſuperiores eſſent. Raro itaque ad limina Apoſtolorum pergere licebat. In ipſa Urbe fures & Sicarii impune ſæviebant. Quin & ſuper Altaria atque SS. Apoſtolorum ſepulchra graſſatorum nudi enſes fulgebant, cum munera a Fidelibus vix depoſita diriperentur, quæ deinde ad inſtruenda convivia & alendas pellices impendebantur.

Quare initio Gregorius improbos ad emendationem exhortabatur, quam horrendis criminibus ſe ſe polluerent docebat, iisque, qui paupertate impulſi in ſimilia facinora proruebant, honeſta vitæ ſubſidia promittebat. Datis ad Uſurpatores Patrimoniorum Eccleſiæ litteris præcepit, ut ea reſtituerent, vel in Judicio probarent, quo jure ea retinerent. Cum verba parum efficerent, Papa Cenſuram excommunicationis adhibuit, qua in furorem acti ſeditioſi Romam armati contendunt, extrema minantur, Papam ad necem quærunt. Itaque & Pontifex vim vi repellere parat, arma, equos, milites contrahit. Tum non alium locum prius,

quam

quam S. Petri Basilicam, illis, qui oblata diripiebant, occisis vel ejectis, occupat. Receptis deinde compluribus Ecclesiæ fundis, iter facientibus securitatem præstitit, gaudentibus Peregrinis, & econtra Romanis, rapto vivere assuetis, conquerentibus, quod Papa vir esset sanguine humano pollutus, & indignus, qui S. Sacrificium Deo offerret, postquam tot cædes ipso vel auctore, vel conscio commissæ fuissent. Quin etiam Cardinalibus sermones populi probabantur. Sæculum XI. A.C. 1046.

Conjectura est, his quæstibus motum Germaniæ Regem Henricum Nigrum in Italiam venisse, ut concordiam Ecclesiæ reduceret. Nam Benedictus IX. & Silvester III. Romanorum Pontificum Titulum servabant, & cum constaret, Benedictum accepisse pecuniam, ut Gregorio locum daret, & ipse per Simoniam in Sacram Sedem irrepsisse dicebatur. Rex, Festo Pentecostes Aquisgrani celebrato, anno 1046. Widgerum ad Regiam vocat, quem, postquam Archiepiscopus Ravennatensis electus fuisset, & hanc Sedem biennio tenens multa contra fas & crudeliter egisset, sua Dignitate privavit. Italiam sub finem ejusdem anni ingressus Concilium Ticini celebrari curavit, atque inde Placentiam delatus Gregorium VI. Papam ad se venientem honorifice excepit. *Herm. Chr.* 104.

Sæculum XI. A.C. 1046.

Desid. Cass. Dialog. 3.

Circa Festum Natalis Domini Henricus Synodum Sutrii prope Romam convocavit, quo invitatus Gregorius venit, sperans fore, ut solus Legitimus Pontifex promulgaretur, sed causa ventilata contrarium evenit, nam convictus est, ut plerique Auctorum loquuntur, quod contra Canonum præcepta in Sacram Sedem se se intrusisset. Alii credunt, quod amore pacis sponte Pontificatu cesserit, & legitimæ locus fuerit defensioni, cum sine Simoniæ labe pecunia Benedicto dari potuerit, ut a tali monstro Ecclesia liberaretur. Porro illud exploratum habemus, Gregorium se Pontificatu abdicasse, Sedem reliquisse, ornamenta Pontificis deposuisse, & Baculum pastoralem reddidisse, postquam viginti ferme mensibus Papa fuisset. Itaque Sedes S. Petri vacans declaratur, & Rex Henricus cum Episcopis, qui Concilium Sutrinum celebraverant, Romam delatus, communi tam Romanorum quam Germanorum consensu Suidgerum natione Saxonem, Episcopum Bambergensem, Papam eligi curat, quod nullus in Clericis Romanis inveniretur dignus, qui tantæ Ecclesiæ præesset. (*) Adalbertus Archiepiscopus

Baron. ann. 1046. Pap. conat.

(*) Ad hunc locum Eminentissimus Baronius: *Porro ex eventu, qui feliciter cessit, cum Tuscu-*

lanorum

pus Hamburgenſis, in hoc itinere Henricum Regem ſecutus, a ſpe Summi Pontificatus proxime abfuit; ſed maluit efficere, ut Collega ſuus Suidgerus maximi honoris apicem attingeret. Novus Papa aſſumpto Clementis II. nomine in Feſto Nativitatis Domini conſecratus ea ipſa die Henricum Regem & Agnetem Imperatricem corona Imperii Romani redimivit. Sæculum XI. A.C. 1046. *Adam. l. III. c. 8.*

§. L.

Halinardus Archiepiſcopus Lugdunenſis.

Henricus profectionis Italicæ comitem habuit Halinardum, nuper Archiepiſcopum. *vit. Sæc. 6. Ben. par. 2. p. 34.*

---

lanorum Comitum fuit audacia factioſa compreſſa, laudata reperitur a pluribus Henrici Regis deteſtanda præſumptio, qua negotium faceſſere Gregorio legitimo Chriſti Vicario . . . . non eſt veritus &c. Tum iterum: *qui quidem pervicax error tranſiit in Hæreſim, dictam Henricianam, communem cum Politicis noſtri temporis, qui volunt Imperatoribus ſive Regibus non temporalia tantum, ſed Spiritualia eſſe ſubjecta.* Et infra: *Velamentum fuit fraudis & adinventus prætextus, quod eligeretur peregrinus eo, quod Romæ non reperiretur idoneus. Nam quis magis idoneus ipſo Gregorio, quem viri Sanctiſſimi atque doctiſſimi ejus temporis ſummis laudibus prædicarunt?*

Sæculum XI. A.C. 1046. piscopum Lugdunen sem creatum. Is in Burgundia natus, atque deinde ex Canonico Lingonensi Monachus ad S. Benignum Divione, sub Guilielmo Abbate, ipso jubente Prioris munus subiit, & eodem vita functo Abbas electus est, perinde Roberto & Henrico Regibus Franciæ ac Imperatoribus Conrado & Henrico carissimus. Superius memoravimus, eum recusante S. Odilone ab Henrico Imperatore Archiepiscopum Lugdunensem fuisse designatum. Cum vero Udalricus, cui Halinardus hanc Dignitatem reliquerat, ea non plus annis quinque potitus esset, ab æmulis veneno sublatus, omnes Clerici populusque Lugdunensis, missa ad Regem Legatione, Halinardum sibi ordinari Archiepiscopum instantissime petierunt. Et lætus Rex assentiebatur, Halinardus vero tamdiu moras nexuit, donec Gregorio VI. Pontifici districte præcipienti obtemperandum fuit.

Sup. §. 42.

Halinardum venientem, ut Investituram acciperet, cum Rex de more ad præstandum juramentum vellet compellere, respondit: *Evangelium & Regula S. Benedicti jurare vetant; si has leges violavero, quomodo Rex sperare possit, me hujus juramenti fidem sanctius servaturum? mallem Episcopatum fugere.* Episcopi Germani, præsertim Spirensis, in qua civi-

Matth. 5. 34. Reg. c. 4.

tate

tate tunc Imperator morabatur, urgebant, ut juramentum, quod omnes ediderant, & ipse pronunciare juberetur, sed Theodoricus Metensis, Bruno Tullensis, & Richardus Abbas Virdunensis, Halinardi amici, quibus explorata erat viri constantia, Regi suaserunt, ne vehementius instaret. Dixit Rex: *Saltem in conspectum meum veniat, ut morem servasse videatur.* Verum Halinardus: *Eadem culpa est, rem malam simulare ac facere. Hoc Deus nolit!* Non ergo aliud Regi superfuit, quam simplici ejus promissione contentum esse. Adfuit Rex, cum consecraretur, & omnes sumptus ad hanc pompam adornandam necessarios ex suo ærario conferri jussit. Sic Halinardus anno millesimo quadragesimo sexto ab Hugone Archiepiscopo Vesuntionensi Archiepiscopus Lugdunensis ordinatus, Regem Romam proficiscentem eodem anno comitatus est. Eum, virum mitissimæ indolis, & eloquentissimum maximi fecerunt Romani; nam omnium nationum, lingua latina utentium, dialectum tam perite pronunciabat, ac si inter illos populos natus fuisset, id est, ut ego arbitror, linguæ Italicæ, Gallicæ, aliarumque linguarum vulgarium, quæ ex corruptione Latinæ nascebantur, gnarus erat.

Sæculum XI. A.C. 1047.

§. LI.

Sæculum XI.
A.C. 1047.

§. LI.

Concilium Romanum.

tom. 9. Conc. p. 1251. Herm. Chr. 1047.

Clemens Papa II. ordinatus ſtatim initio Januarii anno milleſimo quadrageſimo ſeptimo Concilium Romæ convocavit, in quo lis de ſervando ordine inter Archiepiſcopum Ravennatem & Mediolanenſem jam diu durans tandem compoſita. Nam uterque ſibi locum competere a dextris Papæ contendebat. Archiepiſcopus Ravennas electus & necdum conſecratus tunc erat Humfridus, Imperatoris in Italia Cancellarius, cui nuper hanc Dignitatem contulerat. In prima vero hujus Concilii Seſſione, cum Archiepiſcopus Mediolanenſis necdum adveniſſet, Patriarcha Aquilejenſis ad dextram Papæ conſedit, Sede tamen vacua Imperatoris Henrici, qui in momenta venturus credebatur, relicta. Archiepiſcopus Ravennas ad ſiniſtram ſedebat. Tunc autem ſupervenit Archiepiſcopus Mediolanenſis, qui cum dextrum latus peteret, Archiepiſcopus Ravennas reclamavit, ſibi competere hunc locum. Idem etiam Patriarcha Aquilejenſis conteſtabatur.

Producitur Catalogus Archiepiſcoporum, qui Concilio Symmachi Papæ interfuerant, ubi Archiepiſcopus Mediolanenſis primo loco ſederat. Sed contra etiam

etiam affertur Decretum Joannis Papæ, Symmachi Succeſſoris, in quo dicebatur, Archiepiſcopum Ravennatem loco ſuo ceſſiſſe hac vice ſolum, ſalvo in futurum jure ſuo, cui nempe ad dextram Pontificis ſedere ſemper competeret, niſi forte adeſſet Imperator, quo caſu ad ſiniſtram tranſiret. Patriarcha quoque Aquilejenſis privilegium habebat a Joanne XIX. Papa acceptum, quo ipſi ad dextrum latus ſedere concedebatur. Tum omnes rogantur ſententiam dicere, primo Epiſcopi & Clerici Romani, quorum major auctoritas & hujus cauſæ cognitio erat, deinde Germani, qui cum Imperatore advenerant. Joannes Epiſcopus Portuenſis, & Petrus Diaconus atque Eccleſiæ Romanæ Cancellarius, pro Eccleſia Ravennate ſententiam tulerunt, quam Poppo Epiſcopus Brixinonenſis ſuo calculo confirmavit, toto deinde conſentiente Concilio.

Sæculum XI. A.C.1047.

A vero abludere non videtur, ad extirpandam ſenſim Simoniam, in toto Occidente impune graſſantem, in eodem Concilio inter alia ſtatutum fuiſſe, ut quicunque ordinatus fuiſſet a Simoniaco, quem talem eſſe noviſſet, nihilominus poſt peractam quadraginta dierum pœnitentiam, Ordinis ſui munere fungeretur. Henricus Imperator haud diu Romæ moratus Apuliam petiit, ſecum dedu-

Glab. lib. V. c. ult. Pet. Dam. opuſc. VI. Gratiſſ. c. 27. 35.

Imperator in Apulia.

Chron. Caſſ.

Sætulum XI. A.C. 1047. deducens Clementem Papam, quem ad excommunicandos cives Beneventanos compulit, quod se intra mœnia recipere detrectassent. Papa Salerni degens, a Principe Gaimaro rogatus indulsit, ut Joannes Episcopus Pestanus ad Archiepiscopatum Salernitanum cum potestate ordinandi septem Episcopos vicinos, quos Papa imposterum ordinare non posset, transferretur. Hæc Bulla 21. Martii, anno 1047. data est.

Herm. Chro.

Cum Imperator in Italia versaretur, vocari jussit Petrum Damiani, qui consiliis bonis Papam adjuvaret. Excusavit vero Petrus, quod non veniret, datis ad Papam literis in hunc ferme sensum: *Imperator sæpius mihi mandavit, imo, si fas est dicere, me rogare dignatus est, ut me ad te conferam, relaturus, quid in nostræ regionis Ecclesiis agatur, & consilia suggesturus, in isto rerum statu utilia. Et cum onus recusarem, districte præcepit. Quin & misit epistolam tibi reddendam, quam ut legas rogo, & jubeas, ut me itineri dem, si ad te proficisci necessarium sit. Absit enim, ut hic illucque commeando optimum tempus perdam. Sed etiam dolore obruor, cum videam hujus provinciæ Ecclesias malorum Episcoporum & pravorum Abbatum culpa cum extrema calamitate colluctari. Quid autem nobis prosit dicere, Sacram Sedem e tenebris in lucem*

ep. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cem emerſiſſe, dum nos denſis tenebris ſepulti bæremus? quid juvet me frumentum in horreo, ſi fame pereo? cui bono gladius geſtatur, qui nunquam e vagina educitur? Dum videmus furem Fanenſem, etiam a Pſeudo-Papis excommunicatum, Oximanum, nefandis criminibus infamem, aliosque non minus ſceleratos, triumphantibus ſimiles Roma redire, ſpes noſtra in mœrorem vertitur. Nos vero ſperabamus, te redempturum Iſrael. Fac igitur, Sancte Pater! ut Juſtitia pœne oppreſſa reſurgat. Vigorem Diſciplinæ adhibe, fac, ut improbi coerceantur, & humiles ſubleventur.

Sæculum XI. A.C.1047.

Luc. 24. 21.

Imperator iter in Germaniam faciens Feſtum Reſurrectionis Domini, quod illo anno 1047. in decimam nonam Aprilis incidebat, Mantuæ celebravit. Ablatum e civitate Parmenſi corpus S. Guidonis, Abbatis Pompoſiani, anno ſuperiore defuncti, & jam tunc editis pluribus miraculis celeberrimi, Spiram transtulit. Auguſtam tempore Rogationum perveniens, Gebehardo Epiſcopo illis diebus mortuo, in ejus locum Henricum Capellanum ſuum ſubrogavit. Tum Feſto Pentecoſtes Spiræ celebrato, Epiſcopatum Metenſem, mortuo Theodorico, Adalberoni, & Archiepiſcopatum Trevirenſem, defuncto Poppone, Eberhardo, Præpoſito Wormatienſi, contulit. Haud

Herm. Chro. 1047.

Sæculum XI. A.C. 1047.

multum abhinc temporis Henricus Ecclesiæ Constantiensi Theodoricum Archicapellanum suum, & Præpositum Ecclesiæ Aquisgranensis, Ecclesiæ Argentoratensi Herrandum Præpositum Spirensem, & Virdunensi Theodoricum Præpositum Basileensem, præfecerat.

Clemens II. Papa Imperatorem in Germaniam secutus, obiit hoc ipso anno nona Octobris, postquam menses novem & dimidium in Petri Cathedra sedisset. Sepultus est Bambergæ, cui Ecclesiæ antea præfuerat, ubi hodieque ejus Sepulchrum visitur. Post obitum Clementis, Romani Halinardum Archiepiscopum Lugdunensem Papam sibi exoptarunt, nam Imperator, donata magna pecuniæ summa, pactus fuerat, ne se inconsulto Papam eligerent. At Halinardus caute Regiam devitavit, usque dum alius ad Summi Pontificatus apicem electus fuisset.

§. LII.

Martyrium S. Gerardi in Hungaria.

Jo. de Thuroez. c. 30.

Dum hæc alibi geruntur, Hungari Regi Petro semper infensi, tres viros principes, olim fuga sibi consulere coactos, Andream, Belam & Leventeum, ex S. Stephani genere ortos, revocarunt. Cumque illi advenissent, seditiosi licentiam sibi dari contumaciter petierunt, qua, sicut majores sui, moribus paganorum viverent,

verent, Episcopos & Clericos necarent, Ecclesias destruerent, Religionem Christianam devoverent, Idola adorarent. Quid agerent Andreas & Leventeus, nam Bela necdum redierat? nempe furori populi cedendum fuit, cum non aliis conditionibus contra Petrum Regem dimicaturos se plerique affirmarent. Quidam Vatha omnium primus Deorum cultum professus caput sibi rasit, relictis tribus floccis temere dependentibus, cujus hortatu Hungari passim sacrificare Dæmonibus & carnes equinas comedere cœperunt. Christianos sive Clericos, sive Laicos neci dabant, Ecclesias flammis vastabant. Tandem in Petrum Regem aperte rebelles, omnes Germanos & Latinos, quos ad diversa munia obeunda in Hungariam sparserat, probrosa morte tollunt, mittuntque ad Petrum immanem Legationem, quippe significari jubebant, Episcopis, Clericis & omnibus decimarum Exactoribus moriendum esse, Cultum Deorum restituendum, & Petri memoriam ex omnium posterorum mente delendam. Sæculum XI. A.C. 1047.

Tum Andreæ, & Leventeo cum copiis usque ad oppidum, vulgo *Pest*, in ripa Danubii positum, progredientibus Episcopi quatuor Gerardus, *Beztrit*, Buldius, & Benetha, cum eos venire comperissent, Alba egressi obviam processerunt,

Sæculum XI. A.C. 1047.

runt, ut honorifice exciperent. Ubi in locum, qui *Giod* dicebatur, pervenerunt, Missæ a Gerardo celebratæ interfuere, qui priusquam Sacra exordiretur Collegas allocutus, *scitote, Fratres mei!* inquit, *nos hodie, Episcopo Benetha excepto, Martyrii palmam consecuturos.* His dictis, cum omnes Sacra Communione refeciſſet, usque ad supra dictum pagum *Pest* iter prosequuntur. Ibi vero a Vatha ejusque Satellitibus infidelibus cinguntur, & injecta saxorum grandine lacessuntur. Necdum tamen hoc primo impetu læsus est Gerardus Episcopus, qui in vehiculo suo sedens saxis volantibus nihil aliud opponebat, quam Benedictionem suam & signum Crucis, quod super hostes continuo formabat. Illi everso vehiculo Episcopum in terram effusum lapidibus conterunt alta voce clamantem: *Domine JEsu Christe! ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciant.* Tandem aliquis hasta corpus jacentis perforat, ex quo vulnere animam exhalavit. Duo quoque Episcopi *Beztrit*, & Buldius & permulti Christiani occisi. Sed superveniens Andreas Dux Benetham Episcopum a morte liberavit. Ita omnibus patuit, veram fuisse Prophetiam Gerardi, quem Ecclesia inter Martyres ipsa die, qua passus est, vigesima quarta Septembris, colit.

vit. S. Gerard. Sæc. 6. Ben. p. 630.

Martyr. Ro. 24. Sept.

Cete-

Ceterum Petrus Rex captus & occæcatus paucos post dies ex dolore obiit; *Endre* vero seu Andreas Dux Alba regali eodem anno millesimo quadragesimo septimo a tribus Episcopis, qui post barbaram Christianorum cædem supererant, coronatus est. Tunc vero Lege edita omnes Hungaros, addita probrosissimæ necis comminatione, Deorum cultum abjicere, Religionem Christianam recipere, & secundum Leges a S. Stephano Rege suo acceptas vivere jussit. Magno etiam Religionis Christianæ bono accidit, ut eodem tempore Leventeus fatis fungeretur, qui si diutius vitam protraxisset, & potestatem Regiam esset assecutus, sine dubio Idololatriam revexisset. Andreas Rex Monasterium S. Aniano dedicatum in quodam loco Typhon dicto ædificavit, atque exinde Hungaria a Christianis Sacris nunquam recessit.

Sæculum XI. A.C. 1048.

§. LIII.

S. Bartholomæus Tusculanus.

Inter hæc Romæ Benedictus IX. in Festo quatuor Coronatorum, die Dominica, octava Novembris, anno millesimo quadragesimo septimo, Sacram Sedem tertio invasit, eamque octo mensibus & diebus decem, usque ad Festum S. Alexii, decimam septimam Julii, anno millesimo quadragesimo octavo tenuit. Tandem

M. S. ap. Papebr. Chro. Cass. lib. II. c. 81. vit. Barthol. in thesaur. Ascet. Poss. p. 429. Benedictus Papa.

Sæculum XI. A.C. 1048.

dem subeunte animum pœnitentia, accersito Bartholomæo Abbati in *Grotta Ferrata* peccata sua aperuit, & remedium petiit. S. Abbas ab omni assentandi studio remotissimus candide edixit, neutiquam ipsi licere officio Sacerdotali fungi, sed potius omnes cogitationes eo esse convertendas, qua ratione per pœnitentiam Deo reconciliaretur. Porro Benedictus amici consilium amplexus Dignitate se abdicavit.

Bartholomæus Abbas Rosciani in Calabria parentibus, Constantinopoli oriundis, natus, & eorundem cura literis imbutus, adhuc puer in vicinum monasterium missus est, ubi jam tunc inter coævos virtutum splendore eminuit. Cum vero de vita Sancti Nili Popularis sui mirabilia percepisset, patria furtim relicta, ad eum in Campaniam se contulit. Ibi Sanctus Abbas, quamvis Discipulos numeraret omnino sexaginta, nihilominus juvenem Bartholomæum ob egregios mores ceteris omnibus præposuit. Bartholomæus S. Nilum ad Cænobium, *Grotta Ferrata*, transeuntem secutus, ipso defuncto a fratribus in Abbatem deposcebatur. Et tunc quidem juventutem obtendens onus effugit, sed post mortem duorum succedentium Abbatum, cum nulla excusatio suppeteret, tertius S. Nili Successor electus est.

Ad

Ad Dignitatem Abbatialem evectus laborem describendi libros, nam literas pulcherrime efformabat, non dimisit. Complures Hymnos in laudem Sanctæ Virginis, S. Nili, aliorumque Sanctorum concinnavit. Monasterii Ecclesiam Sanctæ Virgini Sacram a fundamentis eduxit, & Congregationis numerum auxit. Donum convertendi peccatores a Cœlo acceperat. Et tanta erat exhortantis Principes auctoritas, ut cum Princeps Salernitanus Dominum Cajetæ urbis in bello captum custodiret, eum non solum monente Bartholomæo libertati restituerit, sed etiam altero principatu donaverit. Sæculum XI. A.C. 1048.

§. LIV.

Damasus II. Leo IX. Papæ.

Eadem, qua Benedictus Papa Sacram Sedem reliquit, die, nimirum decima septima Julii, anno millesimo quadragesimo octavo, coronatus est Summus Pontifex Poppo, antea Episcopus Brixinonensis, ab Imperatore in Germania designatus, & Romam missus, ubi Romani venientem honorifice exceperunt. Is Damasus II. appellari voluit; sed postquam S. Sedem non plus viginti tribus diebus tenuisset, Prænestæ octava Augusti anno millesimo quadragesimo octavo e vivis abiit. Sepultus est in Basilica *Herm. Chr.* 1048.

Sæculum XI. A.C. 1048.

S. Laurentii extra urbem, vacavitque S. Sedes ſex menſibus. Interim in Comitiis ſeu Conventu Præſulum & Optimatum, ab Imperatore Wormatiæ ſequente autumno celebrato, unanimi omnium voce Bruno Epiſcopus Tullenſis, præſens, ſed ab iſta ambitione alieniſſimus, Papa eligitur. (*) Annos ætatis tunc numerabat Bruno quadraginta ſex, quorum viginti duos in Epiſcopatu laudabiliſſime transegerat. Nam nihil antiquius habuerat, quam Monaſteria opera uſus Guiderici Abbatis ad S. Aprum, S. Guilielmi Divionenſis Diſcipuli, reformare. Olim etiam Bruno laborem non inutilem ad pacem inter Rudolphum Regem Burgundiæ & Robertum Regem Franciæ reducendam impenderat. Viri pietas, quam præterea eximius corporis habitus & humaniſſimi mores commendabant, omnis conditionis hominibus chariſſimum efficiebat. Muſicam amabat, nec artem modulos concinnandi ignorabat. Singulari devotione S. Petrum colebat, cujus limina inviſurus ſingulis annis cum quin-

vit. Leo IX. Sæc. 6. Ben. par. 2. 68. Boll. 19. to. 10. p. 696.

(*) Hic P. Natalis Alexander Reflexionem inſerit: *Defuncto namque Damaſo II.* (Bruno) *ab Henrico Imperatore, id auctoritatis peſſimis illis temporibus ſibi tribuente, in Conventu Wormatienſi anno* 1048. *Romanus Pontifex deſignatus eſt.*

quingentis non nunquam piæ peregrinationis sociis Romam proficiscebatur. Hæc fuit Brunonis Episcopi vita, cum ad Papatum assumptus est. Sæculum XI. A.C.1048.

Tantum onus diutissime refugit Bruno, cumque omnes instarent, triduum ad deliberandum petiit, quo temporis spatio jejuniis vacans & orationibus, omnino sine cibo potuque perseveravit. Publice deinde peccata sua confessus est, sperans, sic fore, ut tanquam indignus a Pontificatu repelleretur, sed cum in hac confessione largiter fleret, præsentium omnium lacrymas elicuit, minime vero effecit, ut a sententia dimoverentur. Ergo Pontificatum suscipere cogitur, coram Legatis Romanis declarans, se ea solum conditione Dignitatem accipere, si videret, totius Cleri ac Romani populi communem esse sine dissidio consensum. Tullum postea rediit, ubi Festa Nativitatis Domini, assistentibus quatuor Episcopis Hugone Italo Romanorum Legato, Eberhardo Archiepiscopo Trevirensi, Adalberone Episcopo Metensi, & Theodorico Virdunensi, celebravit.

Bruno sumpto peregrini habitu ex urbi Tullensi iter Romam arripuit, indefesse Sacris orationibus pro Salute tot animarum ipsi commissarum intentus. Apud Augustam civitatem divertenti & oranti vox allapsa est: *Dicit Dominus,*

Sæculum XI. A.C. 1049.

Jerem. 29. 11. 12. 14.

ego cogito cogitationes pacis, & reliqua illius Introitus, de Jeremia excerpti, quæ ultimis Dominicis post Pentecosten cantantur. Hoc solatio animatus, innumera hominum multitudine undique confluente, Romam pervenit. Tota in occursum Pastoris effusa est civitas, Ecclesiasticis cantionibus maximam lætitiam professa. Ipse ex equo descendit, & diu pedibus nudis ambulavit. Postquam vero preces complevit ad Clericos Populumque dicere cœpit. Proposuit, se ab Imperatore ad tantum onus portandum fuisse delectum, rogavitque, ut liberrime voluntatem suam, qualiscunque esset, aperirent. Secundum Canones Electionem Cleri populique quibusvis aliorum Suffragiis præponi oportere. Se vero, qui invitus adveniisset, lubentissimo animo ad sua remeaturum, nisi unanimi omnium ordinum consensu electio sua confirmaretur. Cumque populus his dictis nulla verba, sed plausus & jubila redderet, iterum effatus Pontifex, Romanos ad emendationem morum hortatus est, seque omnium precibus adjuvari expetiit. Quare duodecima Februarii anno millesimo quadragesimo nono, prima Dominica Quadragesimæ, Leo IX. nam id nominis sibi elegit, S. Petri Cathedræ imponitur, in qua annis quinque sedit.

Romam

Romam delatus novus Pontifex Ærarium Apoſtolicum vacuum invenit; pecunia vero, quam domo tulerat, tum in itineris expenſas, tum in eleemoſynas erogata fuerat. Sed & omnes, qui cum Leone ex Germania venerant, inopia premebat, cum ecce, illa die, qua eum clam relinquere & fugere conſtituerant, adſunt Nuncii a viris nobilibus provinciæ Beneventanæ miſſi pretioſa dona ferentes ad Papam, cujus Benedictionem & tutelam ſibi depoſcebant. Ille modicam fidem ſuis exprobravit, docens ex hoc exemplo, de ope Divina nunquam eſſe deſperandum. Exinde cum S. Leonis fama Romam ingentem multitudinem peregrinorum pertraheret, oblationes copioſiſſimas ad ejus pedes profundentium, nulla re vel ſibi vel ſuis reſervata, omnia in pauperes diſpergebat. Sæculum XI. A.C. 1049.

§. LV.

Concilium Romanum.

Secunda ſeptimana poſt Feſtum Reſurrectionis, quod anno milleſimo quadrageſimo nono in diem vigeſimam ſextam Martii inciderat, Leo IX. Papa Concilium Romæ celebravit, quo non ſolum Epiſcopis Italiæ, ſed etiam Galliæ convocatis, omnes Ordinationes Simoniacorum nullas declaravit. Magnum vero hæc Conſtitutio tumultum excitavit; nam *tom. 9. Conc. p. 1049. Herm. Chr. 1049.*

Sæculum XI. A.C. 1049

nam Presbyteri, quin & Episcopi, quere-bantur, ita fore, ut Ministeria Ecclesiastica, præsertim Missæ, in cunctis propè Ecclesiis cessarent, quod Fideles ad desperandum impelleret, & ipsam Religionem Christianam perditum iret. Post. quam diu multumque disputatum, Papæ obtulerunt Clementis II. Decretum, in quo statuebatur, ut Simoniace ordinatis, si quadraginta dierum pœnitentiam egissent, Ministerio Ordinis sui fungi liceret. Cui Leo IX. acquiescendum esse credidit. In eodem Concilio constituit, ut omnes Clerici, qui relictis Hæreticis ad sinum Ecclesiæ Catholicæ redirent, suum quidem Ordinem servarent, sed ad superiorem promoveri non possent.

In eodem Concilio Papa ratam habuit Joannis Episcopi Tusculanensis ad Sedem Portuensem Translationem tanquam utilem quin & necessariam, eique & Successoribus ipsius omnia Bona Ecclesiæ Portuensis, atque inter alia Insulam S. Bartholomæi Romæ, de qua cum ipso Episcopus S. Sabinæ litigabat, de jure competere pronunciavit. Eidem Papa jus pristinum, nempe Ministerium Episcopale ultra Tiberim administrandi, confirmavit. Unde cognoscimus, Diœcesim Romanam ultra mœnia non fuisse extensam. Ista discimus ex Bulla, data vigesima secunda Aprilis, anno millesimo qua-

quadrageſimo nono Indictione ſecunda, cui Epiſcopi quindecim, & duo primi Eberhardus Archiepiſcopus Trevirenſis, &Halinardus Lugdunenſis ſubſcripſerunt. Sæculum XI. A.C.1049.

Præter iſtud Concilium Papa & aliud celebravit Ticini in Hebdomada Pentecoſtes, quod Feſtum hoc anno in decimam quartam Maji incidebat. Inde, monte Jovis ſuperato, Alpes transgreſſus, multis Romanis Pontificem ſequentibus, in Germaniam ad Imperatorem ſe contulit, quocum Feſtum S. Petri Coloniæ celebravit. In illo itinere S. Leo Decretum Exemptionis Abbatiæ Cluniacenſis, Bulla undecima Junii data, & data, & ad Hugonem Abbatem (nam abhinc menſibus ſex S.Odilo animam Deo reddiderat) directa, confirmavit. *Herm. Chro.*

§. LVI.

S. Odilonis Extrema.

Sanctus Odilo per ultimos quinque vitæ ſuæ annos acerbis morbi doloribus afflictus, cum mortis tempus imminere ominaretur, iter Romam ſuſcepit, ſperans, ſe ſub tutela Apoſtolorum, quod unice in votis fuerat, ex hac vita migraturum. Manſit ibi menſibus quatuor, graviter decumbens, Clemente II. Papa clavum Eccleſiæ tenente, qui ægrotum ſæpe inviſebat, & multis colloquiis ſolabatur. Multi quoque Monachi Clericique, quos inter ſcientia eminebat Laurentius *vit. c. 14. Sæc. 6. Ben p. 688.*

Sæculum XI. A.C. 1049.

rentius Episcopus Amalphiensis, vir in libris Græcorum Latinorumque Scriptorum versatissimus, ad S. Virum veniebant. At ipse præter spem omnem sanitati restitutus Cluniacum rediit, ubi integro ferme anno jejuniis, orationibus & vigiliis, quantum vires corporis sinebant, vacavit. Ceterum animo constituit Monasteria sua lustrare, fratres doctrina & exhortationibus confirmaturus, & in eo labore mortem, ubicunque se occuparet, expectaturus. Ergo hoc iter ingressus Silviniacum pervenit, ubi S. Majolus, ipsius Antecessor, fatis functus fuerat, cumque ibi colicæ dolores, quibus jam diu cruciabatur, ingravescerent, tandem actum esse de vita intellexit. Extrema unctione & Communione munitur, & ante oculos ponitur imago Crucifixi, cujus aspectu in tenerrimos affectus erumpebat. In Vigilia vero Natalis Domini orationem ad fratres habuit ea constantia, qua olim optima valetudine fruens solebat, eosque in obitu suo solari conatus est. In ipso Festo in Ecclesiam morituriens deferri voluit, ubi Psalmos & Antiphonas exordiebatur, Benedicebat, & omnibus officiis, quibus poterat, hilari animo fungebatur, confidens se in Festo Circumcisionis, ut olim, amicorum charissimus, Guilielmus Abbas Divionensis, spiritum in manus Salvatoris

ris sui exhalaturum. Toto illo temporis spatio S. Odilo vix ullo alio cibo quam S. Evchariſtia reficiebatur. Cum ad extrema deductum conſpexerunt fratres, in terram ſuper cilicium, cinere conſperſum, eum demiſerunt, ubi ſtatim placidiſſime expiravit, oculis in Cruce defixis, noctu, in Dominica, die prima Januarii, anno Salutis milleſimo quadrageſimo nono, ætatis ſuæ octogeſimo ſeptimo, ex quo munus Abbatiale gerebat quinquageſimo ſexto. Eccleſia ejus memoriam ipſa obitus die colit. Sæculum XI. A.C. 1049. *Martyr. Ro. 1. Jan.*

§. LVII.

Commemoratio Defunctorum.

Nulla res S. Odilonem magis celebrem effecit, quam Commemorationis omnium Defunctorum Inſtitutio. Revelationem, quæ ſanctæ conſuetudini originem dedit, diverſi diverſe referunt; iſtud vero mihi magis veriſimile videtur. Pio cuidam Equiti a peregrinatione Jeroſolymitana redeunti, & a recta ſemita per deſertum erranti, occurrit Eremita, qui cum ex eo didiciſſet, eſſe ex Gallia advenam, quæſivit, an monaſterium Cluniacenſe & Odilonem Abbatem noviſſet, & Equite peregrino reſpondente, quod Odilo Abbas ſibi probe cognitus eſſet, repoſuit Eremita: *Deo revelante cognovi, ipſum gratia præditum eſſe libe-* *vit. Sæc. 6. Ben. p. 1. c. 13. Elog. ibid. n. 112.*

Sæculum XI. A.C. 1049.

liberandi animas ex pœnis, quas in altera vita sustinent. Igitur domum reversus hortare Odilonem, & Congregationis illius fratres, ut, quemadmodum hucusque fecerunt, ita etiam inposterum pro defunctis preces peragant, & eleemosynas distribuant.

Quidquid de hac Revelatione sit, ad nos usque pervenit Decretum, Cluniaci conditum, pro Institutione hujus Ritus solemnis in hæc verba: *Decretum est a beatissimo Patre Nostro Odilone, consentientibus & rogantibus omnibus Fratribus Cluniacensibus, ut sicut in cunctis Ecclesiis Kalendis Novembris celebratur Festum omnium Sanctorum, ita apud nos agatur commemoratio omnium Fidelium defunctorum, qui ab initio Mundi fuerunt usque in finem, hoc modo: Ipso die supradicto post Capitulum Decanus & Cellerarii facient eleemosynam de pane & vino omnibus supervenientibus pauperibus, & Eleemosynarius recipiat, quidquid de refectione Fratrum ad prandium remanserit. Eodem die post Vesperas omnia signa pulsentur, & cantentur Vesperæ pro Defunctis. Altero die post Matutinos pulsentur denuo omnia signa, & agatur Officium mortuorum. Festivo autem more celebretur Missa, Tractum duo Fratres cantent, cuncti privatim offerant, & duodecim pauperes reficiantur. Volumus, ut*

hoc

hoc Decretum perpetuum vigorem obtineat, & præcipimus, ut tam in hoc loco, quam in aliis huic subjectis servetur. Si vero alius aliquis exemplum nostrum secutus fuerit, particeps omnium bonorum votorum fiat. Huc usque Decretum Cluniacense. Ceterum istud institutum brevi aliæ Ecclesiæ & tandem tota Ecclesia Catholica suscepit.

S. Odilo in suis monasteriis literarum amantes fovit, & ad laborandum excitavit. Ipso jubente Rudolphus Glaber ævi sui Historiam scripsit, & ipse Odilo complurium Operum auctor extitit, ex quibus hodieque habemus Vitam S. Majoli ipsius Antecessoris, item Vitam S. Adelheidis Imperatricis, aliquas Epistolas, & Sermones in Festa præcipua. Complures Discipulos in viros egregios formavit, eumque maximi illius ætatis viri in rebus difficilibus consuluerunt. Paulo ante obitum interrogatus, quem dignissimum judicaret, ut ipsi in Regimine succederet, respondit: *Hoc negotium Dei Dispositioni & Fratrum electioni relinquo.* Quod forte timeret, ne si exemplum secutus quatuor Antecessorum suorum Successorem nominaret, hæc consuetudo in Monasterio Cluniacensi contra S. Benedicti Regulam, in qua libera Electio præscribitur, prævaleret. S.

Bibl. Clun. p. 349.

Sæculum XI. A.C. 1049. Odilone defuncto Hugo una omnium voce electus est.

§. LVIII.

S. Hugo Abbas Cluniacensis.

vit. Bibl. Clun. p. 414. Boll. 29. Apr. to. II. p. 628.

Hugoni in Diœcesi Augustodunensi, anno millesimo vigesimo quarto, in lucem edito, Dalmatius Pater, Comes Semurienſis, Sagum, honoresque militares, Mater vero Sacerdotium destinabat. Ille matris propensioni propior nec equis, nec armis gaudebat, & latrocinia, quibus tunc ferme omnes viæ publicæ infestabantur, vehementissime horrebat. Itaque licet ægre impetrata licentia apud Hugonem Propinquum suum, Episcopum Antissiodorensem, & Comitem Cabilonensem literas discendi, postquam Grammaticæ operam dedisset, relicto mundo, annos natus quindecim, Cluniaci Cucullum induit. Inde annis aliquot elapsis S. Odilo eximiis Hugonis meritis exploratis, licet juvenem, monasterii Priorem constituit, & in Germaniam delegavit, ubi ipsius opera effectum, ut Monachis Paternaci in Diœcesi Lusunensi cum Henrico Imperatore in gratiam redire licuerit. Ceterum in Germania degens Hugo, comperta S. Odilonis morte, Cluniacum rediit donis cumulatus, quæ illuc Imperator mittebat. Tum ad eligendum Abbatem conveniunt, Adalmanus illius

illius Congregationis Senior Hugonem Priorem in Abbatem designat, omnes ipsius vocem suo confirmant suffragio. Igitur Hugo frustra reluctans eligitur, & Benedictionem Abbatialem, conferente Hugone Archiepiscopo Vesuntino, in Festo Cathedræ S. Petri, anno millesimo quadragesimo nono, annos natus viginti quinque, recipit. Abbatiæ Cluniacensi deinde annis sexaginta præfuit. Sæculum XI. A.C. 1049.

§. LIX.

Leo Papa in Francia.

Eodem anno Hugo Abbas Cluniacensis Concilio Remensi, a Leone IX. Papa celebrato, interfuit. Herimaro, S. Remigii Abbati, promiserat Pontifex dedicaturum se novam Ecclesiam ab hoc Abbate ædificatam. Cumque Henricus Rex Franciæ in Festo Pentecostes anno millesimo quadragesimo nono Laoduni ageret, ad eum se contulit Abbas, rogans, ut & ipse huic Dedicationi interesse dignaretur, & Episcopos Regni sui convenire datis literis juberet. Pollicitus est Rex, quod rogabatur, & Abbas per Epistolas Franciæ & vicinarum provinciarum Fideles omnes invitavit, ut lætissimis Solemniis adessent. Papa Colonia digressus ad Festum Exaltationis S. Crucis Tullum pervenit, unde missis ad Episcopos Abbatesque mandatis, eos *Hist. Dedic. n. 7. Sæc. 6. Ben. p. 715.*

Sæculum XI. A.C. 1049.

prima die Octobris Remos, ubi Concilium peracta Dedicatione celebrare constituerat, convenire jussit.

Tunc vero quidam Optimates Laici, quibus conscientia incestas nuptias, aliaque flagitia juxta Disciplinam Ecclesiasticam punienda, exprobrabat, non nulli Episcopi & Abbates, pertimescentes, ne ad examen vocaretur, qua via ad illas Dignitates perveniissent, & an in iis constituti suo munere rite functi essent, Regi Franciæ suggesserunt, Regni sui gloriam obfuscatum iri, si Papam in medio Galliæ tanta potestate uti pateretur, & ipse Rex sua præsentia Concilii auctoritatem augeret. Nullum in antiquis monumentis reperiri vestigium, quod Majores ipsius Papæ, civitatem, quamcumque voluisset, ad celebranda Concilia intrare, indulsissent.

Nempe Concilium Trecense a Joanne VIII. celebratum ignorasse videntur. Tandem adjiciebant, Concilia pacato & tranquillo tempore esse agenda, nunc vero turbatam esse Regni pacem temeritate & contumacia multorum Procerum, qui patrimonia & arces Regias armis occupare ausi essent. Itaque Rex ad conservandam potius Salutem Reipublicæ quam celebrandas Synodos animum adjiceret. In Rebelles movendum esse; quare Episcopi & Abbates, in Re-

gno

gno Franciæ ditionum ampliſſimarum Domini, inprimis autem Abbas S. Remigii, quem inſana ambitio impuliſſet, ut Papam ex Italia ad dedicandam Eccleſiam ſuam advocaret, Regem ad caſtra pergentem ſequi compellerentur. Ceterum eorum, qui Concilio obſiſtebant, præcipui Gebuinus Epiſcopus Laodunenſis & Hugo Comes Branienſis * fuere. Porro Rex, cui ex æquo diſputare videbantur, Papæ per Epiſcopum Silvanectenſem perſcribi juſſit; ſe modo cum Epiſcopis & Abbatibus ſuis arma in rebelles ſubditos arripuiſſe, hinc præſtituta die ad Concilium venire non poſſe. Papa ergo profectionem ſuam in Franciam differret ad tempus opportunum, quo Rex a negotiis expeditus ſummum Paſtorem congruo honore proſequi poſſet. Reſpondit Papa; ſe promiſſum S. Remigio datum fallere nequaquam poſſe. Iturum ſe omnino ad dedicandam Eccleſiam, & Concilium cum iis denique, quicunque adeſſent, celebraturum. Rex accepto reſponſo nihilominus in Seditioſos movit valido cinctus exercitu, atque Epiſcopi & Abbates inviti ſequebantur, ſi illos excipias, qui timebant, ne actorum ſuorum rationem Pontifici reddere cogerentur, his enim ſolis bellum placebat. Abbas quoque S. Remigii cum ceteris ad caſtra proficiſci compulſus eſt.

Sæculum XI. A.C. 1049.

* Braine.

Sæculum XI. A.C. 1049. Sed, confecto unius diei itinere, ei ad sua redire permissum.

Papa Tullo digressus Remos pervenit in Festo S. Michaelis, Archiepiscopis tribus, Trevirensi, Lugdunensi & Vesuntino, Joanne Episcopo Portuensi, Petro Diacono & Romanæ urbis Præfecto comitantibus. Advenientem Episcopi Franciæ tres, qui Remis versabantur, videlicet Silvanectensis, Andegavensis & Nivernensis cum Clericis, Abbatibus Monachisque obviam egressi apud S. Remigii Ecclesiam, tunc extra urbem positam, receperunt. Urbem vero ingredienti occurrit Archiepiscopus Remensis cum Clericis suis, eumque ad Ecclesiam Metropoliticam deduxit. Consedit Pontifex in Cathedra Archiepiscopi, ipso ad dextram, & Archiepiscopo Trevirensi ad sinistram stantibus. Cum deinde Missæ Solemnia peregisset, in majori Palatio prope Ecclesiam sito ab Archiepiscopo Remensi convivio excipitur.

§. LX.

Dedicatio Ecclesiæ S. Remigii.

Altera die, ultima Septembris, Papa ne populi frequentia impediretur, noctu dum vigiliæ nocturnæ a fratribus explentur, duobus solum Capellanis comitantibus, ad S. Remigium remeavit, ubi balneo lotus & tonsus est, sequenti die Dedi-

Dedicationis Solemnia peracturus. Tum ingressus domum Ecclesiæ contiguam, foribus clausis Missæ Sacrificium se præsente offerri jussit; nam tanta aderat hominum multitudo, ut Monachi officium Divinum in Ecclesia celebrare non possent. Nempe non solum ex proximis oppidis, sed etiam ex remotis regionibus tam Urbani, quam Ruricolæ, utriusque sexus omnisque conditionis homines pæne innumerabiles confluxerant. Cuncti Sepulchro S. Remigii osculum figere, & dona sua imponere gestiebant. Qui vero stipatorum violentia repulsi proxime accedere non poterant, de longe projectis muneribus Sancti tumulum obruebant. Sæpe turbarum densitate fatigati, ut liberius spirare daretur, in amplissimum atrium exibant, ubi se Pontifex ex altiore porticu conspiciendum præbebat, Benedictionem impertiebatur, & salutarem doctrinam prædicabat. Namque ter illa die dixit ad populum. Sæculum XI. A.C. 1049.

Nocte appetente jussit Papa, ut omnes ex Ecclesia S. Remigii dimitterentur, sicque sine strepitu officium nocturnum perageretur. At populus tamen in foro extra Ecclesiam innumeris facibus collucentibus pernoctavit. Altera die mane Papa in Ecclesia excepit S. Cornelii Corpus, quod Clerici Compendienses illuc detulerant; nam in ipsorum Ecclesia latroci-

Sæculum XI. A.C. 1049.

trociniis infesta custodiri non poterat. Ad horam tertiam cum Papa, ornatus vestibus Pontificiis, ad tumulum S. Remigii cum thuribulis & Crucibus, comitantibus quatuor Archiepiscopis, & compluribus Abbatibus, processisset, & de Altari accepta fuisset arca, in qua Sancti Reliquiæ reconditæ erant, hanc suis humeris deportare cœpit. Moxque onus subeuntibus aliis in proximum Oratorium fecessit. Tum vero apertis Ecclesiæ januis tanta hominum multitudo irrupit, ut aliqui miserandum in modum suffocati, aliqui contriti vitam amiserint. Corpus Viri Sancti per confertos populorum cuneos ægre delatum tandem in Ecclesia Metropolitica S. Mariæ depositum. Sequente die, secunda Octobris, 2. Octobr. Sacrum Corpus extra civitatem circa muros defertur, dum interea Pontifex cum Episcopis dedicat & consecrat Monasterii Ecclesiam, quo iterum relatum per fenestram, cum per portas ob turbas hominum non posset, demittitur. Necdum Papa Sacras exuvias in loco destinato, sed in Altari majore collocari voluit, ubi tempore Concilii expositum præsentes sui reverentia in officio contineret. Præcepit etiam, ne quis alius nisi Archiepiscopus Remensis, Abbas S. Remigii, & bis per annos singulos septem Presbyteri ex Ecclesiæ Remensis Clericis delecti

delecti super hoc Altare Missam celebrarent. Ultimo Pontifex solemnem Absolutionem populo, qui his Solemniis interfuerat, impertitus, Episcopos & Abbates altera die ad Synodum celebrandam adesse jussit. Sæculum XI. A.C. 1049.

§. LXI.

Concilium Remense. Sessio prima.

Primæ Sessioni initium datum est tertia die Octobris in Ecclesia S. Remigii. Aderant Episcopi viginti, quinquaginta circiter Abbates, & complures alii Clerici. Tunc vero lis antiqua inter Clericos Remenses & Trevirenses recruduit. Dicebant Remenses, Archiepiscopum suum Primatu in Gallia gaudere, ideoque primum ipsi post Papam locum in Concilio competere. Trevirenses eandem Dignitatem & prærogativam Archiepiscopo suo tribuebant. At Papa intempestiva moveri jurgia existimans jussit, sedes Episcoporum in circulum disponi, suam in medio collocari, & Archiepiscopum Remensem suum unicuique Episcoporum locum assignare. Sederunt ergo Episcopi hoc ordine: Papa in medio Chori, facie ad Orientem versa, ex adversa parte in latere dextro Archiepiscopus Remensis, & in sinistro Trevirensis. Post Archiepiscopum Remensem Episcopi quatuor, Beroldus Suessionensis, 3. *Octobr.* *Sup. l. LI. §. 25.*

Sæculum XI. A.C. 1049.

nenſis, Drogo Teruanenſis *, Frolandus Silvanectenſis, & Adalbero Metenſis. Ad meridiem, Halinardus Archiepiſcopus Lugdunenſis, Hugo Epiſcopus Lingonenſis, Joffredus Conſtantinenſis, Ivo Sagenſis, Hebertus Liſoienſis, Hugo Bajogarenſis, Hugo Abrincenſis, Theodoricus Virdunenſis. Ad Septentrionem, Hugo Archiepiſcopus Veſuntinus, Hugo Epiſcopus Nivernenſis, Euſebius Andegavenſis, Pudicus Nannetenſis, Dudux Epiſcopus Velinenſis in Anglia, & Joannes Epiſcopus Portuenſis. Poſt Epiſcopos etiam per orbem ſedebant Abbates, quorum præcipui erant Herimarus S. Remigii, Hugo Cluniacenſis, Sigefridus Gorzienſis, Fulco Corbejenſis, Robertus Prumienſis, Rainoldus S. Medardi, Giruinus S. Richarii, & Godefridus Verzelliacenſis. Duo quoque Abbates Angli, cum Epiſcopo Velinenſi ab Eduardo Rege miſſi aderant.

* Morinenſis.

Silentio a præcone imperato, Petrus Diaconus & Eccleſiæ Romanæ Cancellarius, jubente Papa, materiam in Concilio pertractandam expoſuit, nimirum de abuſibus, qui in Eccleſias Galliarum contra Canones irrepſerant, de Simonia, de functionibus Eccleſiaſticis & Eccleſiis, quas Laici uſurpabant, de tributis, quæ ab Eccleſiis contra fas exigerent, de nuptiis inceſtis vel adulterinis, de apoſtaſia monachorum

chorum & Clericorum a ſancto propoſito & habitu recedentium, de Clericis militantibus, de rapinis, de pauperibus injuſte captis, de vitio Sodomitico, & quibusdam Hæreſibus, quæ in illis partibus pullulaverant. Quibus propoſitis admonuit omnes, qui aderant; Domno Papæ conſilium & opem præberent, ut hæc Zizania Divinæ ſegetis ſemen ſuffocantia extirpari poſſent. Tum ad Epiſcopos ſermone converſo commonuit eos ſub pœna anathematis, ut ſi quis eorum per Simoniacam Hæreſim ad Sacros Ordines perveniſſet, vel accepto prœmio quemquam ordinaſſet, id publica confeſſione patefaceret. Sæculum XI. A.C. 1049.

Primus ergo Trevirenſis Archiepiſcopus ad hæc verba ſurrexit, ſeque pro Epiſcopatu nec aliquid dediſſe, nec alicui Sacros Ordines vendidiſſe reſpondit. Deinde Lugdunenſis & Veſuntinus ſurgentes ab hujusmodi culpa profeſſi ſunt ſe eſſe immunes. Tunc præfatus Diaconus ad Archiepiſcopum Remenſem ſe convertit, & quid ad iſta ediceret, requiſivit. At ille inducias petiit usque in ſequentem diem, dicens ſe velle privatim Papæ loqui. Quod ubi ipſi fuit conceſſum, ceteri omnes ſurgentes per ordinem ſe a Simoniæ ſuſpicione purgarunt, quatuor tantummodo exceptis, ſcilicet Lingonenſi, Nivernenſi, Conſtantinenſi, De Simonia.

Sæculum XI. A C. 1049.

tinenſi, & Nannetenſi. Quorum cauſa ea die relicta Diaconus ad Abbates converſus, eos hortatus eſt, ut confiterentur, ſi forte in Ovile Dominicum aliunde & non per oſtium ingreſſi eſſent. Primus S. Remigii Abbas ſurgens congrua reſponſione hanc ſuſpicionem a ſe amolitus eſt. Tum etiam Cluniacenſis & plures alii. Non nulli vero nihil reſpondere auſi.

Epiſcopus Lingonenſis exinde graves querelas contra Abbatem Pultarienſem, Diœceſanum ſuum, in medium attulit, dicens, quod in fœtore luxuriæ viveret, & excommunicatus, quia cenſum annuum Eccleſiæ Romanæ debitum ſolvere detrectaſſet, nihilominus Miſſarum Sacramenta celebrare & ad Synodum venire præſumpſiſſet. Abbas in Synodo præſens, cum interrogatus objecta diluere non poſſet, a ſuæ Dignitatis honore depoſitus eſt.

Poſtea addita comminatione anathematis denunciatur, ut ſi quis affirmaret, quemquam Eccleſiæ univerſalis Primatem præter Romanæ Sedis Antiſtitem eſſe, id publice declararet. Tacentibus omnibus, ex SS. Patrum libris Excerpta lecta ſunt, quibus Papæ Primatus demonſtrabatur. Tandem Papa ſub pœna Excommunicationis prohibuit, ne quis absque licentia recederet, antequam ter-

tia

tia lux in celebratione Concilii consum- Sæculum XI.
maretur. Sicque nocte propinquante A.C.1049.
Conventum dimisit.

§. LXII.

Sessio secunda.

Altera die, quarta Octobris, Episcopis, 4. *Octobr.*
Abbatibus, ceterisque Clericis ad eandem Basilicam S. Remigii convenientibus, Papa cum quibusdam Præsulibus in Oratorium S. Trinitatis secessit, ubi ei Archiepiscopus Remensis privatim suam confessionem exposuit. Deinde de negotiis Ecclesiæ diu deliberatum. Tum Papa exinde procedente secundæ Sessioni consuetis precibus & lectione Evangelii initium datum. Episcopis considentibus Petrus Diaconus Remensem Archiepiscopum provocavit, ut de Simoniaca Hæresi, de qua postulatus hesternas obtinuisset inducias, rationem redderet, accusans eum de pluribus aliis criminibus, quæ se fama vulgante percepisse asserebat. Archiepiscopus licentiam petiit amicos consulendi; qua concessa, collectis Episcopis Vesuntino, Suessionensi, Andegavensi, Nivernensi, Silvanectensi, & Teruano, secreto, quid sibi faciendum, deliberavit. Tum ad Concilium regressus a Papa impetravit, ut pro se Episcopus Silvanectensis causam diceret. Is edixit, Archiepiscopum Simoniæ

Sæculum XI. A.C. 1049.

moniæ reum non esse, quo audito Papa Archiepiscopo præcepit, ut id ipsum jurejurando confirmaret, & sententiam a S. Gregorio latam in causa Maximi Salonensis recitari jussit. Cum Archiepiscopus Remensis iterum Inducias peteret, conceduntur, addito mandato, ut in Concilio Romæ in medio mensis Aprilis celebrando adesset. De ceteris quoque criminibus ipsi objectis examen dilatum, quia nemo aderat, qui Actionem legitime moveret. Post hæc conquerebatur Papa, quod Abbatia Dervensis, quam jure singulari ad se pertinere dicebat, Ecclesiæ Tullensi subtracta fuisset, privilegii acquisiti Decreto recitari jusso. Econtrta Remensis Archiepiscopus respondit, se jus Ecclesiæ suæ antiquioribus editis privilegiis demonstraturum, & Papa ea in Archivis Remensis Ecclesiæ perquiri, atque altera die produci præcepit. Tunc Turonenses Clerici, Archiepiscopo Lugdunensi Oratore usi, querelam intulerunt contra Episcopum Dolensem in Britannia, qui se cum septem Suffraganeis Turonensis Archiepiscopi Jurisdictioni subtraxerat, sibique Archipræsulis nomen contra fas tribuerat. Ad examen hujus causæ sustinendum Episcopus Dolensis Concilio in medio mense Aprili Romæ celebrando interesse jussus est.

Sup. lib. XXXVI. §. 8.

Sup. lib. XLVIII. §. 44.

His

Sæculum XI. A.C.1029.

His ita constitutis Petrus Diaconus in Episcopum Lingonensem invehitur, accusans præsentem, quod Episcopalem Dignitatem per Simoniacam Hæresim consecutus fuisset, quod Sacros Ordines vendidisset, arma tractasset, cædes perpetrasset, alieni matrimonii jura violasset, in Clericos suos tyrannidem exercuisset, impudicitiis adulterio longe pejoribus pollutus fuisset. Cui delationi fidem faciebant complures testes præsentes, inter quos aliquis Clericus asserebat, quod sibi adhuc Laico uxorem suam vi adhibita rapuisset, & post peractum flagitium Monacham esse compulisset. Adfuit & Presbyter quidam, conquerens, quod ab eodem Episcopo captus, satellitum potestati traditus, & modis erubescendis, quos referre honestas non sineret, excruciatus, ad decem libras denariorum solvendas coactus fuisset.

His auditis, Episcopus Lingonensis spatium petiit, quo amicos consuleret. Quo impetrato, Archiepiscopos Vesuntinum & Lugdunensem accersit, eis arcana sua committit, & rogat, ut pro se causam dicerent. Ecce vero, Archiepiscopo Vesuntino ejus causam defendere paranti, subito vocis usus adimitur, quod omnes pœnam a Cœlo immissam crediderunt. Quippe Episcopo Lingonensi auctore pridie Abbas Pultarienſis, ipso longe

Sæculum XI. A.C. 1049.

longe innocentior accusatus & damnatus fuerat. Archiepiscopus usu loquendi privatus Lugdunensi annuit, ut vice ipsius loqueretur. Ergo confessus est, quod Episcopus Lingonensis Sacros Ordines vendidisset, & ab illo Presbytero pecuniam paulo ante memoratam extorsisset. Illud vero negavit, quod eum excruciari jussisset. Cetera quoque omnia inficiabatur. Tum Papa intelligens hoc negotium una die perfici non posse, jam enim nox instabat, Canones de iis statuentes, qui Sacros Ordines accepto pretio conferrent, & inprimis secundum Canonem Concilii Calcedonensis recitari præcepit. Quibus perlectis Conventum solvit.

§. LXIII.

Sessio tertia.

Die sequente, quinta Octobris, Sessio tertia celebrata. Petrus Diaconus dixit, inde exordium esse ducendum, ubi Synodus exactæ diei fuisset terminata. At Episcopus Lingonensis Concilio se subduxerat. Ergo a Promotore Concilii, Pontificis jussu & nomine, ter vocatur. Mittuntur quoque Episcopi Silvanectensis & Andegavensis ad ejus hospitium, qui eum, si forte reperirent, revocarent ad Concilium. Dum expectatur eorum reditus, Promotor ad illos con-

convertitur, qui ſuſpicionem Simoniacæ labis necdum congrua reſponſione removerant. Tunc Epiſcopus Nivernenſis confeſſus eſt, plurimum pecuniæ a parentibus ſuis pro ſuo Epiſcopatu, ſe tamen ignorante, datum fuiſſe, ſeque Epiſcopale munus conſecutum multa contra Eccleſiæ Regulas & Diſciplinam feciſſe, unde aſſerebat, ſe Divinam vindictam pertimeſcere. Ideoque, ſi Papæ & Concilio videretur, malle ſe Dignitate ſua ſe abdicare, quam ea ſervata animam perdere. His dictis Pedum ad Pontificis pedes projecit, qui ſincera ejus pœnitentia flexus, favente etiam Concilio, eundem, quod absque ſuo conſenſu pecunia data fuiſſet, jurejurando comprobare juſſit, ſicque ei, dato alio Pedo, Miniſterium Epiſcopale reddidit. Sæculum XI. A.C. 1049. 5. *Octobr.*

Inter hæc allatum eſt monumentum, ex cujus lectione patuit, Monaſterium * Dervenſe ad jus Archiepiſcopi Remenſis pertinere. Qui vero ad revocandum Epiſcopum Lingonenſem miſſi fuerant, nunciarunt, eum facinorum ſuorum diſcuſſionem metuentem fugam arripuiſſe. Tunc præcipiente Papa lectæ ſunt hac ſuper re SS. Patrum Sententiæ, ſicque univerſi Concilii judicio excommunicationis pœna damnatus eſt. Quod audiens Archiepiſcopus Veſuntinus manifeſtavit, ſe Epiſcopi Lingonenſis cauſam dictu- * Der-Mouſtier.

Sæculum XI. A.C. 1049.

rum, & reum excusaturum, loquendi facultate repente fuisse destitutum, veniam a toto Conventu petens, quod miraculi novitatem eousque celasset. Papa usque ad lacrymas compunctus dixit: adhuc vivit Beatus Remigius. Simul ipso jubente surgentes omnes, cum eo ante S. Remigii sepulchrum prostrati Antiphonam ejusdem Sancti cecinerunt.

Coutance. Post hæc Episcopus Constantinensis confessus est, se ignorante, a quodam fratre suo emptum sibi Episcopatum fuisse, & adjecit, se, cum id comperisset, ne contra fas Ordinationem illam susciperet, voluisse effugere, sed ab eodem fratre vi captum, & invitum, Episcopum fuisse ordinatum. Tum dicta sua juramento confirmare jussus, cum non renuisset, a Simoniæ facinore immunis declaratur. Surgens postea Episcopus Nanetensis confessus est, genitorem suum fuisse Episcopum ejusdem civitatis, a quo, ipso adhuc in vivis agente, Episcopatum accepisset, eique defuncto data pecunia successisset. Quapropter judicio Synodi Pontificali Ministerio privatus est, annulo & Pedo sublatis. Intervenientibus vero Episcopis ei solum officio Presbyteri fungi concessum.

Tandem Papa Archiepiscopos præsentes commonuit, ut si Suffraganeorum suorum aliquem Simoniacæ pestis esse reum

reum scirent, id coram omnibus notum facere non renuerent, iisque se quidquam scire negantibus, agi cœptum de Episcopis illis, qui invitati ad Synodum venire noluerant, nec saltem per epistolas absentiam excusaverant. Unde recitatis prius SS. Patrum huic delicto congruis Sententiis, excommunicati sunt, cum omnibus illis, qui Papæ adventum formidantes, Regem in expeditione bellica secuti fuerant, nominatim Archiepiscopus Senonensis & Episcopi Bellovacensis & Ambianensis. Abbas quoque S. Medardi, qui absque licentia a Conventu recesserat, & Archiepiscopus S. Jacobi in Gallæcia, qui contra fas nominis Apostolici culmen soli Papæ reservatum usurpabat, excommunicationis fulmine icti. Sæculum XI. A.C. 1049.

His peractis duodecim Canones conditi, ut SS. Patrum Decreta, quæ jam diu pro nihilo habebantur, renovarentur, & multa, quæ in Ecclesia Gallicana exercebantur illicita, sub anathemate prohibita. Nempe quæstio erat de illis abusibus, quos ab initio Promotor Concilii memoraverat, præsertim quod aliqui sine electione Clericorum & populi ad Regimen Ecclesiasticum eveherentur. Præterea prohibitum, ne quis pro sepultura, Baptismo, Eucharistia, aut visitatione ægrotorum quidquam exigeret. Item *can. 1.*

Sæculum XI. A.C. 1049. c. 7.

nemo usuras accipere auderet. Et quia novi Hæretici in Gallicanis partibus emersérant, eos Concilium excommunicavit, illosque, qui ab eis aliquod munus vel obsequium acciperent, aut patrocinium concederent. Excommunicati etiam nominatim aliqui Proceres Laici, scilicet Comites Engelrai, & Eustachius ob admissum incestum. Item Hugo *de* *Braina**, qui legitima uxore dimissa aliam sibi matrimonio sociaverat. Balduino Comiti Flandriæ interdictum, ne Filiam suam Guilielmo Duci Normanniæ nuptui daret, illique, ne eam acciperet. Theobaldus Comes ad Concilium vocatus, quia uxorem suam repulerat. Vocatus etiam Geofridus Comes Andegavensis ad Concilium Moguntiæ celebrandum, ubi Excommunicationis sententiæ subjaceret, nisi Gervasium Episcopum Cenomanensem, quem captum tenebat, liberum dimitteret. Denique etiam illi excommunicati, de quibus Clerici Compendienses conquesti fuerant, atque etiam illi, qui ab hac Synodo domum remeantibus aliquid impedimenti inferrent. Sic Papa, Benedictione data, Concilium solvit.

* de Braine.

Altera die, sexta Octobris, S. Leo IX. venit ad Capitulum monachorum S. Remigii, ubi societate orationis promissa & accepta, omnibus in terram prostratis

Abso-

Absolutionem tribuit, postquam singulos osculatus esset. Tum cum omnibus illis Præsulibus, qui necdum discesserant, Ecclesiam ingressus, celebrata Missa, Corpus S. Remigii super Altare depositum accepit, & suppositis humeris suis inde delatum in loco destinato collocavit. Moxque itineri se dedit. Ceterum ob hanc quartam S. Remigii Translationem Papa, Bulla ad omnes Fideles Regni Francorum data, S. Remigii memoriam Calendis Octobris, quod hodieque observamus, celebrem esse jussit.

Sæculum XI. A.C. 1049.

§. LXIV.

Concilium Moguntinum.

Papa, in Germaniam reversus, eodem anno 1049. Moguntiæ Concilium ibi indictum celebravit. Adfuere Episcopi circiter quadraginta, præsidentibus quinque Archiepiscopis Bardone Moguntino, Eberhardo Trevirensi, Hermanno Colonienſi, Adalberto Hamburgensi & Engelhardo Magdeburgensi. Henricus quoque Imperator cum Regni Proceribus interfuit. In eo Concilio, Sibico Episcopus Spirensis, cui crimen adulterii intendebatur, examinatione Sacrificii purgatus est. Sed pejeravit, & quoad vixit ore per paralysin detorto conspectus est, quod perjurii supplicium esse nemo non credidit. In eodem Concilio Simo-

tom. 9. Conc. p. 1046.

Sæculum XI. A.C. 1049.

niaca Hæresis, & nefanda Sacerdotum conjugia damnata. Inde domum reversus Adalbertus Archiepiscopus Hamburgensis, ut hæc Statuta facilius servarentur, Presbyterorum meretriculas excommunicatas ex urbe ejecit, ne pellicum vicinia castos obtutus violaret.

Adam. l. II. c. 31.

Inter illius ævi Præsules Pontifici & Imperatori Adalberto nemo carior fuit, nec ulla majoris momenti causa ipso inconsulto finiebatur. Hujus viri amicitiam maximi Principes tanti faciebant, ut cum Imperator Græcorum Constantinus Monomachus & Rex Franciæ Henricus Legatos ad Imperatorem Germaniæ mitterent, simul etiam aliquid literarum ad Archiepiscopum Adalbertum darent, & gratularentur, quod Imperator, Dominus ejus, ipso potissimum auctore & consiliario res prospere gessisset. Unde fortunæ blanditiis, & præcipue Papæ atque Imperatoris favore elatus Præsul ad Dignitatem Patriarchalem Sedi Hamburgensi tribuendam animum adjecit, primumque hanc spem inde concepit, quod Rex Daniæ in suo Regno Archiepiscopum habere expetiisset, ac illud a Papa obtinuisset, ea conditione adjecta, si Archiepiscopus Hamburgensis consentiret. Repugnabat quidem Adalbertus; postea vero id se concessurum promisit, addita vicissim conditione, si sua Ecclesia Patriar-

triarchatus honore augeretur. Nam Metropoli suæ Episcopatus duodecim subjicere constituerat, quos jam animo designaverat, sed Leone Papa, & paulo post Henrico Imperatore, rebus mortalibus, priusquam hoc negotium perfici potuisset, ereptis, spe tanta Præsul excidit. Sæculum XI. A.C. 1050.

§. LXV.

Hæresis Berengarii.

Leo IX. Papa Romæ circa medium Aprilem anno millesimo quinquagesimo Concilium, anno superiore denunciatum, cujus mentio in Concilio Remensi facta, celebravit, in eoque primum Berengarii novam Hæresim damnavit. Is Sæculo isto ineunte natus Turone, & in Schola S. Martini, in qua Gualterius ejus patruus Cantoris officio fungebatur, literarum rudimentis imbutus, Carnutum deinde delatus Fulberto Magistro usus est, a quo salutare accepit monitum; semper Patrum Doctrinam teneret, nec ullum novum dogma sequeretur, sed a Majorum & antiquorum vestigiis nec latum unguem deflecteret. (*) Berengarium Turonem

Mabil. præf. Sæc. 6. p. 2. vit. S. Leon. 19. April. Boll. to. 10. p. 645.

(*) Ex his notandum, jam tunc juvenem pruritu novas doctrinas amplectendi laborasse. Contra Protestantes vero probatur, Berengarium non antiquæ Doctrinæ, in Ecclesia Catholica receptæ, Sectatorem, sed Novatorem fuisse.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum XI. A.C. 1050.

ronem reversum Canonici Capituli S. Martini, Roberto Rege adhuc in vivis agente, susceperunt, atque non diu post Scholæ Magistrum (ita hæc Dignitas nominabatur) constituerunt. Dignitate etiam Archidiaconi Andegavensis gaudebat, quo non obstante, Turone Magistri officium implens, præter alios Discipulos Eusebium, alio nomine Brunonem, postea anno 1047. Episcopum Andegavensem, habuit.

Inter hæc Lanfrancus Monachus Beccensis in Normannia docere cœpit, tanto auditorum applausu, ut fama totam Galliam pervadente undique confluerent discipuli. Indoluit Berengarius se ab auditoribus deseri, & invidia impellente in lucem edidit opiniones Theologicas prorsus singulares, quas juvenis neglexerat, aut aliis occupatus pertractare non potuerat. Nempe dogmata studiose sparsit, quæ sua novitate omnibus admirationem crearent, majoremque Discipulorum numerum ad eum pertraherent. Matrimonia legitima (*) & Baptismum

(*) En iterum Doctorem, eorum ex numero, quos Protestantes, Teste Mosheimio, Vorrede zu einer Ketzergeschichte pag. 29. tanquam Patres suos recipiunt; sed certe, si non in Doctrina de Eucharistia, saltem de Matrimonio & Baptismo parvulorum Hæreticum!

ptiſmum parvulorum oppugnavit, præcipue vero communem Eccleſiæ Doctrinam de Evchariſtia aggreſſus, Joannem Scotum laudavit, damnato Paſchaſio, Sæculi noni Scriptore. Utriusque ſuo tempore meminimus. Sæculum XI. A.C. 1050. *Sup. lib. XLVII. §. 35. XLIX. §. 51.*

His compertis, Lanfrancus publice edixit, ſe Berengarii errorem damnare, quod ubi ad Berengarii aures pervenit, ad Lanfrancum epiſtolam dedit in hæc verba: *Aliquid ad aures meas pervenit, Frater mi Lanfrance, quod Engevranus Carnutenſis audivit, & de quo te admonere officii mei eſſe duco. Nempe quod damnes & hæreticam habeas Doctrinam Joannis Scoti de Sacramento Altaris, quæ Doctrinæ cariſſimi tibi Paſchaſii adverſatur. Si ita eſt, Frater mi, cum ſententiam præcipitaſti, male uſus es ingenio tuo, ſane non vulgari, a Deo accepto. Necdum enim S. Scripturæ ſatis operam dediſti cum viris, quos doctiſſimos exiſtimas. Nunc vero, licet tenuis ſit mea ſcientia, cuperem te de hac materia data opportuna occaſione diſſerentem audire, coram illis Judicibus vel auditoribus, quos ipſe delegeris. Interim cave contemnas, quæ tibi ſcribo. Si Hæreticum habes Joannem, cujus mentem de Euchariſtia approbamus, etiam Hæreticos credere debes S. Ambroſium, S. Hieronymum, S. Auguſtinum, ut de ceteris nihil dicam.* Ce-

Sæculum XI. A.C. 1050.

terum jam prius, quam hanc epistolam scriberet, Berengarius aliam ad eundem Lanfrancum Congregationis Beccensis Priorem dederat, quæ ipsi nunquam reddita, & a compluribus lecta, suspicionem non nullis ingesserat, Lanfrancum in doctrina de Sacramento Berengario consentire. Unde ab illa epistola, quam modo retuli, alia fuisse probatur.

Post. Lanfr. p. 68.

Primus contra Berengarium calamo pugnavit Hugo Episcopus Lingonensis, qui eum admodum Reverendum Sacerdotem vocat, nempe virum ab Ecclesia necdum damnatum. Berengarii opinionem vero refert in hunc modum: *Dicis, Corpus JEsu Christi in hoc Sacramento ita existere, ut natura & essentia panis & vini non mutetur; & illud corpus intellectuale reddis, quod prius crucifixum appellaveras. Ita corpus hoc manifeste non corporeum esse affirmas, & toti Ecclesiæ scandalo es.* (*) *Si enim post consecrationem natura panis & vini reali modo remanet, intelligi nequit, quidquam muta-*

(*) Hoc Episcopo, præter sexcentos alios, teste, contra Protestantes probatur, communem fuisse de reali Corporis Christi in Eucharistia præsentia totius Ecclesiæ Doctrinam, quæ si falsa esset, Verbis JEsu Christi veritas sua non constaret: *& portæ inferi non prævalebunt &c.* Matth. 16.

mutatum fuisse. Et si id quod mutatur solius intellectus potentia sit, rursus percipi non potest, quomodo istud subsistat, cum intellectus res quidem existentes consideret, sed non existentes non producat. Sæculum XI. A.C. 1050.

In fine hortatur Berengarium, ne opiniones singulares foveat, & subjungit: *Dicis, quod hoc Sacramentum aliis oculis quam vulgus solet intuearis. Expertus loquor, te ipsum audivi, quod si non audivissem, non crederem.*

Hugo Lingonensis hoc Scriptum, antequam Concilium Remense, in quo ob crimen Simoniæ depositus est, anno 1049. celebraretur, composuerat. *Sup.* §. 26.

§. LXVI.

Concilium Romanum.

Concilium Romanum post Pascha, quod hoc anno millesimo quinquagesimo in diem decimam quintam Aprilis inciderat, celebratum. Adfuerunt magno numero Episcopi, Abbates, aliique ex variis Regionibus viri piissimi, quos inter Lanfrancus fulgebat. Leo Papa, ad quem Berengarii Hæresis delata fuerat, coram toto Concilio primam Berengarii Epistolam ad Lanfrancum de Evchariſtia datam, & a quodam Clerico Ecclesiæ Remensis Romam allatam, recitari jussit. Nuncius enim a Berengario cum hac epistola missus, cum Lanfrancum, ut speraverat, *Herm. contr. an.* 1050. *Lanfran. de Corp. Dom. c.* 4.

Sæculum XI. A.C. 1050.

rat, in Normannia non habuisset, eam quibusdam Clericis dederat, qui perlectam communi Ecclesiæ Fidei adversam judicantes, aliis legendam tradiderant, ejusque sensum prolixe explicaverant. Hinc in Lanfrancum suspicio ceciderat, quod sensa amici, ita ad se scribentis, approbaret.

Ex Lectione hujus Epistolæ omnibus patuit, quod Berengarius Joannem Scotum laudaret, Paschasium damnaret, & opiniones de Evchariſtia Fidei contrarias teneret. Hinc lata in eum condemnationis sententia, qua Ecclesiæ Communione privabatur. Tum Papa Lanfrancum surgere, atque ut ea, quæ ipsi objiciebantur, diluceret, fidem suam exponere, eamque magis Antiquorum auctoritate quam argumentis demonstrare jussit. Ipse surgens, quæ sentiret explicavit, & tam appositè probavit, ut cunctis ejus dicta, nemine omnino quidquam in contrarium afferente, placuerint. His peractis Papa Concilium Vercellis prima Septembris celebrandum indixit.

In Concilio Romano Delegati Archiepiscopi Turonensis querelas in Concilio Remensi anno superiore motas renovarunt, contra Archiepiscopum Dolensem & Episcopos Britanniæ, qui præterea Simoniæ accusabantur. Jusserat quidem Papa eos ad Concilium Romanum venire,

nire, sed soli Legati Turonenses adfuerunt, Britannis absentibus. Ergo Papa datis ad Ducem Britanniæ & illius Provinciæ Optimates literis memorabat: *In Veterum Decretis invenimus, omnes Episcopos Provinciæ vestræ Archiepiscopo Turonensi subjectos esse debere, quod, ut alia silentio prætereamus, in Epistolis Nicolai Papæ ad Salomonem Regem Britanniæ datis, præcipitur.* Tum Episcopos Britanniæ excommunicat, & iis officium Divinum celebrare aut Benedicere interdicit. Ducem monet, ut se eorum Communioni subtrahat, ipsisque præcipit, ut Concilio Vercellensi intersint, querelis Archiepiscopi Turonensis responsuri, & contra accusationem, quod labe Simoniaca infecti essent, causam suam defensuri.

Sæculum XI. A.C. 1050.

ep. 12.

Sup. lib. L. §. 58.

§. LXVII.

Colloquium Briotnense.

Interea Berengarius in Normanniam profectus, cum ad Abbatiam, quæ Pratellis nuncupatur, in Diœcesi Lexoviensi, jam ante annum millesimum trigesimum quintum restauratam, perveniisset, cum Abbate, nomine Ansfredo, a quo honeste satis exceptus fuerat, collocutus est. At vir ille strenuus blasphemias proferentem non tulit; nam cum esset doctissimus, & Berengarii mentem variis quæstioni-

Durand. Troarn. p. 106. *par.* 9.

Sæculum XI. A.C. 1050

stionibus solertissime explorasset, compluribus erroribus infectum deprehendit. Berengarius inde digressus Ducem Normanniæ Guilielmum Nothum adiit, quem sua quoque irretire Hæresi subtiliter attentavit. Verum Dux, licet ætate adolescentiæ annos necdum excederet, callide eum suspendit, & apud se detinuit, quoad Briotnam, parvum Oppidum ad Riselam amnem prope Cænobium Beccense positum, attigisset, quo sapientissimos ex tota Normannia viros convocavit. Sequenti die, postquam Dux advenisset, Quæstio ventilari cœpta cum Berengario & alio quodam Clerico, quem secum adduxerat, in ejusque eloquentia spem victoriæ posuerat. Sed adeo manifeste confutati sunt, ut primum silere, deinde etiam Fidem Catholicam, licet inviti, confiteri cogerentur.

Berengarius a colloquio Briotnensi probrose dimissus Carnutum petiit, ubi a compluribus illius urbis Clericis de Quæstione Evchariſtiæ interrogatus est. Nam rumor de iis quæ acta erant jam late spargebatur. Ipse Carnutensibus interrogantibus nihil respondit, promisit vero, se rationem redditurum, cum commodum esset. Scripsit tamen ad eos epistolas errorum adversus Catholicam Fidem & sanam rationem plenas. Quin eo usque insanivit, ut Ecclesiam Roma-

nam

nam & Leonem Papam, cujus Fides & integritas morum omnibus erat perspecta, Hæresis argueret. Dicere enim non erubescebat, se ad illud tempus responsionem differre, quo Papam & Romanos in Concilio Vercellis proxime celebrando erroris convictos teneret. Sæculum XI. A.C. 1050.

§. LXVIII.

Maugerus Archiepiscopus Rotomagensis.

Illa tempestate Sedem Rotomagensem tenebat Maugerus, Richardi II. Ducis Normanniæ filius, & Successor Roberti, patrui sui, cujus vitæ licentiam imitatus, & voluptatibus immersus, pejus egit, Bona Ecclesiæ suæ dissipans. Nihilominus hoc circiter anno millesimo quinquagesimo cum duobus Suffraganeis Hugone Ebroicensi & Roberto Constantinensi Concilium celebravit, in cujus exordio de malorum Principum moribus (quippe inter Maugerum & Guilielmum Ducem ipsius Nepotem jurgia intercedebant) conqueritur. Novemdecim Canones conditi. In secundo illi vituperantur, qui munera Principibus aut eorum Clientibus offerentes Episcopatum ambiunt. Prohibentur Translationes Episcoporum, damnato futili illo prætextu, ex illo S. Scripturæ loco captato, ubi Apostoli ad persecutionem evitandam

Gest. Guil. Duc. p. 194. 195. *Hist. Norm. Order. Vital. l.* 5. *c.* 4.

to. 9. *p.* 1047. *c.* 2.

c. 3.

Sæculum XI. A.C. 1050.

dam ex una civitate in aliam transire jubentur. Diversa Simoniæ genera prohibentur, atque Episcopis & Clericis, ne ullus alterius jus lædat, interdicitur. In ultimo Canone statuitur, ut Neobaptizati integro octiduo vestibus candidis induti cum cereis ardentibus Ecclesiam, in qua Baptismum acceperunt, & cujus Parochiani sunt, adeant. Nimirum supererant adhuc Normanni pagani, quorum aliqui omni tempore convertebantur. Quamvis id etiam de infantibus accipi possit.

§. LXIX.

Concilium Vercellense.

Lanfr. c. 4. Synodus Vercellensis, ut præstitutum fuerat, mense Septembri eodem anno millesimo quinquagesimo, Leone Pontifice præsidente, Episcopis ex diversis Provinciis confluentibus, celebrata. Berengarius vocatus non venit. Sed adfuit Lanfrancus, a tempore Concilii Romani huc usque a Papa detentus. In Vercelcensi Joannis Scoti liber de Evchariſtia lectus est, damnatus & flammis (*) traditus, sententia Berengarii exposita ac damnata. Duo Clerici, qui se Legatos ejus dixerunt, cum vellent eum defendere,

(*) Istud in Epistola Lanfranci, ut in Act. Conc. refertur, non lego.

dere, in primo ſtatim aditu defecerunt, & cuſtodiæ dati ſunt. In eodem Concilio Papa a Miniſterio Sacerdotali ſuſpendit Hunfredum Archiepiſcopum Ravennatem, quod cum Eccleſia Romana jurgaretur. Dominico autem Patriarchæ Gradenſi Pallium conceſſit & Privilegium, quo præcipere poſſet, Crucem, cum procederet, præferri. Datisque ad Epiſcopos Venetorum & Iſtriæ literis, Dominico tanquam Primati ſuo obedire eos juſſit. Sæculum XI. A.C. 1050. *Herm. Cont.* 1050. *Dandul. ap. Baron. ann.* 1050. *Ital. Sæc. to.* 5. *p.* 1189.

Concilio Vercellenſi ſoluto Leo Papa ſuperatis alpibus Tullum venit, ubi Monaſterio vulgo Sancti *Manſui* Privilegium vigeſima ſecunda Octobris anno milleſimo quinquageſimo contulit. Et Reliquias S. Gerardi Epiſcopi Tullenſis, quem in Concilio Romano canonizaverat, ſolemni Ritu transtulit. Tum in Lotharingia & Germania usque ad menſem Februarium anni ſequentis moratus eſt. *vit. lib. II. c.* 6.

§. LXX.

Epiſtolæ ad Berengarium datæ.

In Francia nihil magis hominum ſermonibus ferebatur quam Berengarii Hæreſis, quæ occulte propagabatur, probis omnibus malum horrentibus. Quo comperto Henricus Rex, Epiſcopis & Optimatibus Regni ſui ſuadentibus, indicto *Durand.*

Sæculum XI. A.C. 1050. ad decimam sextam Octobris Parisiis Concilio, Berengario per nuncios præcipit, ut veniret. Interim Berengarius ad Ascelinum, Monachum Beccensem, qui Colloquio Briotnensi interfuerat epistolam dedit in hunc sensum:

Longe aliter vobis scribendum fuerat, si mihi libere scribendi potestatem vis Divina fecisset; quod cum non fecerit, saltem utcunque scribendum putavi. Igitur ad vos divertens animo constitueram, cum quibuscunque de Evchariſtia nihil loqui, priusquam secundum præceptum Evangelii & Apostoli Episcopis, ad quos contendebam, satisfeciſſem. Inde factum est, ut nihil pæne vobis opposuerim, nihil concesserim in Colloquio illo, ad quod quam indigne tu conveneris, ut omittam ceteros, si rem consideres, non latebit. Hic de Collatione Briotnensi sermo est. Tum prosequitur: *Inde etiam est, quod ad Sacrilegam Guilielmi propositionem, omnem hominem ad mensam Dominicam debere in Paschate accedere, tacuerim.* Hic Guilielmus erat alius Beccensis Monachus, postea Abbas Cormelienſis. Tum iterum Berengarius:

Ap. Lanfr. p. 24. to. 9. Conc. pag. 1056.

Ut ergo ad rem veniam, audivi nunc jactitare Guilielmum, quod negare nequiverim, Joannem Scotum esse Hæreticum. Quod falsum esse testis mihi es, si satis meministi verborum meorum; quamvis tu

quo-

quoque Joannem Scotum Hæreticum habeas. Deum precor, ne te diutius ignorare ſinat, quam temeraria, quam impia, quam Sacerdotio tuo indigna ſit hæc Sententia. Sapis enim contra omnes naturæ rationes, Doctrinam Evangelii & Apoſtoli, ſi cum Paſchaſio ſapis, in eo quod ſolus ſibi confingit, Sacramento Dominici Corporis panis ſubſtantiam omnino decedere. (*) *Verba autem mea de Joanne hæc fuerunt; me non omnia pervidiſſe, quæ ſcripſit, quod etiamnum verum eſt, quæ vero vidiſſem ad eam doctrinam pertinentia, recitare me poſſe ex Scriptis illorum, quos dixeram, habendos etiam eſſe Hæreticos in epiſtola ad Lanfrancum, ſi Joannes Hæreticus eſſet.* Nempe S. Ambroſium, S. Hieronymum, & S. Auguſtinum. (**)

Sæculum XI. A.C. 1050.

Tum proſequitur: *De cetero dicebam, ſi quid in Joanne viderem non ſatis delimatum,*

(*) Inſanit hic Berengarius cum omnibus ſuis Sectatoribus. Nam Præſentia realis Corporis JEſu Chriſti in Sacramento Divinæ Majeſtati, Charitati, Omnipotentiæ, verbis Doctrinæque Evangelii & Apoſtoli maxime congruit. Dum ſententia Proteſtantium his omnibus opponitur.

(**) Si Sanctorum iſtorum Patrum dicta legantur, nullibi impudentius quam hic mentitus fuiſſe Berengarius convincitur.

Sæculum XI. A.C. 1050.

matum, facile me improbaturum esse. Hæc dicens, vera loquebar, & in illo transitu longiorem discussionem declinabam ob causam superius dictam. Duo tantum protulit ille, sicut nosti, vir optimus (nempe Guilielmus) *quæ a me affirmari ad eum pervenerant; convincere ipsa verba in consecrationem panis instituta, non decedere Sacramento panis materiam, & Virgam Episcopalem non esse animarum curam. Horum primum ego, sicut meminisse potes, affirmavi, estque ita planum, ut id demonstrare possit etiam puerulus in schola constitutus, si modo utcunque constructionem verborum capiat. Quod pertinet ad secundum; econtra dixi & adhuc affirmo, Virgam Episcopalem esse animarum curam. Nunc vero, quod coram Episcopis dicere constitueram, vellem, si tuto liceret, saltem coram te, quibuscunque audientibus, profiteri. Sed quam diu non possum, obsecro per nomen Domini, ne falsum testem te facias, & dicas, quod Joannem illum damnaverim, moneoque ut caveas ab illo VÆ Evangelico, quod contra illos profertur, qui tenentes clavem scientiæ ipsi non introeunt, & introeuntes introire non sinunt. Item a comminatione Prophetæ contra illos, qui dicunt videntibus, nolite videre. Sicut ad me dixit Arnulphus vester coram vobis, ut permitterem vos, sicut instituti essetis, sentire;*

Negatur Præsentia Realis.

Luc. 11. 52.

Is. 30. 10.

Quam

Quamquam totus in eo sim, ne quis transgrediatur terminos Patrum, Evangelistæ, Apostoli, Ambrosii, Augustini, Hieronymi. Quod ita se habere, si mihi tecum colloquendi copia fiat, quantum de ingenii tui perspicacitate præsumo, luce clarius pervidebis. Scripsi tibi hæc, ut potui, interim opportunitatem tibi colloquendi a Domino expectans. Vale. Hucusque Berengarii epistola. Credunt vero, Episcopos, quorum in ea mentionem facit, illos esse, qui in Synodo Parisiensi conventuri erant.

Sæculum XI. A.C.1050.

Ascelinus respondit in hunc modum: *Literas tuas nuper lætus suscepi, sperans festinum nobis tuæ correctionis significari gaudium. Sed iis perlectis lætitia mea versa est in mœrorem. O Deus! ubi est hodie illa ingenii tui vis, illa subtilitas, illa prudentia, qua præditus eras? cum etiam illa, nisi dissimulas, quæ in Collatione nostra dicta sunt, oblitus sis, illam sententiam Guilielmi dico; omnem hominem tempore Paschali debere ad mensam Dominicam accedere. Testes enim sumus, ipsum nihil aliud affirmasse, quam omnem Christianum debere in Paschate de mensa Dominica communicare, nisi pro aliquo crimine a se admisso a tam salubri convivio separetur. Quod ex præcepto Confessarii sui fiat, ne potestas clavium inutilis reddatur.*

Ascelini Epistola ad Berengarium.

Sæculum XI. A.C. 1050.

tur. (*) *Sed ut ad me redeam, affirmavi, quod quamdiu vixero, certum & indubitatum tenebo, panem scilicet & vinum in Altari virtute Spiritus Sancti per Sacerdotis Ministerium, verum Corpus, verumque Sanguinem Christi effici.* (**) *Joannem vero Scotum non temere, nec impie judico, quem totis viribus contendere video, ut mihi persuadeat, hoc quod in Altari consecratur, neque vere Corpus, neque vere Christi Sanguinem esse.* (***) Et post pauca: *Objeciisti nobis, te Libellum illius non-*

(*) In Doctrina Protestantium inutilis est potestas clavium, a JEsu Christo Apostolis tradita Joan. 19. cum non confiteantur.

(**) In ipsa epistola sua Ascelinus addidit: *Quod Scriptura attestante, satis evidenter probatur, si non siniſtra interpretatione temeretur.* Act. Conc. ex Edit. P. Hard. ad confundendos Protestantes nihil efficacius!

(***) Hic iterum Ascelinus addidit; Hoc autem adstruere nititur ex SS. Patrum Opusculis quæ prave exponit. Quorum illam S. Gregorii Orationem hic annotari sufficiat. *Perficiant in nobis tua, Domine, quæsumus, Sacramenta quod continent, ut quæ nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus.* Quam exponendo prædictus Joannes, inter cetera Fidei nostræ contraria, *specie*, inquit, *geruntur ista, non veritate.* Quod non Catholice dictum, si bene tuam perspicacitatem novi, non ignoras. Act. Conc. Tom. VI. P. I. Edit. P. Harduini.

nondum ad finem usque perlegisse. Unde satis mirari nequeo, te, tantæ scilicet prudentiæ virum, tantopere laudare, quod, quia non legisti, ignoras. Ceterum cum Paschasio aliisque Catholicis credo, verum Corpus verumque Sanguinem Christi a Fidelibus in Altari sumi. Sed neque in eo, ut dicis, contra Naturam pugno. Nam mihi hic Natura nihil aliud est, quam Dei voluntas, quæ omnipotens est. (*) Dicit deinde Ascelinus se a sententia Joannis Scoti discedere ideo fuisse coactum, quod ipsum cuidam Orationi S. Gregorii sensum perversum affingere deprehendisset. Berengario exprobrat, quod aliud sentiat, quam Ecclesia Universalis, & asserit, Arnulphum Cantorem jure merito ad ipsum dixisse: *Sine nos credere, quod edocti fuimus. Volebat scilicet*, ait, *te admonere, ne aberrares ab illa via recta & trita, quam nobis ostenderunt Magistri & Doctores nostri sanctissimi, sapientissimi, & Catholici.* In fine hortatur, ut Librum illum abjiciat, damnatum in Concilio Vercellensi, quod Concilium plenum dicit, atque ad Traditionem Ecclesiæ Catholicæ redeat.

Sæculum XI. A.C. 1050.

(*) Testimonium & Argumentum in ipsis S. Scripturæ verbis fundatum Protestantibus indissolubile!

Sæculum XI. A.C. 1050.

Theoduinus quoque seu Deodwinus Episcopus Leodiensis comperto, quod Parisiis in causa Berengarii Concilium esset celebrandum, ad Henricum Regem Franciæ dedit epistolam hujus ferme sensus: *Fama supremos Galliæ fines pratergressa totam Germaniam pervasit, quod Bruno Episcopus Andegavensis, & Berengarius Clericus Turonensis antiquas Hæreses modernis temporibus introducendo affirment, Corpus Domini non tam Corpus esse, quam umbram & figuram Corporis Domini, quod etiam legitima conjugia destruant, & quantum in ipsis est, Baptismum parvulorum evertant. Porro ajunt, vos, pro zelo vestro, quo Ecclesiam defenditis, ad eos publice confutandos, & illustrissimum Regnum vestrum ab hoc opprobrio liberandum, Concilium convocasse. Sed non speramus, id fieri posse, cum Bruno Episcopus sit, Episcopum autem sine Auctoritate Apostolica damnari non oporteat. Igitur omnes Ecclesiæ Matris filii in maximo dolore positi sumus; nam timemus, ne si miserrimi & perditissimi viri in Concilio, in quo puniri non possunt, audiantur, novissima pejora prioribus eveniant.*

tom. 9. Conc. p. 1061. to. 4. Analect. pag. 396.

Itaque Majestatem tuam supplices rogamus, ne impios & Sacrilegos in conspectum admittat, donec eos condemnandi potestatem a Romana Sede acceperit.

ceperit. Quamquam hujusmodi homines ne quidem audiri expediat, sed potius de eorum supplicio exquirendum sit. Tunc quippe Hæretici audiendi fuerunt, quando ejusmodi quæstiones necdum plene discussæ erant. Nunc vero tum in SS. Patrum Conciliis, tum venerabilium Doctorum clarissimis sententiis omnia ita liquent, ut nullus dubitandi locus supersit. Hic Theoduinus complures SS. Patrum sententias contra Berengarii errorem inserit, & ita concludit: *Quamobrem Brunonem & Berengarium dudum anathematizatos arbitramur. Quod si ita est, vobis cum vestris nostrisque Episcopis, cum Imperatore amico vestro & cum ipso Papa deliberandum censemus, quam vindictam in eos statui oporteat.*

Sæculum XI. A.C. 1050.

Theoduini Epistola ad Regem.

Sub idem tempus scripta putatur ad Berengarium epistola ab Adelmanno tunc Ecclesiæ Leodiensis Scholastico postea Episcopo Brixiensi. Cujus initium est: *Fratrem meum collactaneum te nominare non dubito, memor dulcissimæ societatis, in qua tempus juventutis nostræ in schola Carnutensi, sub Socrate nostro* (Fulberto Episcopo) *tu minor & ego aliquantulum major transegimus.* Deinde Adelmannus Berengario in memoriam reducit colloquia illa & monita, quibus S. Episcopus ambos privatim sub crepusculum

Sæculum XI. A.C. 1050.

in hortulo prope Sacellum instituebat, tam tenero affectu, ut sæpe lacrymæ vocem impedirent, hortatus; viam tritam semper tenerent, Patrum vestigiis solicite insisterent, & ab iis nunquam defecterent. Subjungit: *Custodiat te Dominus, Sancte frater mi, ne in vias pravas abeas, & faxit, ut falsitas famæ, quæ in plurimis locis atque etiam in Germania, ubi jam diu peregrinus dego, labem nomini tuo aspergit, omnibus pateat.*

Ab unitate Ecclesiæ recessisse diceris affirmando, illud quod quotidie super Altare ubique terrarum immolatur, non esse verum corpus & verum Sanguinem JEsu Christi, sed tantum figuram & similitudinem. Cum hæc de te ante biennium audivissem, constitueram tibi scribere & rei veritatem a te ipso percipere. Sed sciens amicum tuum Paulinum, Primicerium Metensem, tibi propiorem habitare, eum rogavi ut scriberet, promisitque, sed facere neglexit. Jam vero aliam scribendi occasionem Deo dante nactus sum. Obtestor te itaque per Dei misericordiam & carissimi Fulberti memoriam! ne turbes pacem Ecclesiæ Catholicæ, pro qua tot millia Martyrum Doctorumque decertarunt, & fortiter defenderunt, omnibus Hæreticis obmutescere coactis. Tandem Adelmannus communem Fidelium Fidem de Eucharistia ex verbis S. Scripturæ demonstrat,

strat, ostenditque, semper JEsum Christum esse, qui consecrat, sicut etiam JEsum Christum, qui baptizat. Sæculum XI. A.C. 1050.

§. LXXI.

Concilium Parisiense.

Concilium Parisiense præstituta die decima sexta Octobris anno millesimo quinquagesimo celebratum. Adfuerunt magno numero Episcopi, Clerici, Nobiles Laici, Rege ipso præsente. At Berengarius, etsi mandata accepisset, quibus venire jubebatur, non paruit, sed apud Episcopum suum Brunonem, quem suis erroribus infecerat, mansit. Nihilominus Isembertus Episcopus Aurelianensis epistolam admodum prolixam publice producens ait: *Jubete, obsecro, ut legatur hæc Berengarii epistola, non equidem mihi scripta, sed a me intercepta, cum eam per nuncium cuidam amicorum suorum nomine Paulo mitteret.* Hic non alius quam Paulinus Primicerius Metensis fuisse creditur. Ergo lecta est hæc epistola ingentique omnium expectatione excepta. Verum cum indignationem plerique premere non valerent, sæpius auditorum fremitu turbatus est lector priusquam ad finem perveniisset. Nec mora Berengarius cum Sectatoribus suis una voce damnatus, atque etiam Joannis Scoti liber, ex quo nefandi errores hausti fuerant. *Durand. Troarn.*

Tum

Sæculum XI. A.C 1050.

Tum a toto Concilio declaratum, nisi Berengarius & Sectatores ejus pestilentem Doctrinam retractarent, fore, ut universus Francorum exercitus, viris Ecclesiasticis ante primos ordines procedentibus, eos persequeretur, ubicunque delitescerent, & obsiderent, usque dum in obsequium fidei intellectum submitterent, vel perfidiæ pœnas morte darent. Hujusmodi Decretum Concilii Parisiensis fuit.

Cum Rex Franciæ munus quoque Abbatis ad S. Martinum Turone gereret, jussit Henricus, Berengarium illa pensione, quam tanquam Canonicus illius Eccle-

to. 2. *Spicil.* siæ percipiebat, privari. Quare Berenga-
p. 510. *to.* 9. rius data ad quemdam Abbatem, nomi-
C. p. 1062. ne Richardum, Regi familiarem, epistola conquestus est. In ea rogabat Richardum; Regem moneret & hortaretur, ut sibi hoc damnum sine justa causa illatum aliunde sua munificentia resarciret. Postea paratum se esse dicebat ad demonstrandum coram Rege vel quocunque alio, ut Regi placeret, contra fas in Concilio Vercellensi Joannem Scotum fuisse damnatum, & laudatum Paschasium. Subjungebat: *Regem meminisse oportet, Joannem Scotum rogatum a Magno Carolo, ipsius Antecessore, Principe Religionis amantissimo scripsisse.* Nam ne error hominum rudium & Scripturas igno-

ignorantium illa ætate prævaleret, viro doctissimo hunc laborem injunxit, quo ex Scripturis meliora edocerentur. Hic ei de Carolo Calvo sermo est. Sæculum XI. A C. 1050.

§. LXXII.

Lanfranci Exordia.

Lanfrancus illustrissimus ille Berengarii Adversarius natione Italus, Ticini ex Familia Senatoria natus, patrem habuit illorum ex ordine, qui Conservatores Legum civitatis dicebantur. Quo adhuc puer orbatus, cum ei ab amicis Dignitas defuncti Parentis destinaretur, relicto Ticino in aliis urbibus literarum studiis vacavit. Multo in iis consumpto tempore rediit humanioribus scientiis instructissimus. Exinde vero patriæ iterum valedicens superatis alpibus, Henrici Regis & Guilielmi Normanniæ Ducis temporibus in Franciam venit. Socium secuti sunt non nulli Palladis alumni, fama præcipui, & ipse Abrincis moratus aliquamdiu collectos aliquot Discipulos docuit. Mox vero perpendens, quam vanum esset & inutile hominum laudes captare, statuit ejusmodi vitæ Institutum amplecti, quo soli Deo placeret, cupiens etiam hominum doctorum frequentiam devitare, ne quis esset, qui eum singulari honore afficeret. *vit. Sæc. 6. Ben. part. 2. p. 635. Boll. 28. Maj. to. 17. p. 834.*

Inter

Sæculum XI. A.C.1050.

Inter hæc, quadam die Rotomagum pergens, appetente jam nocte, per Silvam ultra Riſelam amnem incidit in latrones, qui cunctis quæ habebat raptis, ligatis a tergo manibus, mitella ante oculos admota, de via abductum inter condenſa ſaltus fruteta abjecerunt. In his anguſtiis deprehenſus, neſcius ipſe ſui, cum fortuna jurgabatur. Tandem vero nocturno ſilentio ſibi ipſi redditus, Laudes Deo perſolvere cupiebat, & non poterat, quia Pſalmos nunquam didicerat. Tum converſus ad Dominum, *o Deus meus*, ait, *tantum temporis diſcendo conſumpſi, corpus & animum in ſtudiis literarum attrivi, & tamen quomodo tibi laudis officia perſolvere debeam non didici. Libera me ab hoc periculo. Exinde te auxiliante vitam meam ita inſtituam, ut tibi ſervire ſciam & valeam.*

Surgente aurora audivit homines iter carpentes, & vociferando ab eis auxilium petiit. Illi primo expaveſcere, dehinc vocem miſeri hominis agnoſcentes, ſonum ſequentes quis eſſet, & quid vellet, intellexerunt. Ergo vincula ſolvunt, & liberum in viam reducunt. Lanfrancus deinde Servatores ſuos rogavit, ut monaſterium in tota illa provincia pauperrimum ſibi indicarent. Illi reſponderunt, vilius, & in quo res anguſtæ magis, nullum ſcimus, quam iſtud, quod in vici-

vicinia hic ædificat quidam homo Dei. Tum viam ei oſtendentes, diſcedunt. Sæculum XI. A.C.1050.

Hoc Monaſterium erat Beccum, quod ante annos ſeptem venerabilis Herluinus extruere cœperat. Forte Lanfranco greſſus illuc movente bonus Abbas extruendæ fornaci intentus ſuis manibus operabatur. Cui Lanfrancus: *Deus te ſalvum faciat!* & Abbas: *Deus tibi benedicat! esne de gente Longobardorum?* Nempe dicentis lingua a genio Normanniæ divertens prodebat eſſe exterum. Reſpondit Lanfrancus: *omnino ſum.* Herluinis: *quid vis?* Lanfrancus: *Monachus*, ait, *fieri volo.* Tunc Abbas præcepit cuidam monacho nomine Rogerio, qui etiam opus ſuum faciebat, ut illi oſtenderet Librum Regulæ. Lanfrancus ea perlecta dixit, ſe Deo adjuvante omnia ſervaturum. Quod audiens Abbas, & ſciens, quis eſſet & unde, conceſſit ei, quod petebat. Ille procidens in faciem oſculatus eſt pedes Abbatis, cujus humilitatem & gravitatem vehementer mirabatur. *Reg. c. 58.*

§. LXXIII.

Herluinus Abbas Beccenſis.

Helluinus, ſeu, ut tunc eloquebantur, Herluinus, ex primis ſtirpibus in Normannia natus erat. Pater ejus Ansgotus a Danis, qui Normanniam primi obti- *vit. Sæc. 6. Ben. par. 2. p. 343.*

Sæculum XI. A.C. 1050.

obtinuere, originem ducebat. Mater Duces Flandriæ consanguinitate attingebat. Puerum Herluinum Gislebertus Brionensis Comes, Richardi primi, Ducis nepos penes se enutrivit, nec ei quisquam alius inter omnes Curiæ suæ Primates acceptior fuit, utpote quo nemo cultu corporis armorumque studio in Normannia præstantior. Nec egregiæ juvenis dotes Robertum Ducem exterarumque provinciarum Principes latebant. Jamque vitæ jucundissimæ annos plus quam triginta septem consumpserat, cum mundum fastidire, & animæ suæ Salutem cogitare cœpit. Sæpius Ecclesiam adibat, ubi inter copiosas lacrymas orabat, & non nunquam pernoctabat. Non tam frequens ac olim visebatur in aula Comitis Brionensis, non amplius armis, non vestium splendore delectabatur, rerum omnium extra se cura ultima erat. Sæpe tota die jejunabat, & ad convivium a Comite vocatus nullo nisi pane & aqua reficiebatur. Tandem etiam equo uti respuit, & iter faciens asello insidebat. Ridere plerique, & dicere, virum antea egregium in amentiam prolapsum. Sed ille in Sancto proposito firmus tres annos amicorum jocos aliorumque cavillationes sustinuit.

Aulam tamen necdum deserebat, cupiens prædia, quæ sub Dominio Comitis dire-

directo possidebat, sibi donari, ut ea Deo consecraret. Præterea adhucdum hærebat animo, quodnam vitæ genus potissimum amplecteretur, & quem tanti operis ducem sequeretur. Quippe illa tempestate Normannia viris destituta erat, qui cupientes in via Salutis dirigerent. Presbyteri, ipsique Episcopi publice uxores habentes arma ut Laici tractabant, omnesque veterum Danorum moribus vivebant. Tandem arcanum consilium in quoddam monasterium se recipiendi Duci aperuit & pro obsequiis hucusque Principi præstitis obtinuit, ut de suis totiusque familiæ prœdiis pro lubitu decernere sibi liceret. Nec mora, monasterii fundamenta ponit in fundo suo, qui Burnevilla dicebatur; nec satis ei est, operas regere, sed etiam manibus suis laborat, terram fodiens, lapides, arenam, calcem comportans, & parietem componens, horisque, quibus alii aberant, quæ ad opus exigebantur, congerens. Quotidie jejunabat, non ante solis occasum, expleto illius diei opere, cibum sumens. Volvebatur tunc annus reparatæ Salutis millesimus trigesimus quartus, quo Herluinus annum ætatis suæ quadragesimum numerans literas legere nesciebat more omnium Nobilium illius ævi, qui eas spernebant. Ergo quadragenarius Psalterium discere cœpit, cui

Sæculum XI. A.C. 1050

Chro. Becc.

Sæculum XI. A.C. 1050.

labori totam ferme noctem impendebat, ne operis diurni quidquam omittere cogeretur. Et exinde tantam Scripturarum scientiam acquisivit, quam etiam eruditi merito mirabantur.

Qualis monachorum vita esse deberet exploraturus, Herluinus quoddam Monasterium adiit. Postquam orasset, ad ostium claustri reverentissime tanquam ad portam Paradisi accessit. Sed videns monachos, a professionis suæ modestia alienos, turbatus est, hærens, quod vitæ Institutum sibi eligendum esset. Ad hæc, qui portæ custos erat, ubi intra limina stantem vidit, furem suspicatus, in ejus collum & capillos, quanta vi poterat, involavit, atque extra januam projecit. Herluinus vero patientissimus nec ullo verbo injuriam ultus est. In Natali Domini ad aliud majoris nominis se contulit monasterium, ubi conspexit monachos in publica supplicatione procedentes Laicis arridere, more Sæcularium obvios salutare, monasterii divitias ostentare, & in introitu ostiorum contentioso tumultu aditum occupare tanta ferocitate, ut aliquis insistentem sibi nimium Fratrem, pugno impacto repulsum, in terram supinis dentibus prostraverit. Tam manifesta nempe supererant barbaræ Gentis vestigia. Verumtamen nocte sequenti non nihil solatii cepit. Nam

cum

cum in Ecclesiæ angulo remansisset ad orandum, vidit aliquem ex iis monachis, qui quemdam adesse ne quidem suspicatus, prope ipsum substitit, & tota nocte usque dum illucesceret, nunc prostratus toto corpore, nunc genibus nixus fervide oravit. Sæculum XI. A.C. 1050.

Itaque cum aliorum mores sibi non probarentur, ad suum, quod ædificabat, Monasterium reversus, Ecclesiam consecrari curavit ab Heriberto Episcopo Lexovienſi, qui etiam Herluino Habitum Monasticum tribuit. Eundem elapso triennio, cum aliquot Discipulos adsciviſſet, Presbyterum & Abbatem ordinavit. Laboris manuum Herluinus amantissimus semper fuit. Peracto in Ecclesia Officio vidisses Abbatem collo sementem, manu rastrum vel sarculum gestantem in agros præire Monachos omnes. Alii campum excisis spinis & sentibus purgabant, alii fimum scapulis comportabant, alii spargebant. Ad agendum Officium vero omnes unaquaque hora competente in Ecclesia conveniebant. Victus quotidianus panis siligineus & herbæ cum sale & aqua, quæ erat lutulenta, nam alia in illo loco non reperiebatur. Simili servituti se ibi propter Deum addixit nobilis Herluini mater. Hæc Dei Servorum vestimenta abluebat, & famulæ fungebatur officio. *Orderic. l. 5.* Herluinus Presbyter & Abbas.

Sæculum XI. A.C. 1050.

Haud multo post tempore Herluinus relicta Burnevilla Tabernaculum in locum commodiorem, qui Beccum a rivo ibi præterlabente dicebatur, transtulit. Ibi paucos intra annos constructa Ecclesia & ceteris ædificiis ad vitam Regularem requisitis, cum ob curam rei domesticæ sæpe externis negotiis vacare cogeretur, & viro opus haberet, qui domi monachos in officio contineret, maxime angebatur, cum anno 1041. Deus ei misit Lanfrancum, eo quo suo loco retulimus modo. Tunc vero credidit Herluinus, preces suas a Cœlo omnino fuisse receptas. Tenerrimus erat & mutuus amborum amor. Abbas humilem animum admirabatur sapientissimi viri, qui sibi in omnibus, quæ innuebat, promptissime obsequebatur. Lanfrancus quoque hujus Laici conversi & nuper ad Sacerdotium promoti eximiam Scientiam spiritualem stupebat, & confitebatur, quod Spiritus ubi vult spiret. Ceterum Herluinus rebus extra monasterium gerendis maxime idoneus ædificia, & annonam curabat, quin tamen ideo in interiore domo, seu in spiritu Religioso turbaretur. Legum & morum patriæ scientissimus, quæ sua erant fortiter defendebat, & aliorum jurgia componebat.

vit. Lanfr. n. 3.

Joan. 3. 8.

Lanfrancus annos tres in Cellæ suæ solitudine transigens vitæ monasticæ offi-

cia,

cia, quod voto edito, cum a graſſatoribus captus fuiſſet, promiſerat, didicit. Raro loquebatur, vix omnibus in illa ipſa Congregatione ſatis notus. Poſtea vero fama ejus ſeceſſus clareſcente, cum plurimi, quantus vir in aula fuerit, non ignorarent, Monaſterium Beccenſe & ipſe Herluinus Abbas celebrari cœpit. Convolabant Clerici, Optimates mittebant illuc filios ſuos inſtituendos, Magiſtri ſcholarum celeberrimarum ad eum audiendum veniebant, multi ut tanti viri virtutes præmiarentur, Monaſterio Bona temporalia conferebant. Ipſe tamen Præpoſitis ſuis humillimum ſe exhibebat, cumque quadam die in Refectorio Fratribus prælegens vocabulum, quod ſcite pronunciaverat, emendare juſſus fuiſſet, ut obedientiæ ſatisfaceret, corruptum reddidit. Quin diſceſſum cogitabat, quia monachos Beccenſes experiebatur indociles & ruſticos; namque non nulli meritis ejus invidentes, ne ipſum Præpoſitum habere cogerentur, pertimeſcebant. Ergo vitam Anachoreticam amplecti animo conſtituerat. Sed Herluinus Abbas hac de re cœlitus edoctus eum tenerrimo affectu obteſtatus eſt, ne ſe & monaſterium ope ſua privaret. Lanfrancus videns detectum eſſe conſilium, quod occultum crediderat, veniam ab Abbate petiit, promiſitque, nunquam ſe

Sæculum XI. A.C. 1050.

Sæculum XI. A.C. 1050.

discessurum, &, quæcunque sibi præciperentur, obedientissimum futurum. Exinde nihil amplius felicissimæ concordiæ vincula disrupit.

§. LXXIV.

Ecclesia Hispaniæ.

Sup. lib. LVIII. 31.

In Hispania Alphonso V. anno 1028. fatis functo successit filius Veremundus III. & Regnum non plus duobus annis tenuit; nam juvenis & improlis decedens, Regnum Legionense Ferdinando I. Sororis suæ Marito reliquit, qui Sanctii Magni, Regis Navarræ filius, cum etiam Comitatu Castiliæ potiretur, ab ea provincia nomen accepit, & Castiliæ Regum primus habetur. Anno millesimo trigesimo octavo Regnum auspicatus illud annis viginti novem tenuit, eique sicut & parenti ejus cognomentum Magni posteritas dedit. Is Concilium Coyacense in Diœcesi Ovetana anno 1050. Æra 1088. celebrari curavit, cui interfuere Episcopi novem, scilicet, Ovetanus Legionensis, Palentinus, Visocensis, Calaguritanus, Pampelonensis, Lucensis, Iriensis seu Compostellensis. Abbates quoque, & totius Regni Optimates. Huic Concilio Sanctia Regina cum Conjuge suo præponitur, quia videlicet ipsa Regni Legionensis Hæres erat.

to. 9. p. 1063.

Cano-

Canones tredecim conditi sunt, in quibus etiam aliqua de rebus Sæcularibus decernuntur. Erat quippe Conventus mixtus. Statuitur, ut Episcopi & Clerici in suis Ecclesiis resideant. Arma non tractent. Vestes eorum Religiosam modestiam deceant. Cum mulieribus non habitent. In calicibus ligneis aut testaceis non sacrificent. Unde Regionum illarum paupertatem dispicimus. Archidiaconi & Presbyteri ad pœnitentiam vocent adulteros, homicidas, incestos, omnes peccatores, & si refractarii sint, eos ab Ecclesia & Communione separent. Omnes Christiani Dominicam Sanctificent, die Sabbati ad vesperas in Ecclesiam se conferant, & in Dominica Missæ & omnibus Horis intersint. Fideles cum Judæis in una domo non versentur, nec cum eis cibum sumant. In Sabbato omnes jejunent. Omnes Monachi & Sanctimoniales Regulam S. Benedicti sequantur, & Episcopis subjecti sint.

Sæculum XI. A.C. 1051.

c. 7. 8. 10. &c.

§. LXXV.

Leonis IX. Dictum.

Anno sequente millesimo quinquagesimo primo ineunte Leo IX. Papa, adhuc in Germania versatus, Festum Purificationis Augustæ Vindelicorum cum Henrico Imperatore, magnoque Episcoporum & Optimatum numero celebravit.

Herm. cont. 1051.

Sæculum XI. A.C. 1051.

vit. Adfuit quoque Archiepiscopus Ravennas, ab Imperatore venire jussus, qui postquam omnia de Ecclesia Romana occupata restituisset, absolutionem ab excommunicatione contra ipsum in Concilio Vercellensi anno superiore lata petiit. Igitur Papa, Archiepiscopo ad ejus pedes prostrato, omnibusque Episcopis præsentibus pro eo intercedentibus, dixit: *Det ei Deus absolutionem omnium peccatorum suorum, sicut dispositus est.* Tum Archiepiscopo risu illusorio de terra surgente iterum Pontifex lachrymis labentibus voce demissa ad circumstantes: *heu miserum! vir mortis est.* Archiepiscopus vix Ravennam pervenit, cum subito fato extinctus est, quod ei propinatum venenum acceleraſſe ferebatur.

vit. Leon. lib. II. c. 7.

Exinde Papa Romam reversus, Concilio post Festa Paschalia convocato, Gregorium Episcopum Vercellensem, quod viduam Avunculo suo fœdere sponsalitio promissam adulterio vitiasset, excommunicavit. Hæc Censura quidem in absentem & insciam Episcopum lata fuit; sed cum deinde Romam venisset imperata facturus, muneri suo restitutus est. Ad hoc Concilium plerique referunt Leonis Papæ Decretum, quo mulieres, quæ intra muros Urbis corpus Presbyteris prostituissent, Palatio Lateranensi ancil-

Herman.

Petr. Dam. opusc. 18. c. 7.

læ

læ addicerentur. Istud postea ad alias quoque Ecclesias extensum. Sæculum XI. A.C. 1051.

Leo Papa Basilicæ S. Petri Romæ decimas Oblationum, quæ Altari inferebantur, donavit, easque sartis tectis, decori, & luminari ejusdem Ecclesiæ impendi jussit. Unde facile est conjicere, quam larga manu Fideles sua Deo obtulerint. Item Leo data epistola ad Clericos & populum Oximanum directa perversam quorumdam locorum consuetudinem damnavit, ubi mortuo Episcopo populus armatus domum intrabat, suppellectilem diripiebat prœdia igni succendebat, vineas & arbores succidebat. Dicit in illa epistola Pontifex: Etiamsi vero Episcopus in vita sua cuiquam intulisset injuriam, quid JEsus Christus peccavit, cujus custodiæ Ecclesia vacans commissa est? an ob peccata Episcopi substantia pauperum pessumdanda? Itaque tam fœdum Sacrilegium cum comminatione anathematis prohibet. Petrus Damiani aliquot abhinc annis ad Papam Clementem II. querelas detulerat, quod crimina Episcopi Oximani relinquerentur impunita. Hinc verisimile omnino est, post fata scelerati viri Leonem IX. memoratam Epistolam scripsisse. Ceterum sub idem tempus Romæ agens Pontifex sibi ipsi Successorem in Sede Tullensi elegit Udonem Primicerium, jam prius Officio Bibliothecarii

tom. 9. Conc. p. 985.

ep. 10.

Petr. Dam. l. ep. 3. vit. II. c. 8.

Sæculum XI. A.C. 1051.

rii & Cancellarii Ecclesiæ Romanæ ornatum, quem ob pietatem singularem & eximias animi dotes diligebat, ut filium. Misit Leo nuncium ad Cæsarem, qui ejus consensum peteret; Udo vero Sedem Tullensem usque ad annum millesimum septuagesimum tenuit.

§. LXXVI.

Scriptum Petri Damiani contra Clericos impudicos.

Petr. Dam. opusc. VII. Ad istud tempus, videlicet primos Regiminis annos Leonis Papæ IX. Scriptum Petri Damiani, de Clericis peccatis, quæ omnes Boni abominantur, inquinatis, ad ipsum Pontificem pro obtinenda ejus sententia directum, referendum esse censeo. In eo dicit: *Sunt non*
c. 2. *nulli Clerici pœnitentiam quamcunque rigidam suscipere parati, sed Gradum suum, quem in Ecclesia obtinent, perdere nolunt. Forte aliqui Episcopi plus justo indulgentes illos solum Depositione dignos putant, qui in ultimæ infamiæ abyssum prolapsi*
c. 3. *sunt. Nobis vero quicunque impudicitiæ consuetudine ligati ab Ordinum susceptione arcendi, aut si in iis sint, dejiciendi videntur. Objiciunt necessitatem viros denique, quales inveniri possent, ad Ministerium Ecclesiæ admovendos esse. Sed eodem argumento extorquebunt, indignissi-*
c. 4. *mos ad primos gradus esse evehendos. Quis*

vero

Sæculum XI. A. C. 1051.

vero neget, hujusmodi Clericos in sensum reprobum datos esse, qui admissis flagitiis erubescendis Ministerio Ecclesiastico ulterius vacare præsumunt. Apostolus dignos morte judicat non solum eos, qui talia agunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus. c. 5. *Rom.* 1. 30. *Nunc vero de Gentilibus hic loquitur. Quid autem dicturum fuisse putemus, si horrendum nefas non in Ecclesia modo, sed etiam in Clericis deprehendisset? Rem ebeu abominandam! patres spirituales proprios filios vitiant, & rei confitentur complicibus, qui nec pœnitentiam competentem injungunt, nec lapsis, surgere volentibus, adjutricem manum porrigunt.* c. 6. c. 7. *Sequuntur falsas regulas, quæ inter Canones genuinos insertæ occurrunt, & quarum non nullas hic afferam, ut ostendam, ceteras omnes, ubicunque reperiantur, apocryphas esse & spurias. Hujusmodi illa est: Si Presbyter, non monachus puellam compresserit, duobus annis pœnitentiam agat, & ter redeunte tempore Quadragesimali in pane & aqua Feria secunda, quarta, sexta & Sabbato jejunet. Si Monialem violaverit, & stupri consuetudinem contraxerit, quinque annorum erit pœnitentia. Simplex Clericus, qui scortatus fuerit, sex mensium pœnitentiam subeat, similiter & Canonicus, si autem frequenter admodum libidinatus fuerit, duobus annis pœnitentia protrahatur.* c. 10.

Auctor

Sæculum XI. A.C. 1051.

Auctor quædam alia exempla falsorum Canonum, in quibus nefandis flagitiis leves pœnitentiæ injunguntur, adducit, & subjungit: *Quisquis in scientia Canonum vel mediocriter versatus est, non ignorat, Presbytero in fornicationem lapso præscriptam esse pœnitentiam decem annorum, ut de legibus hac graviorem injungentibus nihil dicam, Laico autem trium annorum. Unde si Canones hos spurios sequimur, in quibus sex mensium pœnitentia Clericis injungitur, mitius peccantes Clerici quam Laici habebuntur.* c. 11.

Sed quis denique hos Canones procudit? constat enim, omnes Canones authenticos vel a Conciliis, vel a Pontificibus fuisse promulgatos, nec a privato homine condi posse. (*) *Si quis vero in auctorem istorum* c. 12.

(*) Ohne Zweifel sind, neben der heiligen Schrift, mit dem Römischen Pabste als ihrem Oberhaupte vereinigte so wohl allgemeine als Provinzial-Kirchenversammlungen, deren die Heiligen Apostel selbst das Beyspiel hinterlassen, Actor. I. 15. und 15. 6. die Quellen des Kirchenrechtes zu allen Zeiten gewesen. Allein der Herr Christian von Windheim liefert uns ein Neues vom sel. Herrn Mosheim, und saget in der Einleitung pag. 3. da er pag. 4. gestehet: Vor der Reformation galt blos das Canonische Recht der Päbste. Was darinnen nicht ausgemacht war, das bestimmte der Pabst durch seine Bullen. Es fehlet noch

rum inquirat, in diversis exemplaribus diversa leguntur. Aliqui eorum Auctorem Theodosium faciunt, alii ex Pœnitentiali Libro Romano excerptos dicunt, alii Canones Apostolorum vocant. Uno verbo ignoti erant istorum Canonum Auctores. Conjectura est, hic nomine Theodosii Archiepiscopum Cantuariensem accipi debere, cui præter genuinos, quos condiderat, etiam alii Canones pœnitentiales falsi tribuebantur.

Sæculum XI. A.C. 1051.

Sup. l. XL. §. 46.

Petrus Damiani postea refert Canones Concilii Ancyrani, qui ad delenda peccata, de quibus in hoc Tractatu agitur, etiam Laicis pœnitentias viginti quinque annorum injungunt. Adducit S. Ba-

c. 13.

Sup. lib. X. §. 16. *Conc. Antyr. c.* 16.

---

noch viel an einem rechten Sistem dieses (Protestantischen) Rechtes. Allein wir kommen doch immer näher zur Sache, so daß sich bald ein dauerhaftes und gegründetes Kirchenrecht hoffen läßt.

Ist das nicht lächerlich? Christus hat vor mehr als tausend sieben hundert Jahren eine Kirche und ein Kirchenrecht gestiftet, der Herr Windheim bekennet, daß vor der sogenannten Reformation nur das Canonische Recht der Päbste in der ganzen Christlichen Welt etwas galt. Und nichts desto weniger hoffet er allererst im Jahr 1760. bald ein dauerhaftes und gegründetes Protestantisches allgemeines Kirchen-Recht.

Herr Windheim! es ist zu spat.

Sæculum XI. A C. 1051.

S. Basilii auctoritatem de peccatis, hu-
multum levioribus, & Siricii Papæ, de-
clarantis, omnem Laicum, pœnitentiam
publicam subire coactum, Clericali Or-
dine esse indignum. In conclusione Pa-
pam rogat, ut postquam Canonum Li-
bros, virosque doctos & pios consuluis-
set, Sententiam proferat. Papa dato Re-
sponso, & Opere Petri multum dilauda-
to, fatetur, secundum rigorem Canonum
omnes quatuor peccatorum, quæ notas-
set, gradus Depositione & exclusione ab
omnibus Ordinibus dignos esse. Ni-
hilominus, ut indulgentiæ locum daret,
Depositionis sententiam solum in Cleri-
cos maxime reos pronunciavit. Hinc
fas est credere, majorem fuisse multitu-
dinem delinquentium, quam ut omnes
secundum Canonum rigorem puniri
oporteret.

c. 15.

c. 16.

Leo Ep. 17.

Cum Leo Papa quibusdam Petrum
Damiani calumniantibus faciles aures
præbuisset, scripsit ille epistolam humili-
tatis & virilis constantiæ notis insignem,
rogans Pontificem, ne se sine examine
damnaret, & dicens, se eum solummodo
in finem gratiam ipsius cupere, ut illa
sibi ad Salutem animæ conduceret.

Lib. 1. *ep.* 4.

§. LXXVII.

Liber, Gratissimus.

Anno millesimo quinquagesimo secundo,
in

in Quadrageſima, cum Henricus Imperator Archiepiſcopatum Ravennatenſem Henrico contuliſſet, miſit ei Petrus Damiani Tractatum, cujus iſtud erat exordium: *Nihil aptius occurrit, quod tibi officium Epiſcopale ſuſcipienti offerrem, quam liber meus, quem de Sacerdotio compoſui. Nullatenus ignorare te exiſtimo, quam acriter tribus abhinc annis in tribus Conciliis Romanis de illis Clericis diſputatum fuerit, quos Ordinatores Simoniaci (*) gratis deinde ordinarunt, & quam pertinaciter hodieque in noſtris partibus litigetur, usque adeo ut aliqui Epiſcoporum Clericos a Simoniacis ordinatos iterum ordinaverint.* Quare plerique Fratrum noſtrorum vehementer inſtant, ut quid de hac re ſentiam edicam, quod facere hucusque recuſavi, ſperans me hanc licentiam a Papa accepturum; quippe apud nos tranſiturus ferebatur. *Cum vero nunc in memoriam revocaſſem, Pontificem in ultimo Concilio omnes Epiſcopos rogaſſe, ut ad decidendam graviſſimam in Diſciplina Eccleſiaſtica Quæſtionem intellectum ſuum a Deo illuſtrari peterent, credidi, me ejus mandatis obtemperare, ſi hanc difficultatem reſolvere conarer.*

Sæculum XI. A.C. 1052.

Herm. Chro. 1052.

Opuſc. VI.

Tum ad rem ipſam progrediens Petrus oſtendit; quod cum JEſus Chriſtus omnium

c. 1. 2.

c. 3.

(*) Nempe ipſi ab initio Simoniace ordinati.

Sæculum XI. A.C. 1052.

omnium Gratiarum, quibus in Ecclesia Fideles replentur, fons & origo sit, etiam ipse omnia sua Sacramenta per Ministros suos conferat, &, sicut ipse solus baptizat, etiam solus ordinet. Unde sequeretur, non magis licere quemquam secundo ordinare, quam baptizare, quod valor Sacramenti a virtute ministri non

c. 9. 10. &c.

dependeat. Hinc etiam omnes Ordinationes factas a Liberio Papa, viro Hæretico & seditioso, validas fuisse habitas,

c. 16.

quamvis post Apostasiam adhuc annis sex

Sup. l. XIII. §. 46.

superstes fuisset. Pari ratione, quamvis Vigilium Papam scelera & impietas insignem effeciissent, nulli tamen Successorum ipsius in mentem veniisse, ejus Acta

Sup. lib. XXXII. §. 57.

esse rescindenda. Memorat deinde Auctor exempla quorumdam Peccatorum publicorum sui ævi, qui miracula edidisse

c. 18.

ferebantur, videlicet Raimbaldi Episcopi Fesulani, Simoniaci, & concubinam habentis, Marini Presbyteri, qui concubinam alebat, & duorum aliorum Presbyterorum, non nominatorum, qui more Sæcularium vixerant. Econtra affert complura exempla Virorum Sanctorum, qui, licet a Simoniacis fuissent ordinati, Sanctum Sacrificium tota vita sua obtulissent, scilicet Ronaldi Camertinensis, Amici Ramibonensis, Guidonis Pomposiani, Firmani & complurium aliorum, *super quorum corpora*, ait, *auctoritate*

Con-

Concilii Altaria erecta sunt, ubi miracula patrantur. Ubertus Episcopus Arimi- Sæculum XI. A.C. 1052.
nensis hanc Sedem Episcopalem libris nongentis, ære Ticinensi, coemit, & nihilominus ipse Beatum Arduinum Presbyterum ordinavit, per quem Deus tot patrat miracula, & qui Sanctum Sacrificium usque ad finem vitæ suæ obtulit.

Ostendit postea, quam absurda ex opinione contraria sequerentur, nimirum abhinc uno plus Sæculo Christianam Ecclesiam in Italia evanuisse, & tantum inane Religionis nomen remansisse. (*) Oportere populos, relictis Episcopis propriis, aliis se subjicere, qui valide ordinati essent, sicque totum Hierarchiæ ordinem

(*) Dieses ist auch wahr von allen Protestantischen Gemeinen, weil sie die rechtmäßige Folge der Bischöfe aufgehoben. Herr Fleury in seinem Buch: Sitten der Christen pag. 627. nach der Deutschen Uebersetzung 1754. saget: Die Protestanten haben unter dem Vorwand abergläubische Dinge auszurotten, ein plumpes Christenthum eingeführet, in welchem niemand die Evangelischen Räthe haltet, und bey welchem die Gebot selbst eben nicht besser als bey denenjenigen beobachtet werden, von denen sie sich abgesondert haben.

Sæculum XI. A.C. 1052.

nem everſum iri. Hortatur Epiſcopos, ut hunc errorem excindant, ſuadeantque Pontifici, ne reos innoxiosque eadem pœna involvat. Refert, quæ Leo Papa in hac cauſa jam prius præceperat, & Henricum Imperatorem laudat, quod ſua auctoritate ad Simoniam exterminandam uſus fuiſſet. Ceterum hoc Petri Damiani Opus dictum eſt Liber *gratiſſimus*, quod nempe illis, quorum Ordinatio in dubium vocabatur, eſſet acceptiſſimus.

c. 34.
c. 35.
c. 36.

§. LXXVIII.

Eccleſia Franciæ.

tom. 9. *Conc. p.* 1068.

In Francia Jordano Epiſcopo Lemovicenſi defuncto cum complures Clerici, virique nobiles Guilielmum Ducem Aquitaniæ adiiſſent rogantes, ut ipſis Epiſcopum daret, Is totius Aquitaniæ Proceribus, Clericis, & Eccleſiæ Vacantis Vaſallis ad conſilium adhibitis mature deliberavit; tumque electus eſt Icterius conſentiente Duce, Ademaro Vicecomite, omnibus Clericis populoque quarta Januarii anno milleſimo quinquageſimo ſecundo, ex quo Henricus Rex imperaret vigeſimo ſecundo. Ordinatus eſt vero ab Epiſcopis præſentibus Aimone Archiepiſcopo Bituricenſi, Rencone Epiſcopo Claromontano, Gerardo Petroco-

trocoricensi, consentientibus Episcopis Rutenensi, Albigensi, & Cadurcensi. Notandum, quod in his Actis Rex solummodo ibi, ubi dies apponitur, nominetur. Sæculum XI. A.C.1052.

Eodem anno Pontifex & Rex Franciæ fundatam Abbatiam Casæ Dei in Arvernia datis literis confirmarunt. Fundator erat Robertus, in illa regione natus, filius cujusdam Geraldi, qui ex Familia S. Geraldi Auriliacensis ortus credebatur. Robertus juvenis inter Canonicos Brivatenses S. Juliani educatus, cum in via virtutis strenue progrederetur, omnibus Ordinibus atque etiam Presbyteratu insignitus est. Magno zelo conversionem peccatorum quærebat, atque ut pauperes suis opibus adjuvaret, Hospitium prope Brivatam fundavit. Exinde solitudinis amore tractus abiit, Cluniacum petiturus; sed in via deprehensus, invitus reducitur, quem scilicet cuncti, præsertim pauperes diligebant. Ipse vero propositum in desertum cum duobus tribusve sociis fugiendi & ædificandi monasterium non dimisit. *vit. Sæc. 6. Ben. par. 2. p. 188. Sup. l. LIV. §. 22.*

Cuidam viro nobili, nomine Stephano, gravium scelerum reo, vere pœnitenti, & consilium a Roberto expetenti, suasit ille, ut mundum relinqueret, se

Sæculum XI. A.C. 1052.

ipsum fugæ socium offerens. Hortatus etiam ut tertium comitem quæreret, & exiguam in deserto aliquo Ecclesiam, ubi de labore manuum suarum & oleribus obviis vitam sustentarent. Quin & Sacellum, quod sibi exoptabat, sub Parochi cura esse cupiebat, ne rei novitas cuiquam conquerendi locum daret. Cumque alius etiam ex illius regionis Optimatibus, nomine Dalmatius, pio fœdere se ipsis junxisset, & Robertus utrumque in proposito constantem cognovisset, sedem sibi delegerunt apud Ecclesiam desertam, quam Stephanus aliquando Anicium Velaunorum iter faciens notaverat, & unacum vicina eremo a duobus Canonicis Anicienſibus, in quorum ditione sita erat, facile obtinuerunt. Ærumnæ plurimæ novis hospitibus in illis initiis tolerandæ fuere, tum ob loci sterilitatem, tum ob inhumanitatem accolarum, eis insaniam exprobrantium, quod nihil habentes huc veniſſent, ubi etiam comportata annona famem satis depellere non potuissent.

Robertus duos hos Discipulos ad perseverantiam excitabat, & illis manibus suis operantibus ipse orationi & lectioni vacabat, ut haberet, unde doctrinam spiritualem suggereret. Tandem impro-

bo

bo labore & patientia plana facta sunt omnia, vicinorum hominum ingenia mansuefacta, multique tam ex Clericis, quam ex Nobilibus ipsis juncti. Nempe miracula, quibus Robertus clarescebat, magnam ei Discipulorum multitudinem conciliabant. Sed ipse hæc omnia SS. Martyrum Vitalis & Agricolæ meritis, quos Patronos ea Ecclesia venerabatur, tribuebat. Tandem maximus numerus tyronum sub ipsius Disciplina vivere & proficere cupientium invitum compulit, ut fundos & pecuniam sibi ad construendum monasterium oblatam acciperet. Cœpit igitur in eodem loco ædificare Cænobium usus consilio Renconis Episcopi Claromontani, in cujus Diœcesi situs erat ille locus. Ceterum Robertus noster Mundo valedixit anno Salutis reparatæ millesimo quadragesimo tertio, & tribus ferme post annis novum monasterium condere cœpit, quod anno millesimo quinquagesimo secundo perfecit. Id enim discimus ex Bulla Leonis IX. Papæ secunda die Maji data, ex literis patentibus Henrici Regis Franciæ, vigesima Septembris datis, quibus complures Episcopi & Magnates, nempe Aymo Archiepiscopus Bituricensis, Arnoldus Turonensis, Agobertus Episcopus Aurelianensis, Helmuinus Augustodunensis,

Sæculum XI. A.C. 1052.

Monasterium Casa Dei.

Mabill. observ. ad vit. n. 8. Append. ad Lup. Ferr. edit. Balu. p. 524.

Sæculum XI. A.C. 1052.

nensis, Menardus Archiepiscopus Senonensis, Enzelinus Episcopus Parisiensis, Guido Cabillonensis ad Ararim, subscripserunt. Præcipui ex Optimatibus leguntur Odo Regis Frater, Robertus Dux Burgundiæ, alter Regis Frater, Guilielmus Dux Aquitaniæ, Guilielmus Dux Normanniæ. Jam illo tempore hæc Abbatia, Casa Dei, appellabatur, cujus Abbas primus Robertus noster ad trecentos rexit Monachos. Ecclesias ferme quinquaginta jam diu collapsas erexit, & Casa Dei exinde Caput integri Ordinis seu copiosæ Congregationis multorum Monasteriorum sub Regula S. Benedicti militantium evasit, unde complures viri illustrissimi prodiere. Obiit Robertus anno millesimo sexagesimo septimo decima septima Aprilis, & Sanctorum numero adscriptus colitur.

§. LXXIX.

Halinardi Archiepiscopi Lugdunensis extrema.

vit. Halin. n. 8. Sæc. 6. Ben. part. 2. p. 39.

Halinardus Archiepiscopus Lugdunensis a latere Leonis IX., ex quo is S. Petri Cathedræ impositus fuerat, vix unquam discesserat, nam cum ceteris Galliæ Episcopis ad Concilium Romanum, quod Leo anno millesimo quadragesimo nono, Pontificatus sui primo, celebravit,

vit, vocatus, Pontificem deinde ad celebrandum Concilium Remense eodem anno, iterumque ad alterum Concilium Romanum, secutus est, quo soluto cum eodem in Franciam rediit. Apud Lingones commorans ejusdem Civitatis Episcopum Harduinum in locum Hugonis in Concilio Remensi depositi præsente Papa ordinavit. Anno sequente Romam reversus Papam Beneventum, Capuam, ad montes Cassinum & Garganum proficiscentem comitatus est; nam cum Halinardus admirabili quadam eloquentiæ vi præditus esset, & quibusvis, quod constituisset, facile persuaderet, Papa ad agendum cum Normannis de fœderibus pacis ejus opera utebatur. *Sup.* Sæculum XI. A.C. 1052.

Ex eo itinere redux Papa, ad Imperatorem, in finibus Hungariæ degentem, profectionem suscepturus, Halinardo præcepit, ut Romæ usque ad reditum suum remaneret. Tunc vero Hugo, senior, Episcopus Lingonensis, qui Familiam Halinardi Archiepiscopi sequebatur, Papam rogavit, ut sibi pœnitentiam injungeret ad obtinendam peccatorum suorum absolutionem, cumque Pontifex sincere contritum cerneret, ait, in pœnitentiam ea sufficere quæ pertulisset, & statim absolvit. Quin & discedentem

Sæculum XI. A. C. 1052.

dentem muneribus cumulavit, & ad Ecclesiam suam redeundi licentiam dedit; sed ille in via constitutus mortem oppetiit. Cum ergo Halinardus Romæ Hugoni ceterisque in Franciam propediem iter ingressuris convivium adornasset, piscis veneno imbutus mensæ illatus est. Quicunque aliquam de eo partem comederant, eos vel intra octiduum, vel post lentum morbum devorata pestis consumpsit. Ex eadem Halinardus Archiepiscopus obiit vigesima nona Julii anno millesimo quinquagesimo secundo, postquam Sedem Lugdunensem annis septem tenuisset, Nobilium Romanorum cura ad S. Paulum honorifice sepultus. Vestes pretiosas & vasa argentea Ecclesiæ S. Benigni Divione, cui annis viginti Abbas præfuerat, multosque libros legavit. Nam, scientiarum Cultor, Geometriæ præcipue & Physicæ vacaverat. Defuncto in Archiepiscopatu Lugdunensi Philippus hujus nominis primus successit.

Alb. Chron. an. 1051.

§. LXXX.

Papa in Germania.

vit. ibid.

Itaque hoc anno 1052. Leo IX. Papa iter in Germaniam tertio suscepit, ut Imperatorem & Andream Hungariæ Regem

gem a belli funesti consiliis revocaret. Nam, Andrea consuetum tributum, quod ejus Antecessores Imperatori solvebant, dare recusante, Pontifex, missis pluribus Nunciis, Hungaros hortatus fuerat, ne istud pristinæ subjectionis pignus pendere detrectarent. Promiserant illi submissuros se, si modo præteritæ culpæ venia eis daretur; quam ut ab Imperatore impetraret, Papa longi itineris molestias subierat. Sed alia quoque causa urgebat; nimirum ut ab Imperatore auxilium peteret contra Normannos Italiam, præsertim Ecclesias, vastantes. Ubi Papa in Germaniam pervenit, Imperatorem ad concedendam Hungaris pacem pronum habuit, sed eam Andreas, qui Papam ut veniret rogaverat, respuit. Unde Papa justa indignatione commotus pertinaci fulmen excommunicationis comminatus, cum Imperatore in Germaniam, nam ambo usque in Hungariam processerant, rediit, ubi reliquum illius anni tempus exegit. Sæculum XI. A.C. 1052.

Summo Pontifici Ratisbonæ commoranti Monachi S. Emmerami Reliquias exhibuerunt, quas S. Dionysii Areopagitæ, primi Parisiorum Episcopi, esse, easque ab Arnulpho Imperatore sibi donatas affirmabant. Quin etiam Bulla

Sæculum XI. A.C. 1052.

S. Dionysii Areopagitæ Reliquiæ.

extat, Leonis IX. nomen præferens, ad Regem Franciæ ejusque subditos directa, in qua legitur, quod ejusdem Regis Legatis præsentibus & petentibus hæ Reliquiæ examini fuissent subjectæ, & argumentis idoneis probatum, eas S. Dionysii esse. Ut vero de illa conjectura nihil dicamus, quod nunquam antea Scriptorum aliquis hujus Translationis Ratisbonensis meminerit, hæc Bulla septima Octob. anno 1052. data ab eruditis suppositia creditur. Præterea alibi legimus; nona Junii anno sequente Odonem Henrici Regis Franciæ fratrem, Rege jubente, ad Monasterium S. Dionysii cum compluribus Aulæ proceribus se contulisse ad recognoscendas S. Dionysii Reliquias, quas Dagobertus cum Reliquiis duorum ejus Sociorum in duabus arcis argenteis, mira arte clausis, post Altare in profundo specu deponi jusserat, atque huic Inspectioni Archiepiscopos duos Guidonem Remensem, & Robertum Cantuarienſem, Episcopos quinque, quorum præcipuus Imbertus Parisiensis fuisset, Abbates sex & complures Optimates interfuisse.

tom. 9. Conc. pag. 989. & 1071. V. Mabill. Sæc. 5. Ben. p. 113.

Duchesn. to. 4. p. 157.

Cum Papa & Imperator in Festo Nativitatis Domini anno millesimo quinquagesimo secundo Wormatiæ diversarentur, ille

Herm. Chr.

Sæculum XI.
A.C.1052.

ille in ipso Festo Missæ Solemnia peregit, & altera die Liupoldum Archiepiscopum Moguntinum, quia illa Ecclesia in ejus Provincia existebat, Missam celebrare jussit. Nam S. Bardoni anno superiore millesimo quinquagesimo primo, decima Junii, postquam plus annis viginti sedisset, fatis functo Liupoldus Ecclesiæ Bambergensis Præpositus successerat. Cum igitur officium Missæ Wormatiæ Liupoldus inchoasset, recitata prima Oratione, aliquis ex ejus Diaconis Lectionem cantavit, nam mos quarumdam Ecclesiarum in Festis Solemnibus ferebat, ut plures Lectiones recitarentur. Quia vero hæc consuetudo Ritui Romano adversabatur, quidam Romani Papam circumstantes eum incitarunt, ut misso nuncio Diaconum tacere juberet. Ille, juvenis audaculus, obedire noluit, & licet Papa secundum misisset mandatum, nihilominus suam Lectionem elata voce prosecutus est. Tum a Papa accersitus illico Clericali gradu dejicitur. Mittit Archiepiscopus Moguntinus, qui Diaconum suum reposceret, & Papa renuente tunc quidem Archiepiscopus acquievit. Sed perlecto Evangelio & Offertorio, cum Sacrificium inchoari oporteret, Archiepiscopus in sua Cathedra consedit reclamans, nec se nec alium quem-

vid. Mabill. Sæc. 6. par. 2. p. 3.

Chro. Saxo. Abb. Ursp.

Sæculum XI. A.C. 1052.

quemquam hoc Sacrificium persolutu-
rum, nisi Diaconus suus sibi restituere-
tur. Cessit Papa, & Diaconum vestibus Ordinis sui indutum ei remisit. Ita Archiepiscopus reliqua Solemnia peregit. *In hoc casu*, inquit hujus narrationis auctor, *consideranda est constantia Archiepiscopi, qua suam Dignitatem tutatus est, & humilitas Summi Pontificis, agnoscentis, Metropolitæ in sua provincia aliquid dandum esse.*

Illo etiam anno Papa & Imperatore Wormatiæ commorantibus, ille iterum instare cœpit, sicut antea sæpius, ut Ab-
Herm. Chr. batia Fuldensis aliique fundi & monasteria in Germania Ecclesiæ Romanæ restituerentur. Tandem vero ambobus placuit permutatio, atque hæc in Germania posita retinuit Imperator, alia autem ultra Alpes sita, & etiam pro Ecclesia
Chro. Cass. Bambergensi Beneventanam, Pontifici concessit.

Præterea conquerenti Papæ, quod Normanni in Italia grassantes patrimo-
Herm. nia S. Petri armis occupassent, Imperator turmas dedit, quibus bellum gereret. Tunc vero multi Germanorum spe prædæ illecti, multique sceleribus infames & e patria proscripti, Leonem Papam secuti sunt, quos ille, quia eorum

rum opera in hoc bello erat neceſſaria, benigne ſuſcepit. Sæculum XI. A.C. 1053.

§. LXXXI.

Concilia in Italia.

In Italiam rediens Papa Auguſtæ Vindelicorum Feſtum Purificationis anno milleſimo quinquageſimo tertio, & Dominicam Quinquageſimæ Mantuæ celebravit. In illa civitate Concilium habiturus, turbatur a quibusdam Epiſcopis, Viri Sancti ſeveritatem formidantibus. Hi enim domeſticos ſuos armatos in Pontificios, periculi ut credebant ſecuros, ante fores Eccleſiæ, in qua Epiſcopi ſedebant, ſtantes immiſerunt. Surgit Papa de ſede ſua, atque ad januam procedit ſui reverentia ingentem tumultum compoſiturus. Sed aggreſſores nullam Summi Pontificis rationem habent, inermes perſequuntur, & ab Eccleſiæ janua, quo conſugere contendebant, abſtrahunt. Tela & ſaxa circa Papæ caput volant, pluresque ejus pallium tanquam Sacrum aſylum complexi fœde vulnerantur. Tandem ut ſeditio remitteret, ſolvendum fuit Concilium, & altera die cum in auctores cladis inquirendum fuiſſet, & rei ſevere puniendi, Papa omnibus ignovit, ne vindictæ cupiditate agi videretur. *vit. II. c. 8.*

Inde

Sæculum XI. A.C.1053. Inde S. Leo IX. Romam in Quadragesima pervenit, & post Pascha Synodum, sicut aliis annis adsueverat, convocavit, de qua nihil aliud ad nos transmissum, quam Epistola ad Episcopos Venetorum & Istriæ data Dominico Patriarchæ Gradensi, alio nomine Aquilejæ novæ, favens; nam in ea statuitur, ut illa civitas duarum illarum provinciarum Metropolis habeatur secundum priora Pontificum privilegia, & Episcopus Forojulienſis secundum Constitutiones Gregorii II. & Gregori III. intra Longobardiæ fines contineatur. Ita vetus illa disceptatio finita.

Leon. ep. 2.

Sup. lib. XLII. §. 7.

§. LXXXII.

Papa a Normannis captus.

Herm. Chr. Concilio dimisso Papa cum exercitu in Normannos movit. Illi pacem rogant, spondent se Vasallos Papæ futuros, & fidem juraturos pro possessione illarum terrarum, quas Ecclesiæ ademissent. Sed Papa rejectis conditionibus vult, ut quæ armis occupassent simpliciter rederent, indeque recederent. Normanni copiis, quas Papa ducebat, numero longe superiores, hanc conditionem tanquam impossibilem respuunt, dicentes, armis se defensuros Regionem quam armis subegissent, atque in ea, si vincere non

Sæculum XI. A.C.1053.

non poſſent, ſaltem fortiter morituros. Itaque decima octava Junii ad pugnam ventum eſt. Germani in primis ordinibus dimicantes in Normannos ferociter irruunt, depellunt & pæne profligant. Sed mutata ſubito belli alea. Quippe cum poſtrema Normannorum agmina in milites Pontificis inveherentur, vecordes Itali fugam arripiunt, ſolique Germani viriliter ſe tuentes magnam partem cæduntur. Ita Normanni inſignem victoriam licet multi ſanguinis impendio reportarunt, *ſive id ideo evenerit*, inquit Hermannus illius ævi Scriptor, *quod Papam magis decuiſſet armis Spiritualibus, quam ferro pro Bonis hujus mundi decertare, ſive quod Dux eſſet multorum impiorum, qui vel ſcelerum ſuorum impunitatem ſperabant, vel avaritiam ſatiare cupiebant, ſive quod juſtus Deus ob cauſam ſibi ſoli cognitam peccata noſtra punire voluerit.*

Papam in vicino oppido prœlii exitum expectantem obſident Normanni, viribus imparem capiunt, atque ad ipſos abſolvendos a Cenſura excommunicationis cogunt. Ceterum eundem Beneventum inter maximi honoris ſigna deductum majore illius anni parte, nempe a die vigeſima tertia Junii anno 1053. usque

Chr. Caſſ. l. II. c. 87.

Sæculum XI. A.C. 1053.

usque ad duodecimam Martii anno 1054. custodierunt. Ille funera in eo prœlio occisorum paterne curavit, jussitque ea in quadam Ecclesia collapsa, haud procul posita, sepeliri. Qua deinde restaurata ipsi Normanni Monasterium ibi condiderunt. Beneventi commorans

vit. c. 12. Papa asperrimam vitam ducebat. In terra panno strata cubabat, cilicio carni admoto vestitus. Saxum suppositum pro cervicali erat. Arctissimum illi erat somni tempus, & singulis noctibus Psalterium inter innumeras genuflexiones recitabat. Præterea Psalterium iterum de die, Missam, & plurimas alias preces persolvebat. Eleemosynas quibusvis petentibus pæne immensas largiebatur.

DIS-

DISSERTATIO AUCTORIS IN HISTORIAM ECCLESIASTICAM

AB ANNO CHRISTI 600. USQUE AD ANNUM 1100. (*)

Ecclesiæ ætas aurea præteriit. Sed Deus populum suum non abjecit, nec eorum, quæ clementissime promisit, oblitus est. In timore &

(*) Proprius hujus Dissertationis Fleurianæ locus est ad annum Historiæ Ecclesiasticæ millesimum

& tremore recordemur, quam periculosis tentationum fluctibus Ecclesiam suam in quinque Sæculis, sex priora sequentibus, jactari permiserit, & grato animo subsidia, quibus ad eam servandam usus est, admiremur. Digna profecto Christianorum attentione materia!

§. I.

Barbarorum adventus.

Romam, Idololatria infamem, tantorum criminum ream, tot Martyrum effuso sanguine pollutam, coram facie omnium Nationum Divinæ Justitiæ pœnas dare oportebat, cujus novæ Babylonis futuram ruinam, cum eam S. Joannes ab ipso JEsu Christo didicisset, horrendum in modum in sua Apocalypsi posteris depinxit. Impletum est suo tempore terribile vaticinium. Roma Imperii caput esse desiit, ex quo Constantinus Sedem suam

Mœurs des Chrest. c. 56. Apoc. 17. 18.

mum centesimum post Librum LXIV. eam tamen relinquo, ubi invenio. Candidus Lector hujus Sermonis lectionem usque ad dictum annum differre poterit, vel forte utilius erit eam bis legisse. Quin etiam viris Historiæ Ecclesiasticæ studiosis Rerum facies in Ecclesia ab anno 1053 usque ad 1100. aliunde satis nota est.

ſuam Byzantium transtulit, & poſt Imperii Diviſionem Imperatores Occidentis nunc Ravennæ, nunc Mediolani, & in quacunque potius civitate, quam Romæ, diverſari maluerunt. Unde paulatim urbis Romanæ ſplendor, & opes periere, populique multitudo dilapſa eſt. Meminerit Lector, S. Gregorium retuliſſe, quam triſtis Romæ facies ipſius ætate extiterit. Quippe illis ſæculis ſæpius a Barbaris, qui totum Romanum Imperium everterunt, capta & expilata eſt. Porro hos Barbarorum incurſus primam tentationem ab hoſte externo proficiſcentem, poſt perſecutiones Imperatorum Ethnicorum fuiſſe exiſtimo, qua Eccleſia Dei vexata eſt.

Hiſt. lib. XXXV. 5. 40.

Hom. 18. in Ezech.

Nam illis initiis Gentes in Romanas provincias irruentes omnia cæde & ſanguine replebant, totas civitates incendiis delebant, & nemini parcentes terrorem mortalibus necdum talia expertis incutiebant. Perſecutiones ſub Romanis Principibus nec continuæ erant, nec univerſales, & Chriſtianis Neophytis id ſaltem ſolatii ſu-

pererat, quod inter homines ſuæ nationis & linguæ degere liceret. Quin & complures ſuo hortatu ad amplectendum Fidem, quam ipſi priores agnoverant, ſingulis diebus permovebant. At ubi incolæ internecione tolluntur, nulla eſt Eccleſia. Et qua ratione convertas homines, prope beluas, ſemper armatos, ſemper prædæ inhiantes, quibuscum ne quidem linguæ commercium tibi ſit?

Præterea Barbaris Romani Imperii depopulatoribus, cum ſemper Gentiles eſſent vel Hæretici, etiam poſtquam primus furor remiſerat, & eo usque ſaltem manſuefacti fuerant, ut alter alterius idioma percipere & pacate colloqui poſſet, Romani ob Religionis diverſitatem inviſi erant, & intolerabiles videbantur. Quanta crudelitate Vandali in Africa Orthodoxos perſecuti fuerint, memori mente ſervaſſe Lectorem, non dubito. *Hiſt. lib. XXX. §. 9. 10. &c.*

Tandem Barbari alii ſerius, alii citius Fidem Chriſti amplexi ſunt, atque in eorum converſione tantum Dei Miſericordia, quantum in plectendis Romanis

manis Justitia eluxit. At conversæ Gentes in professione Fidei non illico pristinos mores exuebant. Plerique leves, mutabiles, pravis affectibus capti permanebant, magisque impetu quam ratione movebantur. Observaveris, candide Lector, quales Christiani Clodoveus & filii ejus fuerint. Hi populi, Majorum suorum more, literas artesque contemnebant, venatui & bello indulgentes. Unde brevi etiam apud Romanos Barbaris subjectos ignorantiæ vitium subrepsit. Nam mores Gentis sibi dominantis Subditi facile accipiunt, atque si desint laudes & præmia Musæ languent. *Mœurs Chret. c. 57.*

§. II.

In Galliis videmus abjici cœpisse literarum studia exeunte Sæculo VI. nempe centum ferme annis, ex quo Franci advenerant. Hujus rei exemplum habemus manifestum in Gregorio Turonensi, de se ipso fatente, quod Grammaticæ humanisque literis parum studuerit. Sed etiamsi non fateretur, id ipsum tamen satis pateret. *Literarum studia abjiciuntur.*

Verum etiam alia, quæ majoris momenti ſunt, quam ſtili amœnitas, in ejus Scriptis deſiderantur. Nam nec rerum ſelectus invenitur, nec ordo. Hiſtoria rerum Eccleſiaſticarum narrationi ſæcularium confuſe miſcetur; referuntur plerumque res nihili, cum adjunctis vulgaribus, & indignis, quæ in Hiſtoria ſeria locum habeant. Præterea Gregorius miraculis plus juſto & promiſcue fidem adhibet.

Hæc vero in illius ævi Scriptoribus potius educationis & diſciplinæ, quam naturæ vitia fuiſſe cenſeo, ne dicere cogamur, per complura Sæcura vix unum alterumve natum fuiſſe hominem, cui ingenium bonum & ſimul ſanum judicium natura dediſſet. Sed optima quæque ingenia opinionibus vulgaribus, quibus in pueritia imbuta fuere, facile inhærent, niſi via & ratione uti diſcant, & præſtantes Magiſtros imitentur. Ergo ſcientiæ non equidem in totum cum Romano Imperio interierunt, eas enim Religio naufragio eripuit, ſed his ſoli viri Eccleſiaſtici, atque rudi & imperfecta metho-

methodo vacarunt. De scientiis vero humanis hic mihi sermo est, quia si spectemus Dogmata Religionis Auctoritatem certam Scripturæ & Traditionis a Patribus acceptæ sequebantur. Quod testatum facit Agatho Papa in Epistola Legatis suis ad Concilium Sextum proficiscentibus commissa. *Non eos ideo mittimus*, inquit, *ut eorum scientiam jactemus. Quis enim perfectam Scripturarum scientiam requirat in hominibus in medio Nationum barbararum versantibus, & manuum suarum labore vix tantum quotidie lucrantibus, quo famem depellant? At simplici mente Fidem a Patribus nobis traditam tenemus.* *Hist. l. XL. §. 7. tom. 9. Conc. p. 681.*

In sequentibus Sæculis viri ceteris sapientiores, quales fuere Beda, Alcuinus, Hincmarus, Gerbertus, ævi sui vitio, velut torrente, abripiebantur. Scientias omnes complecti cupientes, ex omnibus aliquid, nullam absolute capiebant. Inprimis Critica arte destituebantur, qua Opera Genuina ab Apocryphis discernere debuissent. Jam enim illa ætate per-

multa Scripta circumferebantur, quibus clarissimorum Virorum nomina non solum ab Hæreticis, sed etiam a Catholicis, & quidem intentione non mala, falso præfixa visebantur. Suo loco memoravimus, Vigilium Tapsensem fassum fuisse, quod S. Athanasii nomen, suo suppresso, mutuatus esset, ut Vandalorum Arianorum benevolentiam captaret. Itaque ubi desiderabantur Acta Martyris, in ipsius Festo legenda, concinnabantur vel verisimilia, vel, ut ad vulgi genium accommodarentur, prodigiis plena. Id enim ad nutriendam Fidelium pietatem plurimum conferre credebatur. Hujusmodi Lectiones maxime in Sæculo nono, quo Translationes Reliquiarum frequentissimæ erant, confictæ sunt.

Hist. lib. XXX. §. 8.

Falsa quoque monumenta aliqui creabant, sive in supplementum veterum, quæ erant deperdita, sive omnino commentitia. Ad quam classem referenda est celebratissima Constantini Donatio, de cujus veritate Sæculo nono in Francia nemo dubi-

Hist. l. LI. §. 14.

dubitabat. Inter hæc vero Scripta ſuppoſititia nullæ perniciosiores extitere, quam Decretales Epiſtolæ primorum quatuor Sæculorum Pontificibus adſcriptæ, quæ, novis principiis de Judicio Epiſcoporum & auctoritate Papæ introductis, Diſciplinæ Eccleſiaſticæ vulnus immedicabile inflixerunt. Hincmarus Canoniſtarum ſui ævi facile Princeps nunquam tamen vera a falſis diſtinguere valuit. Non neſciebat has Epiſtolas ſuperioribus Sæculis fuiſſe ignotas, ipſo enim docente diſcimus, quo tempore in lucem prodire cœperint; ſed, Criticæ expers, argumenta falſitatis ut ut manifeſta non vidit. Quin & ipſe, ubi has Decretales cauſæ ſuæ favere putabat, in ſubſidium adducebat. *Hiſt. lib. XLIV. §. 22.*

Alius ignorantiæ effectus eſt, quod reddat homines nimium credulos, & ad ſuperſtitionem pronos, quia eis principia fidei certa & firma, & cognitio perfecta, ad quid credendum Religio obliget, deſunt. Deus omnipotens eſt, & Sancti apud Deum magna valent auctoritate. Sunt duæ

propositiones, quas nemo Catholicorum in dubium vocat. Ergo omnibus miraculis, quæ intercessioni Sanctorum tribuuntur, fidem habere teneor. Id nullatenus consequitur. Sed ad examen cogenda sunt argumenta eo accuratius, quo magis ea, quæ affirmantur, supra fidem esse videntur, & maximi momenti sunt. Quippe asserere falsum miraculum, secundum S. Paulum, peccatum est, quo falsum testimonium contra Deum dicimus; quod etiam sapienter S. Petrus Damiani observat. Itaque neutiquam nos pietas miracula leviter credere, sed potius rigido examini subjicere jubet. Pari modo res se habet, si de Revelationibus, de Apparitione Spirituum, de Operatione Dæmonum, sive id ministerio magorum, sive alia via fieri dicantur, quæstio sit. Nempe, quæcunque supernaturali virtute facta affirmantur, omnis vir prudens, & Religionis amans, caute & sobrie discutit.

1. *Cor.* 15. 15. *Petr. Dam. S. Dom. Lovic. n.* 1.

His permotus pauciſſima de ingenti numero miraculorum retuli, quæ

quæ Scriptores in his obſcuris Sæculis literis mandarunt. Quippe non tam vera, quam prodigioſa voluiſſe ſcribere mihi videbantur. Quin etiam vadem me dare nollem, nullum eorum lucelli amore impulſum ſcripſiſſe, ſive ut patratorum miraculorum fama & ſanitatis recuperandæ ſpes largas a Fidelibus oblationes eliceret, ſive ut Bona Eccleſiarum rapientibus Divinæ vindictæ metus incuteretur. Illo enim tendunt pleræque narrationes, quæ in Collectione miraculorum de SS. Martino, Benedicto, aliisque viris celeberrimis in Faſtis Eccleſiaſticis leguntur. Quaſivero Sancti, qui ideo Sancti ſunt, quia divitias terrenas contempſerunt, in Cœlum translati avaritiæ cupiditate accenderentur, & auctoritate, qua apud Deum valent, ad pœnas ab illis exigendas uterentur, qui Eccleſiarum ſuarum ærarium expilarent. (*)

§. III.

(*) Ad hunc locum Fleurii Adverſarius in Reflexionibus ſuper III. Diſſertationem dicit: *Quando invaſores Bonorum Eccleſiaſticorum punitos*

§. III.

De minis & promissis ad temporalia spectantibus.

Perspicere me existimo, quæ præcipua causa extiterit, cur permulti viri pii quidem, sed parum providi, tam solicite miracula qualiacunque in populos sparserint. Nempe saltem metu pœnarum temporalium illos in officio contineri posse putabant, qui æternarum horrore non movebantur; sed non attendebant, ita introduci periculosum errorem falso principio innixum, quod Deus improbos ordinarie in hac vita castiget. Nam ita Christiani ad Statum Veteris Testamenti reducebantur, in quo tam Divinæ promissiones, quam comminationes circa temporalia versabantur. Ita Religio, cujus auctoritate hujusmodi comminationes fulciri credebantur, exponebatur vilescendi apud multos periculo, cum experientia contrarium sæpe demonstraret, & quotidie Bonorum Ecclesiæ usurpatores non impunes

nitos fuisse legimus, non ideo credimus Sanctos in Cælo avaritiæ morbo laborare, sed Deum injuriæ, quæ Ecclesiis Sanctorum suorum honori Sacris infertur, Vindicem admiramur.

nes modo, sed etiam rerum omnium affluentia prosperam vitam ducere conspicerentur.

Hinc etiam opinio ista suffragium doctæ antiquitatis non habet, & S. Augustinus solide probavit contrarium. *Divinæ Sapientiæ*, inquit Sanctus Pater, *placuit Justis Bona futura præparare, quibus mali non fruentur, & malis tormenta, quibus Justi non cruciabuntur. Bona vero Malave præsentia Bonis Malisque communia esse voluit, ne ardenter Bona desideremus, quæ etiam ab impiis possideri cernimus, vel auderemus, nefas admittere, ad evitanda mala, quæ etiam Viri Sancti sæpissime sustinere coguntur.* Et infra: *Si quoties peccant homines, pœna in hac terra manifeste sequeretur, facile crederemus, nihil amplius ad Extremum judicium differri. Si vero in hoc Mundo nullum peccatum evidenter puniretur, nullum dari in Cœlo Numen videretur. Eadem ratio Bonorum temporalium habenda est. Nisi Deus saltem aliquibus ea petentibus concederet, videri posset, in ejus potestate* L. Civit. c. 8.

ſtate non eſſe, id genus Bonorum hominibus dare. Rurſusque, ſi ea quibusvis petentibus largiretur, nobis præberetur occaſio credendi, ob hæc ſola Deo eſſe ſerviendum, & non tam pii quam avari dici mereremur.

S. Auguſtinus deinde oſtendit, etiam optimos quosque ſæpius cadere, & proinde pœnis temporalibus dignos eſſe. Et præterea aliam quoque dari cauſam ob quam in hac vita, ſicut olim patientiſſimus Job, exerceantur & affligantur, videlicet ut intima cordis ſui cognoſcere diſcant, & experientia probent, an Deum ſincere & ſine ſpe lucri temporalis diligant. Item docet, Deum etiam virtutes pure humanas, quales Veterum Romanorum erant, præmiari, cum aliam mercedem eis non deſtinet. Et tandem ſubjungit: *Diſcimus modo patienti animo mala tolerare, quæ etiam Boni ſuſtinent, & etiam Bona vilipendere, quæ mali perinde ac Boni obtinent. Itaque ſalutari Doctrina a Deo inſtruimur, cum nos juſtitiæ ſuæ Myſteria celat; neſcimus enim cur, Dei judi-*

c. 9.

V. Civ. c. 13.

XX. Civ. c. 2.

judicio, vir iſte integerrimæ vitæ cum extrema paupertate colluctari cogatur, dum alter manifeſte impius divitiis cumulatur, cur innocens iſte damnetur, dum alter nocens abſolvitur. Quæ Regula, impiis favens, & Bonis adverſa, ſi eam a Cælo conſtanter ſervari cerneremus, ut ut abſurda videri poſſit, aliquam tamen Juſtitiæ ſpeciem præferret, niſi ſæpiſſime mala malis & bona bonis evenire videremus; unde Dei conſilia multo magis hominum intellectui fiunt inſcrutabilia.

Hæc Doctrina oblivioni data fuiſſe videtur illo ævo, quo Epiſcopi & ipſi Papæ non ſine præſidentia promiſſiones bonorum temporalium adhibebant, ut Principes ad auxilium contra Eccleſiarum hoſtes ferendum impellerent. Hujus generis illa fuit Epiſtola, quam Stephanus II. Papa Francis tanquam nomine Sancti Petri ſcriptam miſit. Promiſſa aut minæ ad breve tempus homines rudes fallere poſſunt; ubi vero eas effectu carere vident, prout ſæpiſſime carent, ſcandalo ſunt, & Fidem eorum labefactant.

Steph. ep. 5.

Hiſt. lib. XLIII. §. 17.

factant. Dubitare enim incipiunt de veritate omnium promissionum minarumve, quæ ad statum vitæ futuræ spectant. Nihilominus plurimi præjudicium antiquum ne quidem his postremis Sæculis abjecerunt. Et mirari non satis possum, quod Cardinalis Baronius, perspicacissimi ingenii vir, adversa omnia, quibus Ecclesiæ, præsertim Sacræ Sedis, inimici diversis temporibus perculsi sunt, tanquam totidem Divinæ ultionis exempla, quorumdam vero Principum piorum prosperitatem, tanquam bonæ causæ, quam defendebant, argumenta, diligentissime notet. Verumtamen Historiæ veritate compulsus sæpe ad Abyssum Judiciorum Dei confugit, ut tristissimorum eventuum, quibus etiam Zelosissimos Religionis Catholicæ Cultores afflictos legimus, causam inveniat. Sed vir alias doctissimus non attendit, argumentum non semper demonstrans nunquam aliquid demonstrare. (*) §. IV.

(*) Hic iterum Fleurii Adversarius: *Si Bonum est Fleurii principium, frustra Eusebius Cæsariensis*

§. IV.

Jam ad effectus ingnorantiæ & nimiæ credulitatis redeo. His merito accenſenda eſt illa facilitas, qua Reliquiæ recipiuntur; nam, non minus quam miracula, caute ad examen vocandæ ſunt. Certum quidem eſt & conſtans, Sanctorum Reliquias eſſe honore dignas, easque colendi conſuetu- Reliquiæ. *Mœurs Chret. c. 22.*

ſarienſis & Lactantius tanta cura funeſtas mortes Tyrannorum in Acta retulerunt, qui Martyres perſecuti ſunt; conſtat enim, complures ex illis perſecutoribus tranquilla morte fuiſſe defunctos, quin etiam non nullos ad Fidem converſos. Unde Lactantio & Euſebio quoque objici potuiſſet, Argumentum non ſemper demonſtrans, nihil demonſtrat.

Mihi vero nec Fleurii axioma erroneum, nec Euſebius vel Lactantius fruſtra ſcripſiſſe videntur, quia, licet hujusmodi argumenta convincentia non ſint, admodum probabile tamen eſt, Deum non nunquam injurias Eccleſiis ſuis illatas in hoc ſæculo ultum fuiſſe, ideoque Jurium Eccleſiaſticorum violatores, juſto metu incuſſo, a Sacrilega temeritate cohiberi poſſunt. Exemplum vindictæ Divinæ habemus ex Veteri Teſtamento in Heliodoro, qui ærarium Templi Jeroſolymitani expilaturus ab Angelis egregie vapulavit. Machab. II, 3.

ſuetudinem jam primis Eccleſiæ Sæculis viguiſſe ex genuinis Martyrum Actis atque ex Scriptis Patrum attentus Lector perſpexerit. (*) Meminerit etiam eorum, quæ S. Auguſtinus de Reliquiis S. Stephani & Miraculis ibi patratis memorat. Verum etiam idem S. Doctor teſtatur, jam ſua ætate quasdam Reliquias falſas pro veris fuiſſe jactatas; nec res eſt adeo facilis, ſemper genuinas a ſuppoſititiis diſcernere. Sublata autem fuiſſet erroris occaſio, ſi antiquorum Chriſtianorum cautio nunquam fuiſſet contempta. Hi enim prudentiſſime Sanctorum Sepulchra relinquebant intacta, eorumque corpora alte in terram defoſſa, ut hodieque Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Romæ ſervantur, cuſtodire ſolebant.

Illud

(*) Dem Herrn Siegmund Baumgarten einem Proteſtanten gefallen die Abhandlungen des Herrn Fleury ſo wohl, daß er ſie in ihrer Gattung als Meiſterſtücke anrühmet. * Freylich ſind es Meiſterſtücke, aus welchen die Herren Proteſtanten erkennen ſollten, wie übel ſie gethan, da ſie die Verehrung der Heiligen abgeſchaffet, und wie unbillig ſie die Katholicken einer Abgötterey beſchuldigen.

* im 9. Theil des Nic. 9. Seite.

illud quoque, ſtudioſe Lector, nec-
dum memoria exciderit, quanta con-
ſtantia S. Gregorius ipſi Imperatrici *III. Epiſt.*
caput S. Pauli mittere denegaverit. 30.
Nempe ſatis Reliquiarum petentibus
dari exiſtimabant Veteres, ſi iis par-
ticulas lineas prius Sacris Sepulchris
impoſitas, aut velamina, quibus vel
Sanctorum ſepulchra, vel Altaria con-
tecta fuerant, transmitterent.

Prius Orientales Chriſtiani Reli-
quias transferre & dividere cœperunt,
atque exinde fraudis & deceptionis
nata occaſio. Ut enim liquido con-
ſtare poſſet, an genuinæ eſſent Reli-
quiæ, certam eſſe oportuiſſet earum
originem, & cognoſci, in quorum ma-
nus ab initio usque ad poſtrema tem-
pora deveniſſent, quod non adeo diffi-
cile in Eccleſiæ exordiis fuit. Sed
poſt elapſa complura ſæcula facile
negotium erat non vulgus modo, ſed
etiam Epiſcopos parum doctos & Di-
ſciplinæ non intentos decipere. Poſt-
quam vero editis legibus decretum,
ne ulla Eccleſia aut ullum Altare con-
ſecraretur, niſi adeſſent Sanctorum

Reliquiæ, cum neceſſitas urgeret unde unde aliquas comparandi, obſtupeſcendi non eſt locus, eas ad examen rigidum non fuiſſe vocatas. Sordida deinde cupiditas Oblationes & peregrinationes, quibus opulentia in civitates invehebatur, quibusdam Eccleſiis parandi, multo laxius Clericorum avaritiæ ſatiandæ modum aperuit.

Ego vero nolo his reflexionibus, ad omnes Reliquias generaliter pertinentibus, ſingulis detrahere. Abſit! ſcio enim Reliquias dari nulli ſuſpicioni obnoxias, videlicet corpora Sanctorum Patronorum cujuslibet Eccleſiæ, ubi mortui ſunt, & exinde ſemper magno honore culti. Tales ſunt Pariſiis S. Dionyſius, S. Marcellus, S. Genovefa; nam quamvis turbulentis Normannorum temporibus eorum Reliquiæ translatæ fuerint, nunquam tamen locus, in quo aſſervabantur, hominum memoriam fugit. Quod ſpectat ad alias, examen inſtituendum cujuslibet Epiſcopi prudentiæ relinquo, & id ſolum moneo, multo majore ſolicitudine in illa-

illarum originem esse inquirendum, quæ per complura Sæcula ignotæ, in Sæculis obscuris & ignorantiæ tenebris obfuscatis subito apparuerunt, aut quæ a remotis Regionibus allatæ dicuntur, ignorantibus cunctis, quomodo & a quo servatæ & quomodo translatæ fuerint. His non obstantibus credo, Deum Scrutatorem humani cordis, propitium esse devotioni populorum, qui nulla alia moti intentione, quam Sanctos colendi, Reliquias a pluribus Sæculis venerationi publicæ expositas bona fide convenienti honore prosequuntur.

Ergo accurate distinguenda sunt, quæ de fide Catholica creduntur, scilicet, utilem esse Christianis, Sanctorum in Cœlis pro ipsis intercessionem & venerationem Reliquiarum, ab illis abusibus, quos ignorantia & depravati hominum affectus invexerunt, dum non solum Fideles in ipso facto decipi se passi sunt, honorem falsis Reliquiis exhibentes, sed etiam veris Reliquiis plus quam par est virtutis tribuerunt, eas tanquam Præsidium in-

fallibile habentes, quo quibusve privatis atque etiam totis Civitatibus omne genus Benedictionis tam in temporalibus, quam in Spiritualibus conciliaretur. Etiamsi præsentia Sanctorum adhuc viventium & inter nos versantium frueremur, ea non magis saluti nobis esse posset, quam ipsius JEsu Christi præsentia, qui in Evangelio diserte comminatur in hunc modum: *Tunc incipietis dicere*
Luc. 13. 26. *ad Patremfamilias: manducavimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: nescio vos unde sitis.* Igitur Reliquiarum utilitas in eo sita est, quod Sanctorum memoriam reducant, nosque ad imitandum virtutes eorum excitent. Secus Reliquiarum aut Sacrorum locorum præsentia nos non salvabit, sicut Templum nihil profuit Judæis, quibus Propheta exprobrabat, quod confiderent in verbis mendacii dicen-
Jerem. 7. 4. tes: *Templum Domini! Templum Domini!* & tamen mores suos non emendarent.

§. V.

§. V.

Piæ Peregrinationes.

Ex affectu Loca Sacra & Reliquias venerandi, præsertim illis Sæculis, in quibus necdum ab uno loco in alium transferri solebant, nata est consuetudo Religionis causa peregrinandi, & licet, stante Romano Imperio, ob continuum omnium provinciarum commercium, piæ peregrinationes facilius suscipi possent, nihilominus etiam sub Barbarorum Dominatu, postquam nova Regna stabilita sunt, frequentissimæ fuere. Puto etiam hoc Devotionis Christianæ genus illorum populorum genio fuisse maxime congruum; nam cum semper vel venationi indulgerent, vel bellum gererent, continuis profectionibus erant assueti. Unde piæ peregrinationes commune Religionis exercitium populis, Regibus, Clericis, Episcopis, Monachisque factæ. Ego vero affirmare non dubito, rei levis momenti, & accessoriæ, præcipuum Christianæ Religionis munus fuisse postpositum, quando Episcopus deserta ad integros annos Ecclesia sua ab ex-

Mœurs Chre. n. 44.

tremis finibus Franciæ vel Angliæ Romam, vel etiam Jerosolymam pete-
Bonif. epist. 105. hist. lib. XLII. §. 35. bat, quando Abbates vel Monachi claustra sua relinquebant, quando fe-
37 minæ & etiam moniales tam longæ viæ periculis se se exponebant. Notaveris sine dubio, Lector Benevole! ex Sancti Bonifacii querelis, quam tristia, quam deploranda inde evene-
Cons. Cabil. 813. c. 40. rint. Profecto hujusmodi peregrinantibus plus mali timendum quam boni sperandum erat, & ego peregrinationes pias, prudentia non comitante susceptas, ceteris relaxatæ Disciplinæ causis adnumerandas esse
Lib. XLVI. §. 5. existimo; de quarum frequentia ab
Vid. Morin. pœnit. V. c. 15. ineunte Sæculo nono viri prudentis-
Hist. lib. XXX. §. 42. simi conquerebantur. Nulli vero rei ad Disciplinam Ecclesiasticam pertinenti magis nocuere peregrinationes Christianorum, quam Pœnitentiæ. More antiquo pœnitentes in Diaconiis aut aliis cellis prope Ecclesiam positis includebantur, ubi animo collecto & ab occasionibus in pristina re-
Greg. ep. 2. Leon. labendi peccata remoti degerent. Id didicisti, Lector, ex Sacramentario,

quod

quod S. Gelasio tribuitur, & ex Gregorii III. Epistola. Verum Sæculo VIII. inchoato, qui peccatoribus pœnitentiam injungebant, contrariam viam tenentes, gravissimorum peccatorum reos procul a patria profugos aliquanto tempore, exemplo Caini, per varias regiones errare jubebant. Cum vero brevi sub hac pœnitentia ambulatoria ingentem abusum latere viri sapientes intelligerent, jam Caroli Magni ætate Decreto Synodali prohibitum, ne homines illi, horrendi aspectus, qui sub pœnitentiæ larva nudi & vinculis ferreis onusti in mundo errabant, ulterius tolerarentur. At consuetudini pro pœnitentia injungendi peregrinationem ad loca Sacra celebratissima Cruciatæ originem suam debent.

Hist. lib. XLII. §. 9. Morin. lib. 7. c. 15. Capit. Aquisgr. an. 789. c. 77. Sup. lib. XLIV. §. 46.

§. VI.

Superstitiones.

Abusus in Cultu Reliquiarum in superstitionem degenerat; sed præterea mediæ ætatis ignorantia superstitiones manifestas peperit. Qualis erat illa Divinatio, *Sors Sanctorum*, appellata, cujus tot exempla Gregorius

rius Turonenſis refert, calamo usque adeo ſerio, ut iis fidem adhibuiſſe merito lectoribus videri poſſit. Quales item erant Probationes, Judicium Dei dictæ, ſive per aquam, ſive per ignem, ſive per ſingulare certamen, quas Agobardus acriter rejiciebat, & Hincmarus defendebat, & quarum uſus tam diuturnus fuit. Qualis erat illa Aſtrologia, cui fides habebatur, præcipue Eclipſis & Planetarum effectibus. (*) Denique hujusmodi ſuperſtitiones, ſicut etiam aliæ, his manifeſte pejores, in Conciliis illorum temporum damnatæ, Paganismi necdum penitus extincti veſtigia erant, & perverſi cujuscunque ſtudii nullus pejor eſt effectus, quam credere, nos ſcire, quæ neſcimus. Simplex ignorantia non adeo nocet, niſi error & ſæpe præſumptio acceſſerint.

Hiſt. lib. XXX. §. 1. Greg. V. hiſt. c. 14. Hiſt. lib. XXXIV. §. 31. hiſt. lib. XLVI. §. 48. lib. L. §. 22.

§. VII.

(*) Diſcant hic a Fleurio Proteſtantes, Abuſus & Superſtitiones, ubicunque reperiantur, damnare, & nihilominus in Communione Eccleſiæ Romanæ, extra quam per omnia Sæcula nemo orthodoxus habebatur, remanere.

§. VII.

Orientis facies.

Huc usque de Occidente verba feci; sed nec Ecclesia Orientalis a tentationibus & periculis libera fuit. Græcorum Imperium non quidem penitus est eversum, sed hinc Arabum Musulmannorum, inde diversorum Scytharum, præsertim Bulgarorum & Russorum funestis armis in angustos limites redactum. Cumque Bulgari & Russi Fidem Christi suscepissent, iidem prope effectus ipsis regnantibus in Ecclesia Orientali, ac sub Barbaris e Septentrione advectis in Ecclesia Occidentali secuti sunt. At contrariam rationem Musulmanni inierunt; hi enim ceteras nationes ad suam Fidem convertere satagebant, & Religionem Mahometis per totum terrarum orbem propagandi specie vastissimas Romani Imperii provincias sibi subjiciebant. Christianos tolerabant quidem, sed ad eos pervertendos nihil relinquebant intentatum, sola excepta manifestæ persecutionis via, eo ipso Fidelium hostes Gentilibus atrociores. Ceterum

rum Mahometanorum Religio multa docet decipiendis ſimplicis mentis hominibus aptiſſima. (*) Dei unitatem & Idololatriæ horrorem prædicant, complures uſus Chriſtianorum, preces ſtatutis horis perſolvendas, jejunia menſtrua, pias peregrinationes ſervant, & tandem exquiſita Mahometis nequitia, qua Sectatoribus ſuis cum pluribus uxoribus Concubinisque arbitrariam Venerem conceſſit, homines, voluptate captos, pellicit. Præterea ad ſeducendos Fideles improba ſolertia, qua Rei Chriſtianæ nihil magis noxium unquam fuit, Mahometani utebantur, ſcilicet cum Syria Neſtorianis & Ægyptus Eutychianis ſcateret, tam his quam illis Patriar-

(*) Cum fama notiſſimus ille Apoſtata Comes *Bonneval*, poſt paucos dies circumciſionem, Mahometanæ Religionis ſtigma, recepturus a quibusdam zeloſis Chriſtianis interrogaretur, in quo læſiſſet eum JEſus Chriſtus, quem turpiſſima defectione atrociter offenderet, reſpondit; Deum aliquando circumciſionem claris verbis præcepiſſe, nunquam vero hoc Præceptum ſatis diſerte revocaſſe. Malus Theologus!

Patriarcharum Constantinopolitanorum & Imperatorum (hos enim tanquam persecutores suos acerrimos pertimescebant) inimicis infensissimis, opportunæ divisionis occasione Hæreticis favebant, premebantque Catholicos, sibi suspectos, quod Imperatoris Constantinopolitani clientes essent, unde etiam *Melchitæ*, seu idiomate Arabico Regii vel Imperiales dicti sunt. Hinc tanti mali origo, quod etiamnum antiquissimæ Hæreses existant, atque Christiani in Oriente Episcopos Patriarchasque diversarum Sectarum, Melchitas, Nestorianos, Jacobitas, id est Eutychianos, habeant.

Hac improba industria Musulmanni Christianam Religionem non quidem extirparunt, sed Christianos ad extremam paucitatem redegerunt; tum etiam, cum acerba servitute pressis nec animus, nec opportunitas esset literas discendi, fœda ignorantia successit. Malum auxit, quod linguam a patria diversam discere cogerentur, nam postquam Arabes præcipuas provincias

vincias ſubegiſſent, devictis gentibus dominorum ſuorum lingua diſcenda fuit, cujus hodieque in toto Oriente uſus eſt. Lingua Græca tantum in officiis ad Religionem ſpectantibus, & a ſolis Melchitis conſervata; nam Neſtoriani lingua Syriaca, & Jacobitæ Coptica, ſeu Ægyptiaca antiqua, officia Divina recitabant. Itaque cum omnes libri tam Eccleſiaſtici quam prophani Græce ſcripti eſſent, ad uſum Melchitarum in Arabicam vertendi erant, aut ipſis lingua Græca addiſcenda, quod ſcientiarum ſtudium multo difficilius effecit. Inde eſt quod, poſtquam Muſulmanni maximas provincias ſubjugaſſent, res geſtæ in Eccleſiis illis antiquiſſimis Ægypti, Palæſtinæ, Syriæ, olim florentiſſimis, nobis ignotæ ſint, & ego Scriptoribus deſtitutus Epiſcoporum ſeriem, ut in ſuperioribus Sæculis feceram, tibi, amice Lector, dare non potuerim. Quod affirmo, probat exemplum Eutychii Patriarchæ Alexandrini, qui licet eſſet Melchita, Hiſtoriam ſuam Arabice ſcripſit, atque

que ut nihil dicam de immixtis fabulis innumeris, etiam cum sui temporis facta narrat, tam parum accurate id præstat, ut exinde satis pateat, quam misera literarum facies inter hos Christianos fuerit. Quin etiam a Græcis Musæ negligi cœperunt, sive ea desidia ob commercium cum Gentibus Barbaris vicinis suis, sive sub Regno Imperatorum rusticorum & inhumanorum, quales, ex populis ferocibus orti Leo Isaurus, ejus filius Coprony- *Hist. lib. XLII. §. 28.*
mus, & Leo Armenus fuere, irrepse- *lib. XLVI.*
rit. Iconoclastarum Hæresis, ab his *§. 1.*
Principibus ad furorem usque pro- *Hist. lib. XLIV. §.*
pugnata, ortum suum debebat igno- 36.
rantiæ crassæ, (*) quæ ipsis Sancta-
rum

(*) Notent sibi hoc a Fleurio præclare dictum doctissimi Domini Protestantes, præsertim defuncti Domini Mosheim Cultores, & Fleurii olim Interpres, qui sex Partes in quarto in vernaculam translatas edidit. Denn des Herrn Fleury Abhandlungen sind nach dem Geständnisse der Herren Protestanten Meisterstücke. Er hat aber solche in keiner andern Absicht geschrieben, als die Katholicken in der Gemeinschaft mit der Römischen Kirche zu stärken, und die Protestanten ihres grossen Fehlers zu überführen.

rum imaginum cultum tanquam Idololatriam exhibebat. Judæorum quoque & Muſulmannorum calumniis, Doctrinæ Fidei rudes, aures dederunt, cum potius perpendere oportuiſſet, hunc Cultum in Eccleſia, traditione ſupra omnium memoriam accepta, viguiſſe, in Eccleſia, inquam, quæ errare non poteſt, quo etiam argumento Patres Concilii VII. potiſſimum innitebantur.

At vero ex ejusdem Concilii Actis diſpicimus literas & eruditionem illa ætate defeciſſe, cum citent hiſtorias permultas dubias, ne dicam ad fabulas amandandas, & Scripta ſuſpecta; unde Græci nullatenus meliores Critici fuiſſe quam Latini probantur. Hæc autem ad Quæſtionis ſubſtantiam non ſpectant, cum ſatis argumentorum ad demonſtrandum authentice, imaginum cultum ſemper receptum, Patres afferant, & ſuam Sententiam Eccleſiæ infallibilitate ſuffulciant. Aliud quoque exemplum clariſſimum, Græcos malos fuiſſe Criticos, eſt illa facilitas in recipiendis Scriptis,

ptis, quæ S. Dionysii esse putabantur. Hæc Justiniani ævo rejecta, elapsis exinde annis centum, tempore Monothelitarum, quibus Operatio *Theandrica*, in illo Auctore explicata, quando adversus Catholicos disputabant, pro Achille erat, iterum a nemine in dubium revocabantur. *Hist. lib. XXXII. §. 32.* *Hist. lib. XXXVIII. §. 50.*

Literæ persecutionibus Iconoclastarum in Imperio Græcorum pæne extinctæ, & a Basilio Macedone atque doctissimi Photii cura iterum excitatæ, sub Leone Philosopho ejusque Successoribus conservatæ sunt. Nihilominus Scriptores illius ævi antiquæ Græciæ viris longe inferiores habentur. Dictio quidem satis tersa videtur, sed stilus juveniliter comptus; vix aliud præter locos communes, declamationes superfluas, ostentationem eruditionis, reflexiones inutiles occurrit. Hujus rei nullum luculentius exemplum habemus quam in Metaphraste, qui de materia ad scopum meum pertinente scripsit, quique, Psello ipsius admiratore teste, tot vitas Sanctorum, cum eas *Hist. l. LV. §. 31.*

nobis amœniores reddere cuperet, corrupit.

Denique Græci, saltem non minus quam Latini, fabulas & superstitionem amabant, geminam ignorantiæ prolem. Quod spectat ad fabulas, satis mihi sit, in memoriam reduxisse Imaginem prodigiosam Edessenam, cujus historiam enormiter longam Imperator Constantinus Porphyrogenitus edidit. Eam enim studiose retuli. Ad Superstitionem autem pertinet Historia Bizantina, cujus exempla in singulis paginis occurrunt. Nullus Imperatorum Solium conscendit, aut ex eo detruditur, nisi vel præsagium, vel oraculum editum præcesserit. Semper aliquis Reclusus in aliqua Insula, austeritate vitæ celebratissimus, alicui Græcorum Belliduci clarissimo Imperium promittit, qui deinde, illud consecutus, vati suo felicissimo Archiepiscopatum vel Patriarchatum confert. Ut autem verum dicam, hujus farinæ prophetæ non raro Sycophantæ erant. Jam ad Ecclesiam Occidentalem revocamur.

Hist. l. LV. §. 30.

§. VIII.

§. VIII.

Illud quoque sub Dominatione Barbarorum secutum, quod Episcopi Clericique venationi & militiæ more Laicorum indulserint. Id tamen non in ipsis exordiis factum; nam in principio Barbari, licet Christiani, ad Ordines Ecclesiasticos non admittebantur. Præter ignorantiam etiam indita a natura ferocia & animi levitas eis administrationem Sacramentorum & curam animarum committi prohibebat. Vix ante Sæculum VII. æque ac Romani ad officia Ecclesiastica nullo discrimine ordinari cœperunt; quantum mihi ex Episcoporum & Clericorum nominibus, quæ usque ad illa ferme tempora Romanæ linguæ genio congrua notavi, conjicere licuit. Namque etiam ante illud sæculum non occurrunt in Conciliis Canones prohibentes Clericis, ne militent aut arma gerant, ne venentur, ne canes & aves oblectamenti causa alant. Et id quidem merito, quia cursus violentus insectantium feras, instructus ad venandum necessarius,

Clerici Venatores & Milites.

Conc. Epao. c. 4. Cabill. II. c. 9.

ingentes ſumptus, Clericorum modeſtiam non decent, quorum eſt literarum ſtudiis, & orationi vacare, pauperes nutrire, vitam religioſam & a pravis affectibus liberam ducere.

Multo magis armorum ſtrepitus a tranquillitate vitæ Clericorum abhorret. Sed tamen Epiſcopi, cum Bona Eccleſiaſtica poſſiderent, ad armorum ſocietatem a Laicis quadam neceſſitate pertracti ſunt; illo enim tempore Jus Feudale introductum. Cum duæ primæ Regum Stirpes compluresque ex tertia in noſtra Francia imperarent, bellum non militibus pecunia conductis & ſtipendia accipientibus gerebatur, ſed ſatellitibus illorum, quibus Principes & Reges fundos poſſidendos ea conditione conceſſerant. Cuilibet præſcriptum erat, quot homines, quot equos, quantum aliarum rerum in expeditionibus bellicis neceſſariarum conferre teneretur. Hæcque quamprimum jubebatur adducere debebat. Itaque quia Eccleſiæ jam illo ævo pinguia prædia habebant, Epiſcopi ſicut & alii

Opti-

Optimates Reipublicæ exorto bello auxilium præstare cogebantur. Dixi: Episcopi, quippe omnia Bona Ecclesiastica in omnibus Diœcesibus adhucdum communi administratione sub auctoritate Episcoporum custodiebantur. Nulla, nisi Bona Monasteriorum erant separata. Illi reditus, cuilibet Clericorum proprii, & quos hodie Beneficia appellamus, necdum a tota Ecclesiasticorum Bonorum massa distinguebantur; tunc-que Beneficia dicebantur, vel Feuda Laicis collata, vel Fundorum Ecclesiæ Ususfructus Clericis in mercedem aut alio titulo concessus, ea conditione, ut post eorum obitum possessio iterum massæ communi conjungeretur. *Lib. XXX.* §. 54. *XXXI.* §. 1. *XXXII.* §. 59.

Episcopis quoque sui erant Vasalli, qui ob Feuda ab ipsis recepta jussi militare tenebantur. Quin etiam Episcopus a Rege vocatus suas copias in hostem ducere debebat. Carolus Magnus supplicis populi sui precibus dedit, ut jure hoc acquisito cederet, & Episcopis onus procedendi *Hist. lib. XLV.* §. 26.

di in aciem relaxavit, si modo milites suos mitterent. Verum salutare Decretum male servatum est, quippe, posteriore tempore sicut ante, Episcopos armatos, dimicantes, captos in bello occisosque videmus.

§. IX.

Ecclesiarum Jurisdictio Sæcularis.

Ut vero de bello taceamus, Jurisdictio temporalis illis sæculis Ecclesiis acquisita Episcoporum animos distrahere cœpit in varia. Reipublicæ negotia ab Optimatibus tractari solebant vel in Comitiis generalibus, vel in Principum Curia, cumque Episcopi viri essent, literati utiliora obsequia Regibus præstabant quam Laici. Igitur Episcopis semper nova itinera erant suscipienda, nam nec Principis Curia in certo loco erat fixa, nec Comitia publica in una civitate celebrari solebant. Si, ut hujus rei exemplum demus, Caroli Magni vitam in memoriam revocemus, eum modo citra, modo ultra Rhenum, jam in Italia, jam in Saxonia, hodie Romæ, post menses tres Aquisgrani videbimus, nunquam non magno numero Episcopos

pos post se trahentem, quos eorum Vasalli & Domestici sequebantur. Quanta temporis jactura! quanta mentis distractio! quando illi Episcopi Diœceses suas visitabant? quando Verbum Dei populo prædicabant? quando necessariis scientiis vacabant? Curiæ quidem seu Conventus generales Concilia dici poterant; sed non illa Concilia ex Canonum præcepto in qualibet provincia ab Episcopis vicinis sapienter olim celebrata. Erant vero totius Francorum Imperii Concilia nationalia, in quibus simul Archiepiscopus Colonienſis, & Turonenſis cum Narbonenſi & Mediolanenſi, Episcopi Italiæ, Saxoniæ, & Aquitaniæ considere conspiciebantur. Id verum quidem, quod ideo Statuta in omnibus his provinciis sibi ipsis magis fuerint consentanea, sed Episcopis raro in Ecclesiis suis præsentibus, vix unquam effectui dari poterant.

Conventus memorati proprie Comitia Reipublicæ & occasione Concilia Ecclesiastica erant, ne inutilis esset tot Episcoporum præsentia. Ergo

materia præcipua in illis discutienda ad Salutem Reipublicæ spectabat, nec tamen Episcopis abesse licebat, quia cum ceteris Optimatibus vocabantur. Inde illa temporalium & Spiritualium rerum commixtio Religioni maxime noxia originem duxit. Suo loco & tempore Regulas antiquorum Patrum de distinctione utriusque Potestatis, Ecclesiasticæ & Sæcularis retuli, & præter alia Synesii Epistolam, itemque celeberrimum Gelasii Papæ locum, toties deinde a posteris repetitum. Vidisti, studiose Lector, hos Sanctos Doctores minime dubitasse, quin Deus, licet utraque Potestas non nunquam conjuncta ante Adventum JEsu Christi legatur, infirmitatem humanam cognoscens, in novo Testamento potestatem Ecclesiasticam a Sæculari penitus separaverit, &, sicut Supremi Principes, licet Dei Ordinatione instituti, nullam partem de novæ Legis Sacerdotio acceperunt, ita etiam Episcopis nulla Jurisdictio in res temporales a JEsu Christo data fuerit.

Hist. lib. XXII. §. 45. Lib. XXX. §. 31.

Ita-

Itaque Episcopi quoad sæcularia Principibus, sicut Principes quoad Spiritualia Episcopis, simpliciter subjecti sunt. Hæc fuere Sanctæ Antiquitatis documenta, quæ octavo Sæculo in Epistola secunda Gregorii III. Papæ ad Leonem Isaurum data luculenter cognoscimus. Porro etiam Sæculo sequente Nicolaus I. Papa Imperatori Constantinopolitano scribens, *Priusquam adveniſſet JEſus Chriſtus*, inquit, *invenimus aliquos fuiſſe Reges ſimul & Pontifices, qualis erat Melchiſedech. Tum Dei inſtitutionem imitatus Diabolus voluit, ut Imperatores Gentiles Summo Pontificatu quoque fungerentur. Sed poſt adventum Illius, qui vere Rex eſt & Pontifex, nec Imperatores jura Pontificum, nec Pontifices Imperatorum munus amplius invaſerunt. JEſus Chriſtus unam poteſtatem ab altera ita ſeparavit, ut Imperatores Pontificum ſubſidio ad conſequendum vitam æternam indigerent, & Pontifices Imperatorum legibus in vita civili & negotiis ſæcularibus uterentur.* Ita sentiebat Nicolaus Papa, quem

Hiſt. lib. XLII. §. 9.

Nic. ep. 8. Conc. p. 324.

Hiſt. lib. L. §. 41.

nemo mortalium Sedis ſuæ jura neglexiſſe accuſat.

§. X.

Utriusque Poteſtatis confuſio.

Ex eo deinde tempore quo Epiſcopi ad principatum Sæcularem ſe evectos intellexerunt, atque in partem Regiminis Politici admitti, putarunt, ſibi ut Epiſcopis illa jura convenire, quæ ſolum ut Principibus competebant. Reges judicare aggreſſi ſunt non ſolum in tribunali Confeſſionis ſecretæ, ſed etiam in Conciliis. Reges vero Jurium ſuorum rudes non obſiſtebant, quod in Carolo Calvo & Ludovico Ultramarino, ut omittam alios, notavi. Acceſſit in medio Sæculi octavi Regum conſecratio, illa ætate introducta. Quippe cum Epiſcopi coronam Regibus imponerent, eis Dei nomine Regnum dare videbantur.

Hiſt. lib. XLIX. §. 46.
LII. §. 12.
LV. §. 36.

Sed jam prius inſolentem adverſus Dignitatem Regiam molitionem literis mandatam invenio, quam ceteris omnibus antiquiorem puto, tunc nempe peractam, cum Epiſcopi Wambam, Viſigothorum in Hiſpania Regem, in Concilio Toletano anno ſexcen-

Lib. XI. §. 29.

centesimo octogesimo primo a Regno depoſuerunt, prætexentes, quod ei Pœnitentia publica fuiſſet injuncta, & habitus monaſticus collatus, licet inſcio, nempe ob morbi ſubitam vim ſui ipſius impoti. Secundum exemplum habemus in Pœnitentia Ludovico Pio injuncta; unde Epiſcopi, qui eam dictaverant, ſequi putabant, non licere Pœnitenti Dignitatem Regiam repetere. At S. Ambroſio in mentem non venit, ſimile aliquid ex Pœnitentia Theodoſii inferre. Quis vero dicere præſumat, S. Ambroſio, viro maximo, conſtantiam defuiſſe, qua auctoritatem Eccleſiæ propugnaret, aut ſcientia Canonum Gothis in Sæculo ſeptimo & Francis in octavo exiſtentibus inferiorem fuiſſe? *lib. XLVII. §. 40.*

Bonifacius Comes, Africæ præfectus, æmulorum, quos in aula Imperatoris habebat, inſidiis ad ultima conſilia impulſus, arma arripit, propriam ſalutem defenſurus, & a S. Auguſtino, amico ſuo, conſilium in re ſubita & ardua expetit. Reſpondet S. Doctor, ſalutaria monita ad corrigendos mores *lib. XXIV. §. 51. 52. Aug. ep. 220.*

mores tribuit, suadet; potentia sua prudenter & provide uteretur. Quod vero ad bellum, quod susceperat, spectabat, diserte denunciat, suum neutiquam esse hac super re consilia ipsi suggerere, nec decere, ut armorum ullam mentionem faceret. Noverat nimirum S. Augustinus officii sui limites, a quibus nec latum unguem recedere constituerat. Episcopi nostri, longe audaciore consilio, a Ludovici Pii partibus ad filios deficiunt, rebelles ad suscipiendum bellum civile excitant, quod Francorum Imperium pæne evertit. Non deerant, quæ ad defendendam causam suam speciose afferrent; imbecilli animi Principem esse Ludovicum, secundæ uxoris cupiditatibus obnoxium, unde totum Imperium turbaretur. At Episcopos pensare oportuisset, quanta mala ex præcipiti consilio secutura essent, & meminisse, non licere sibi supremo Principi velut humili monacho Pœnitentiam Ecclesiasticam præscribere.

Summi Pontifices jure merito existimantes, tantum sibi, quin & plus, pote-

potestatis esse quam Episcopis, brevi etiam Supremorum Principum causas, non ut intercessores aut arbitri, sed tanquam vi officii & ad id ipsum auctoritate præditi definire cœperunt. Quod revera non aliud erat, quam coronas, quibus vellent, dispensare. Ita Hadrianus II. Carolo Calvo prohibuit, ne Regnum Lotharii nepotis sui adiret, nec parum offensus est, quod Carolus nihilominus hoc Regnum occupasset. Memineris vero, amice lector, quanto vigore Hincmarus huic Pontifici se objurganti responderit, cum ei nomine Procerum Francorum rescripsit; Regna hujus Mundi bello & victoriis, non autem Papæ vel Episcoporum excommunicatione parari. Et postea; *rogate Papam, ut cogitet, non posse ipsum simul Regis & Episcopi munere defungi, & Antecessores ipsius Ecclesiam non Rempublicam rexisse.* Item: *Officium Episcopi non est quemquam excommunicationis fulmine ideo ferire, ut cuiquam Regnum hujus Mundi vel detur, vel auferatur, nunquam enim persuadebit*

Hist. lib. LI. §. 24. *LII.* §. 1.

lib. LII. §. 8. *Hincm. op.* 41.

bit Papa, nos ad Regnum Cælorum pervenire non posse, nisi in terris Regem, quem ipsi nobis dare placuerit, receperimus.

Hæc itaque ex conjunctione Episcopatus cum Principatu sæculari secuta sunt. Credebatur illis obscuris Ecclesiæ sæculis, præstare Episcopum esse & Principem quam Episcopum non Principem; sed non attendebant, qui ita judicabant, Principem nocere Episcopo, quod hodie in Germania & Polonia satis exploratum est. (*) Hic enim locum habet præclara Regula Hesiodi; magis prodesse dimidium quam totum. Sed quid ego Hesiodum commemoro? habemus ipsius JEsu Christi auctoritatem, docentis, pluris æstimandam esse virtutem

(*) Satis superque fuisset, si Fleurius tanti ponderis materiam problematice proposuisset, rem indefinitam reliquisset, & sententiam non rogatus non pronunciasset. Inde etiam est, quod a Viro Clarissimo in *Reflex. & Princip. mel. part. III.* in ferendis judiciis temere præceps dicatur. Ceterum Fleurius, ubicunque, sua opinione, veritatem profert, nec Germanis, nec Italis nec Polonis nec, popularibus suis, Gallis parcit,

tutem ſolam, quam cum divitiis conjunctam.

In iſta utriusque Poteſtatis confuſione Sæculares quoque Jurisdictionis ſuæ limites transgreſſi ſunt. Sæpe Optimates non requiſito Epiſcoporum conſenſu Presbyteros in Eccleſiis ſibi ſubjectis conſtituebant. Et Reges jam illa ætate, qua ſtirps prima in Galliis imperabat, de Eccleſiis Cathedralibus decernere præſumebant, quamvis eodem tempore in Conciliis ipſorum conſenſu celebratis libertas in Electione Epiſcoporum ſtatueretur; namque Electionis forma ſemper ſervabatur. Doctiſſimus Florus, Eccleſiæ Lugdunenſis Diaconus, ſcite notat, ſtante Imperio Romano nec Imperatores, nec Magiſtratus ſolitos fuiſſe ſeſe in Electionem Epiſcoporum, tam parum ac in ordinationem Presbyterorum, ingerere. Nempe tunc Epiſcopis poteſtas ſæcularis nulla erat, quam etiam in Imperio Græcorum nunquam obtinuerunt.(*) Verum

Hiſt. lib. XXXII. §. 44. 69. *Concil. Caro. an.* 535. *c.* 1. *Conc. Aurel. III. c.* 3.

poſt. Agob. to. I. *p.* 254. *Hiſt. lib.* XLVI. §. 47.

(*) Eccel quod Fleurius in Eccleſia Occidentali

rum in illis Regnis, quæ ex Imperii Occidentalis ruinis exorta sunt, tanta erat Episcoporum potentia, ut Regum interesset, de Episcoporum fide securos vivere. Unde in Electionibus consensus Principis necessario requirebatur. Nam in hac materia Juris fundamentum non in factis, sæpe Juri contrariis, sed in Conciliis, in Legibus & Actis publicis ponendum est. Quæ de Episcopis dixi, etiam servata propositione de Abbatibus accipienda sunt. Hi licet Titulo monasterii viverent & ex consequenti essent monachi, occasione tamen fundorum, quos possidebat Monasterium, ad conditionem Principum se se evectos videbant,

dentali factum non fuisse paulo ante exoptabat, in Orientali non evenit. Episcopi nunquam Principatum sunt consecuti. Quid vero emolumenti inde Ecclesiæ accessit? plane nihil, forsitan econtra plurimum damni. Nam cum nulla vel valde tenuis esset apud Græcorum Imperatores auctoritas Episcoporum & Patriarcharum, quos Sedi Patriarchali pro lubitu imponebant, removebantve, vilescente Sacerdotio tandem etiam vera Fides in Ecclesia Constantinopolitana interiit.

debant, habebant Vasallos & milites, quos in hostes ducebant, sæpe in Aula versabantur, atque ad Regum Curias & Comitia vocabantur. Hinc judicabit prudens Lector, quam difficile non solum hujusmodi Abbates, sed etiam ipsorum monachi, quorum aliquos semper itinerum socios habebant, Regulam observare potuerint, quantum eorum absentia Disciplinæ nocuerit, quantam animorum distractionem reditus e Regia creaverit. Cum deinde hujusmodi Abbates-Principes ad suscipiendas multas profectiones & magnos sumptus faciendos divitiis opus haberent, sua, qua pollebant, auctoritate utebantur, ad obtinendas complures Abbatias, quas deinde, excusso omni conscientiæ scrupulo, servabant.

Sed necdum hic stetit abusus. Episcopis Clericisve, quamvis non essent monachi, & proinde Abbatialis Dignitatis incapaces, Monasteria conferebantur; nam Commendæ ultimis demum Sæculis fuere introductæ. Tandem Reges Abbatias etiam

Laicis commiserunt, aut sibi ipsis reservarunt, tantusque abusus a Sæculo octavo usque ad decimum publice viguit. Proceres, nulla alia Institutione quam Principis gratia muniti, monasteria adibant, sedemque ibi cum uxoribus & liberis, Vasallis & familiaribus, equis canibusque, figebant, consumentes maximam fructuum partem. Reliqua vero dabant pauculis monachis, ut saltem aliqua monasterii species esset, ibidem toleratis, quorum mores in dies depravabantur.

Hist. l. LIX. §. 16.

Idem malum in Oriente grassabatur, licet ejusdem origo contra Canones non pugnasset. Monasteriis plerisque ab Iconomachis, Infensissimis Cænobitarum hostibus, destructis, Imperatores & Patriarchæ Constantinopolitani, ut ea restaurarent, eorundem curam Episcopis aut viris Laicis potentibus commiserunt, additis mandatis; reditus custodirent, Bona alienata vindicarent, tecta reficerent, monachos congregarent. Atque ejusmodi Curatores *Charisticarii* dicebantur. Sed post breve tempus, cum Tuto-

Tutores charitate pleni esse debuissent, facti sunt Domini avari, qui monachos ut mancipia habuerunt, omnes prope reditus ad suum ærarium traxerunt, tandem jus, quod sibi in monasteria competebat, etiam in alios transferre ausi.

§. XI.

Ecclesiarum Divitiæ.

Hos effectus producebant collatæ Ecclesiis divitiæ, ambitionis Clericorum & Laicorum avaritiæ perpetuum in omnibus sæculis irritamentum, tunc præcipue, quando Clerici bonis moribus amorem & venerationem populi sibi non conciliant, quando Laicis oneri esse videntur, eaque obsequia spiritualia, quæ Fideles a Clericis, magnas opes possidentibus, expectant, non præstantur. Absoluta necessitas postulat, fundos destinari ad communes pro Religione Christiana sumptus faciendos, quod in omni alia, cujuscunque generis societas sit, requiritur. Necessariæ sunt opes, unde Clerici, Ecclesiis servientes, alantur, ædes extruantur, vel sarta tecta conserventur, vestes Sacræ

& ornamenta comparentur, & præprimis unde pauperes adjuventur. In primis jam sæculis sub Imperatoribus Ethnicis Ecclesia præter oblationes a Fidelibus sponte collatas, quibus nullum antiquius ei ærarium fuit, Bona immobilia possidebat. Verum enimvero utinam Episcopi has opes onera & impedimenta necessaria sibi esse cum S. Chrysostomo arbitrati essent, & cum S. Augustino a cupiditate divitias cumulandi fuissent alienissimi!

Chrys. hom. 85. in Matth. *Aug. Serm. 355. 356.* *Possid. vit. 6. 24.*

At Episcopi nostri in Sæculo nono ab avaritiæ nota absolvendi non sunt. Ex querelis enim regnante Carolo Magno contra ipsos allatis dispicimus, quod homines simplices ad relinquendum mundum eo consilio impulerint, ut Ecclesia opibus, quibus legitimi hæredes fraudarentur, ditesceret. Sed etiamsi mittamus illos, qui via illicita opulentiam quærebant, invenio tamen Episcopos, Sanctis adscriptos, quibus plus justo, nisi fallor, Bona temporalia augere curæ fuit. In vita S. Meinverci, qui S. Henrico Impe-

Hist. lib. XXII. §. 25. lib. XXIV. §. 39. 40. *Cap. 2. ann. 811. Concil. Cabil. a. 813. c. 6.* *Hist. lib. XLV. §. 51. XLVI. §. 5.* *Boll. 5. Jun. 10. 19.*

Imperatori coævus fuit, commentarius agrorum, ipsius industria Ecclesiæ acquisitorum, pæne omnem paginam implet.

Ecclesiarum thesaurus, puta, vasa argentea, Reliquiarum arcæ, aliaque supellex pretiosissima Infideles, nempe Normannos in Francia, Saracenos in Italia, ad ea diripienda pellexerunt. Agrorum copia & juncta Dignitatibus Ecclesiasticis sæcularis potentia malorum Christianorum cupiditatem irritabant; unde Bona Ecclesiastica vi aperta invadebant, postquam Regia auctoritas cecidit, vel specie defensionis ea sibi usurpabant. Ex eodem fonte ambitus & simonia, pernicioſissima vitia fluxerunt. Illud vero fidem nostram adversus scandala, præprimis Romana, quæ Sæculum decimum infamarunt, confirmare debet, quod Filius Dei, cum Ecclesiæ præsidium suum usque ad finem mundi pollicitus est, non promiserit, prohibiturum se, ne mali intrent, sed contra prædixerit, malos bonosque usque ad extremam separationem sem-

per fore permixtos. Non promisit omnibus Ministris, omnibusque Ecclesiæ Pastoribus, & ne quidem Pastorum omnium Capiti, vitæ Sanctitatem, (*) attamen potestatem Supernaturalem omnibus illis, qui in Sacrum Ministerium ritu a se præscripto intrarent, diserte promisit. Quemadmodum igitur nullo non tempore aliquos impios homines reperire fuit, qui corde ad Deum sincere non converso, & ceteris conditionibus requisitis carentes, Baptismum & Eucharistiam accipere non sunt veriti, ita etiam non defuere, qui, non vocati, manus sibi imponi petierunt, & his non obstantibus vere Presbyteri vel Episcopi fuere, sed heu! ad suum & sæpe gregis sui interitum. Ut paucis complectar omnia; sicut nullum de aliis criminibus, ita etiam de Sacrilegiis miraculo avertendis Divinum extat promissum. Ergo nec Ser-

(*) Temere ergo egit Lutherus Ecclesiam ex moribus corruptis judicans, eumque Sectatores ipsius Doctrinæ Evangelicæ manifeste contraria docentem male secuti sunt.

Sergium III. nec Joannem X. aliosque, quorum vita flagitiosa Sacram Sedem conspurcavit, Legitimos Pontifices agnoscere non detrectemus, si modo legitime ab Episcopis ordinati fuerint. Fatendum tamen, plus Ecclesiæ profuturum fuisse, semper esse pauperem, quam tot periculis & ludibriis exponi. (*)

Hist. lib. LIV. §. 42. 49.

§. XII.

Tot malorum causa ex parte rursus ignorantia extitit, postquam illa vitium pæne commune evasit. Ubi perierat literarum amor, piorum tamen exempla & bonæ educationis vis effecerunt, ut boni mores adhucdum aliquamdiu servarentur, & virtus in pretio esset. Ita Romæ, sedente Agathone Papa, exeunte Sæculo septimo, vivebatur. Sed ignorantiæ tenebris omnia denique involventibus abjectum est exercitium bonorum operum & disciplina sancta, cujus præstantiam

Mores corrupti.

(*) Nisi forte istud opponi possit Fleurio; illos qui contempserunt Ecclesiam divitem, etiam, vel multo magis, contempturos fuisse pauperem.

tiam nemo noverat. Unde ut notaveris, Lector, exeunte Sæculo IX. post Nicolai & Hadriani II. tempora usque adeo corruptio invaluit, ut circa medium Sæculi XI. Germani scientiis & Disciplina Ecclesiastica Italis magis instructi, quales Gregorius X. & Leo IX. erant, ad lucem Ecclesiæ Romanæ afferendam vocandi fuerint. Ignorantia ad nullam rem utilis est. Et nescire me fateor, ubi illa insciitia reperiatur, qua, ut non nulli jactant, virtus custoditur. Illud vero me non fugit, quod in Sæculis obscurissimis, atque inter Gentes rudissimas etiam maxime vitia teterrima, quæ omnes Boni abominantur, regnasse exploratum sit. Cujus rei aliqua argumenta, arrepta occasione, retuli; sed omnia & luculentius memorare non ausim. Nempe concupiscentia singulis hominibus innata, nisi ratione humana & Divina gratia coerceatur, in funestos effectus nunquam non prorumpit.

Unum est vitiorum genus, cujus per hæc Sæcula in Oriente tantum exempla invenio, videlicet impietas & manifestus

nifestus Religionis contemptus. Notasti, sine dubio, & horruisti, amice Lector, juvenem Imperatorem Michaelem, Theodoræ filium, sacrilege ludentem, per plateas urbis Constantinopolitanæ cum compotatoribus suis discurrentem, Sacris vestibus indutum, solemnes Christianorum preces, ceteras Ecclesiæ Cæremonias, ipsumque terribile Sacrificium simulantem. Hæc Photius pro tempore Patriarcha cernebat, & tolerabat, quod ei Concilii octavi Patres exprobrarunt; unde nequissimus homo impio Imperatore multo pejor fuisse probatur. Nam Imperator juvenis erat insaniens, raro non ebrius, perversorum affectuum impetu abreptus; at Photius solerter improbus, omnibus per otium pensatis, quod deinde videbatur, vel agebat, vel omittebat, summo ingenio præditus, suo Sæculo eruditorum princeps, hypocrita omnibus numeris absolutus, si verba spectentur Sanctus, si facta sceleratissimus.

Hist. lib. XLIX. §. 17.

lib. LI. §. 43.

Alterum quoque impietatis genus ipso auctore invectum apparet, cum Dominis suis usque adeo adulari veteratorem non puduit, ut Principes defunctos, talem honorem nullatenus meritos, canonizaret, iisdem Ecclesias consecraret, & Festos dies instituret. Hunc cultum impius exhibuit Constantino mortuo, Imperatoris Basilii Macedonis filio primogenito, ut patri orbato solatium afferret, hac in re illos imitatus, qui Idololatriæ parentes extitere. Eodem honore Constantinus Monomachus Zoem Imperatricem, cui Imperium in acceptis referebat, prosequi molitus est.

Hist. l. LIII. §. 3. Sup. l. XIV. §. 15. Hist. l. LX. §. 13.

§. XIII.

Clericorum Incontinentia.

Tria vitia, quibus Ecclesia Occidentalis funestis his temporibus afflicta est, fuere Clericorum incontinentia, rapinæ & latrocinia Laicorum, tumque tam Clericorum, quam Laicorum Simonia, ignorantiæ fructus pessimi. Obliti erant Clerici, quam sublimis esset Professionis suæ Dignitas, & quam solido fundamento continentiæ Clericalis Disciplina niteretur.

Just. Apol. p. 61.

tur. Nesciebant, in primordiis Religionis Christianæ nullam aliam, quam Angelicam hanc virtutem in Fidelium moribus majore splendore enituisse, quam Fidei Defensores Gentilibus ostentabant, tanquam clarissimum excellentis Doctrinæ argumentum. *Apol. Athen. c. 36.* Cum igitur viri feminæque magno numero Ecclesiæ nunquam defuerint, qui servato perfectæ continentiæ proposito se ipsos Deo consecrarent, nihil rationi magis consentaneum erat, *Aug. ver. rel. c. 3. n. 5.* quam ex optimo & integerrimo Christianorum ordine Altaris Ministros deligere. Prompte utique & expedite Ecclesiæ servire poterant viri ab *Hist. lib. III. §. 38. 47.* omni cura rei familiaris liberi, & non divisi, ut S. Apostolus loquitur, sed tantum soliciti, quomodo Deo placerent, toto conatu orationi Literarum Sacrarum studio, Prædicationi *1. Cor. 7. 32. 33.* Verbi Divini, & operibus Charitatis incumbentes. Hinc etiam, carissime Lector, notaveris, Sanctam Cælibatus Disciplinam inter Clericos superioris Ordinis pro varietate temporum magis minusve accurate, semper tamen fuisse servatam. At

At Clericis noſtris in nono & decimo Sæculo Lex iſta jugum intolerabile videbatur. Plurimorum Clericorum labor eo propemodum abſolvebatur, quod Pſalmos canerent, quos non intelligebant, & in cæremoniis externis occuparentur. Ceterum cum moribus Laicorum viverent, crediderunt, ſibi quoque licitum eſſe uxores accipere, & peſſima multorum aliorum exempla cupientibus opinionem indiderunt, Leges continentiam imperantes tyrannidem eſſe non ferendam. Græci primo hoc frenum excuſſerunt, cum exeunte Sæculo ſeptimo in Concilio Trullenſi Canonem condiderunt, quo Presbyteris permittebatur uxores ſuas retinere, ut hodieque retinent, prætexentes Canonem Carthaginenſem, cujus ſenſum non penetrabant, atque ſcandala apud Latinos frequentiſſima. Nemo autem prior malæ rei publicum in Occidente exemplum dedit, illo Parocho Diœceſis Catalaunenſis, quem, uxorem coram toto populo ſibi ſociare volentem, viri timentes Deum cohi-

Hiſt. l. XL. §. 49.

Hiſt. l. LIV. § 20.

cohibuerunt. Usque adeo probi omnes nuptias Clericorum execrabantur. Hodieque, nullus dubito, si quis Presbyter horrendum matrimonium moliretur, gravissimas pœnas in utroque foro dare cogeretur.

§. XIV.

Bella Civilia.

Latrocinia inter populares ferme perpetua barbararum gentium e Septentrione advectarum tristia erant vestigia. Tanti mali originem, Ludovico pio segniter imperante, notavi, & progressum sub ejus Successoribus retuli. Sane obstupescendi locus est, quod homines Christianam fidem professi prima Religionis vitæque civilis elementa ignorarent, & licitum sibi crederent, arma in cives sicut in hostes exteros arripere. Civilis societatis fundamentum est & ratio primaria, vi & armis rejectis, legibus se subjicere & arbitrio Judicum, qui leges custodiri curent; Christianæ vero Religionis principium & finis est charitas, quæ non solum proximo suo ullum malum inferre prohibet, sed etiam omne bonum, quod possumus exhi-

Hist. t. LIX. §. 38.

exhibere, jubet. Quid ergo de Christianis sentiendum, quamcunque injuriam, quam a fratribus suis accepisse putarent, cædibus & incendiis ulcisci semper paratis, & justitiam non a Judicis sententia, sed ab acie gladii sui expectantibus?

Legisti, amice, frequentissimos questus & hortatus, adversus grassatores in Conciliis Episcoporum & Procerum occurrentes. Novum illorum temporum ignorantiæ argumentum! nam simplices certe esse oportebat, qui credebant, scriptis exhortationibus, aut Doctrina ex Sacris paginis vel Patribus recitata, arma e manibus furiosorum bello & cædibus assuetorum excuti posse. Sed necessaria & efficax medicina fuisset, Regia auctoritate novas Leges condere, quibus olim Græci Romanique & omnes gentes politiores utebantur. Sed ubi illa ætate Legislatores invenire fuisset, quorum sapientia ad ejusmodi Leges instituendas, & eloquentia vel potestas ad easdem stabiliendas sufficisset.

Inte-

Interim Ecclesiæ Disciplina peribat, & mores Fidelium magis magisque pervertebantur. Viri nobiles, in Arcibus & Munimentis suis residentes, Ecclesias doctrinam Episcopi audituri non adibant. Ad Monachos in vicinis monasteriis officium Divinum peragentes se conferebant, aut satis ipsis erat Capellanorum suorum, vel Parochorum, Vasallis suis præpositorum, Missis interesse, quos putabant suo arbitrio in officio confirmari vel dimitti posse. Quin etiam decimas aliosque Ecclesiarum reditus ad suum trahebant ærarium. Episcopis nec illos Presbyteros errantes corrigere, multo minus ipsos Optimates, ut Episcopos decet increpare, nec Diœceses visitare, nec ad Synodum celebrandam congregari licebat. Quin sæpe ad arripienda arma, quibus se & agros Ecclesiæ adversus Optimates invasores defenderent, compellebantur.

§. XV.

Simoniam quoque ignorantiæ partum illis sæculis omnino fuisse arbitror. Simonia.

tror. Viro docto & solide Christiano nunquam in mentem veniet, Religione abuti velle ad acquirendas divitias. Facile enim intelliget, hanc Virtutem altioris esse ordinis, nec ab ea nobis terrena, sed cœlestia Bona pro-
Act. 8. 18. &c. poni. Ipse Simon S. Petro pecunias offerebat, quia cœlestem hanc Doctrinam non capiebat, nam nihil aliud expetebat, quam ut hominibus donum miraculorum communicare posset, unde ipse omnes in sui admirationem raperet, & maximam auri vim cumularet. Quo rudiores & agrestiores homines sunt, eo magis bonis temporalibus moventur, ac in iis summam felicitatem constituunt. At bona spiritualia & invisibilia stupidis bellissimæ Chimæræ esse videntur, quas rident, nec aliud Bonum solidum, quam quod manibus suis contingere valent, existere arbitrantur. Hinc etiam non aliud mihi in historia occurrit tempus, quo Simonia atrocius grassata sit, quam decimo & undecimo obscurissimis sæculis. Principes, qui jam diu Electiones Episcoporum in sua habe-

bant,

bant poteſtate, plus pecuniæ offerentibus Epiſcopatus & Abbatias vendebant, & Epiſcopi, ne data pecunia ſibi periret, pro nata occaſione deinde compenſatione utebantur, accepto pretio Presbyteros ordinantes, Eccleſias conſecrantes, aliaque ad officium Paſtorale pertinentia adminiſtrantes. Lege Sermonem Silveſtri II. Papæ ad Epiſcopos directum. Homines, qui Fidei veritate leviter tanguntur, ex nihilo ſapientiſſime aliquid facere ſibi ipſis videntur, cum voces pronunciando & cæremonias peragendo magnas opes congerunt, aliorumque Sacramenta gratis conferentium ſimplicitatem derident. *Hiſt. lib. LVIII. §. 11. Mabill. ann. to. 2. p. 239.*

Porro Simonia nullo non tempore perniciem attulit Chriſtianæ Diſciplinæ & morum Doctrinæ, cujus Regula prima eſt, divitias contemnere, & abjicere, aut ſaltem affectum ad ea, quæ poſſidemus, dimittere. Quis enim Doctrinam usque adeo ſublimem Fideles docebit, ſi illi, quorum eſſet alios docere, eam ignorent? id eſt, ſi ipſum Sal terræ corruptum ſit? Quis

econtra divitias non appetat, si primas Dignitates & subsellia non scientiæ, non virtuti, sed pecuniæ & favori obtingere viderit? Ita vitioso & funesto circulo ignorantia ac cordis corruptio Simoniam pariunt, & Simonia vicissim ignorantiam & virtutis contemptum fovet.

§. XVI.

Pœnitentia. Hinc etiam tria hæc vitia Simoniam, Optimatum latrocinia, & Clericorum incontinentiam Viri Sancti undecimi Sæculi majore præ ceteris virium conatu oppugnabant; sed ignorantia antiquæ Disciplinæ causa fuit, quod in electione congruæ medicinæ erratum fuerit. Duo ad tollenda tanta mala in Ecclesia supererant remedia, pœnitentia, & censuræ in illos, qui pœnitentiam recipere detrectarent. Pœnitentiæ Canonicæ usus, cujus exempla retuli, adhucdum sub finem Sæculi undecimi vigebat, & tantum abest, ut quisquam eam plus æquo rigidam esse conquereretur, ut potius non nemo querelas moverit, quod recentiores & nullius aucto-

Alex. II. ep. 29. 30. *&c.*

Petr. Dam. Opusc. VII. c. 10. 11.

auctoritatis Canones antiquum pœnitentiæ rigorem relaxarent. Sed opinio neſcio quo fundamento invaluerat, quodlibet peccatum ejusdem ſpeciei nova pœnitentia eſſe delendum, ita ut ſi, exempli gratia, unum homicidium pœnitentia decem annorum eſſet expiandum, ad expianda decem homicidia centum annorum ſpatium requireretur. Quod pœnitentiam impoſſibilem & Canones ridiculos faciebat. Hinc aliter hæc explicabant Veteres. Nolim inficias ire, ob majorem peccatorum ejusdem ſpeciei numerum non nihil additum fuiſſe ad rigorem pœnitentiæ, quæ Epiſcoporum arbitrio & prudentiæ nunquam non relinquebatur, ſed denique humanæ vitæ brevitati accommodabatur, & nemini, niſi ob quædam enormia crimina pœnitentia perpetua injungebatur.

Ex quo pœnitentia nimium extenſa quibusdam impoſſibilis effecta eſt, ſucceſſere compenſationes, quales in Decreto Burchardi, & in Petri Damiani Scriptis leguntur, nem- *Hiſt. lib. LVIII. §. 52.*

Petr. Dam. vit. SS. Rod. & Dom. c. 8. 10.

pe Pſalmi, Genuflexiones, flagella, eleemoſynæ, peregrinationes, quæ omnia ſine ſincera cordis converſione peragi poſſunt. Ita aliquis Pſalmos recitans, aut humeros flagellis proſcindens, & paucis diebus complurium annorum pœnitentiam redimens, neutiquam illum fructum, quem illa produxiſſet, referebat. Quippe non ſatis longa & frequenti reflexione compunctio cordis excitabatur, aut confirmabatur, mala conſuetudo non deſtruebatur, non ſatis longo tempore malæ occaſiones devitabantur, non ſatis temporis virtutibus vitio conſueto contrariis acquirendis concedebatur, quia hæc omnia Genuflexiones aut orationes vocales non præſtabant. (*) Pœnitentia a tertio peracta multo minus proderat, & verbera, quibus ſe Sanctorum monachorum

(*) Quamvis in his piis operibus & exercitationibus externis vera cordis converſio non ſit poſita, ſunt tamen ſigna & ſinceræ pœnitentiæ indicia. Sed Fleurio ſecundum antiquam Diſciplinam non ſatis eſt, peccatorem ſincere emendationem promittere, & opera ſibi injuncta

rum aliquis pro alio affligebat, non erant congrua illi peccatori medicina. Non enim peccatum ita se habet, ut contractum æs alienum, a quo liberatur debitor, etiamsi alius pro ipso, & quocunque demum modo, solverit, sed morbus est, non in alieno, sed in proprio peccatoris corpore curandus. Unde in Concilio Nationali, in Anglia anno septingentesimo quadragesimo septimo celebrato, pœnitentia ab alio peracta damnata est, addita memorabili causa; quod si pœnitentia per alium impleri posset, divites facilius quam pauperes contra claram Evangelii Doctrinam salvarentur.

tom. 9. Conc. p. 1565. Hist. lib. XXXVIII. §. 14.

Abusibus accenseri debet pœnitentia coacta, cujus exempla in Hispania Sæculo septimo invenio. Præterea Episcopi, cum complures peccatores pœnitentiæ jugo collum nollent submittere, delatis ad Comitia querelis Principes rogarunt, ut per-

Concil. Tol. 6. Hist. lib. LIV. §. 23. 24.

cta peragere, sed requirit, ut Pœnitens ante Absolutionem per congruum & sufficiens temporis spatium se peccato actu renunciasse comprobet.

Conc. Trib. an. 895. *c.* 2. vicaces poteſtate ſæculari ad eam recipiendam compellerent. Profecto hi viri non perſpiciebant Pœnitentiæ naturam, quæ in dolore & converſione cordis poſita eſt. Ita enim peccator, qui, ut Divinæ Juſtitiæ ſatisfaciat, ultro a ſe ipſo pœnas exigit, eodem loco habitus fuiſſet, ac latro, qui ab humano Judice invitus plectitur.

Hiſt. lib. LI. §. 8. In cenſum pœnitentiæ coactæ illud

Nic. 1. *ep.* 66. refero, quod Epiſcopi reis non pœnitentibus prohibuerint, ne carnibus veſcerentur, ne lineis veſtibus uterentur, & præter multa alia ſimilia ne equitarent. Si rei Epiſcopis obſecuti fuerunt, admiror non pœnitentium docilitatem, ſi morem non geſſerunt, admiratione digna eſt Epiſcoporum ſimplicitas.

§. XVII.

Cenſuræ. Alterum adverſus vitiorum torrentem in Sæculo X. remedium erat, contumaces excommunicare aliisve Cenſuris Eccleſiaſticis coercere. Optimum revera remedium! ſed quia modus non ſervabatur, effectum eſt inutile. Cenſuræ illis ſolum pœnæ

ſunt,

sunt, qui eas pertimescunt, quid enim prosit, Judæo, vel Mahometano, ingressum Ecclesiæ vel usum Sacramentorum interdicere? Si ergo Christianus tam improbus est, ut Censuras spernat, aut tam potens, ut impune violet, iis irritatur & non corrigitur, quia pœnarum spiritualium nullum aliud fundamentum, quam Christianorum fides & Auctoritatis Ecclesiasticæ reverentia est. (*) Aliter circa pœnas temporales res se habet; quia omnis homo sua natura bonorum suorum, libertatis, & vitæ jacturam perhorrescit.

Secundum hanc Regulam Veteres pœnas Spirituales prudentissime adhibebant. Nam nunquam magis Disciplinæ exactissimæ rigor, quam tempore primarum persecutionum viguit. Cum enim omnes, qui Fidem Christianam suscipiebant, bona voluntate diu ante probati converterentur,

(*) Nihilominus hujusmodi improbos, si non ad propriam emendationem, saltem ad exemplum aliorum & terrorem excommunicari oportet.

docilem animum afferebant, & suis Præpositis obedientes erant. Si quis obedire gravaretur, huic plena libertas erat ad Gentiles revertendi, quin eum ullus respectus humanus retineret, & sic Ecclesia membro putido liberabatur. Verumtamen etiam illo Ecclesiæ tempore, quantum fieri poterat extremum hoc malum cavebatur, & Ecclesia in sinu suo etiam indignos Pastores non nunquam tolerabat, ne periculo solvendi Communionis unitatem exponeretur.

Cypr. Serm. de lapsi.
Aug. III. contr. Parm. c. II. n. 8.

Postquam Ecclesia tanta sumpsit incrementa, ut in Imperio Romano major Christianorum, quam Gentilium numerus esset, multo parcius potestate excommunicandi usa est. Et a Sancto Augustino non novam Disciplinam, sed antiquam Traditionem accipimus, quod Ecclesia peccata multitudinis toleraverit, & pœnis Canonicis solum in privatos animadverterit. Nempe quando unus malus in medio multorum bonorum degebat, verisimile erat, vel ipsum Ecclesiæ præcipienti obtemperaturum, vel totam

ibid. n. 13. 14. &c.

tam Fidelium frequentiam ſibi adverſariam habiturum. *Quando vero*, ſubjungit S. Doctor, *improbus unus tantæ eſt Auctoritatis, ut populum ſeducere valeat; vel ſi ipſa multitudo peccaverit, nihil aliud agendum reſtat, quam coram Deo in gemitus effundi, & omnes, neminem nominando, ad morum emendationem exhortari captatis illis occaſionibus, in quibus populus ad pœnitentiam facilius moveri ſolet, ut ſi forte calamitas communis premat.*

Sapientiſſimis hiſce principiis innixus Julius Papa ſuſcepta S. Athanaſii, quem Adverſarii perſequebantur, defenſione, pro ejus cauſa epiſtolas ſcripſit. Pari modo Innocentius Papa S. Chryſoſtomo favebat; ſed caute & provide illos Epiſcopos, qui ſanctiſſimos viros contra fas damnaverant, nec depoſuerunt, nec excommunicarunt, quod ſcirent, obſtinatos imperata non facturos, & auctoritatem Pontificiam ſine ſpe fructus periculo exponere nollent. Multo minus Eccleſia illa ætate Imperatores excommunicare ſolebat, ne quidem

Hiſt. l. XII. §. 4. 24. Lib. XXI. §. 49. 50.

Hæreticos aut Eccleſiæ Perſecutores, quales Conſtantius & Valens fuerant. Quin etiam S. Baſilius coram Altari Valentis Oblationem recipere non eſt dedignatus. Nimirum clariſſime cognoſcebant Eccleſiæ Paſtores, quod intempeſtivus rigor ſine ullo emolumento Principum animos exacerbaſſet. Ex hiſtoria quidem docemur, Theodoſium a S. Ambroſio ab Eccleſiæ ingreſſu fuiſſe excluſum; quia nempe leniſſimam Principis indolem non ignorabat, eumque tali rigore ad ſalutarem pœnitentiam adduci poſſe ſciebat.

Lib. XVI. §. 48.

Verum intellectu aſſequi non poſſum, quid emolumenti ſperare potuerit Nicolaus I. Papa literis acerbis ad Michaelem Imperatorem, Photii defenſorem datis, præſertim illa comminatione, ſe Imperatoris epiſtolam inſpectante populo Romano igni traditurum. Num neſciebat hunc Principem non impium modo, ſed & juvenem eſſe ſtultiſſimum, ut ſuperius notavimus? Quid vero profuit in Photium Cenſuris agere, quem Papa audaciſſi-

Nicol. 1. *ep.* 8. 9. *Hiſt. lib. I.* §. 41. 52.

cissimum & potentissimum sciebat? (*) Exinde igitur, scilicet in medio Sæculi IX. sapientis discretionis, qua usi fuerant Veteres, oblivio subierat. (**) Quasi vero solis vocibus prolatis vel scriptis omnia confici potuissent, mala inde secutura non pensabantur. Tunc etiam antiquæ excommunicationis Formulæ utpote frequentissimæ exoleverunt, & additæ sunt novæ, quo majorem terrorem incuterent. Adjuncta nomina *Core*, *Dathan*, *Abiron & Judæ*, ac omnes maledictiones Psalmi centesimi octavi. Tunc cœpit Ritus extinguendi lumina & campanas pulsandi. Videor mihi conspicere

(*) Id de Excommunicatione cum anathemate solemni Ritu pronunciata accipiendum videtur. Nam Photium Excommunicatione Juris a Fidelium Communione separari oportuisse si Fleurius negat, nimius est.

(**) Adversarius Fleurii affert exempla contraria. Nempe Theodorum Papam in Paulum & Pyrrum Patriarchas Constantinopolitanas Anathema pronunciasse. Lib. XXXVIII. §. 45. Item S. Martinum I. in Cyrum Patriarcham Alexandrinum & Sergium Constantinopolitanum, §. LIII. Rursusque Felicem Papam in Acacium Constantinopolitanum, Lib. XXX. §. 16. &c.

cere virum ſenem viribus deſtitutum, qui, cum ſe a filiis ſuis ſperni cernat, & de lectulo ſurgere ad eos caſtigandos, ut ante ſolebat, non valeat, quidquid ſub manu eſt in inſolentes conjicit, ut impotenti iræ ſatisfaciat, ſimulque voce, qua poteſt, concitatiſſima diras omnes, quotquot memoriam ſubeunt, imprecatur. (*) Magis magisque ab antiquorum moderatione Sæculo decimo & undecimo diſceſſum. Epiſcopi non tam bonum malumve Cenſurarum effectum, quam ſuam poteſtatem & Juris rigorem perpendebant, ac ſi quodam fato ad inferendas pœnas Canonicas illis omnibus, qui iis digni eſſent, fuiſſent compulſi. Non cogitabant, hæc fulmina ſpiritualia fruſtra in rebelles intorqueri, qui ea non expaveſcunt, & ſic contumaces non tantum non emendari, ſed pejores fieri, cum iisdem nova crimina perpetrandi ponatur occaſio. Cen-

(*) Abſit ut hanc Reflexionem Fleurii vel ſingula in hac Diſſertatione ab eo acerbius dicta approbem. Omnia tamen candide reddo, ne Auctoris mei ſenſum vel verba truncaſſe videar.

Censuras, quæ Disciplinam stabilire deberent, eidem inferre perniciem, cum malorum omnium maximum, schisma, inveherent, & Ecclesiam tela justo crebrius jaculando inermem effici. (*) Denique si quis omnes peccatores de gremio Ecclesiæ expellere moliretur, idem facturum, quod fatuus Rex, qui maximam populi sibi subditi partem noxiam gladio vindice interimeret, non cogitans, homines propediem, quibus imperet, defuturos. Tristes mali principii effectus, amice Lector, in iis, quæ historia Ecclesiastica exinde docebit, deprehendes.

Summi Pontifices, quod inficiari nemo potest, suæ ætatis præjudicia secuti, frequentius quam ceteri Episcopi Censuras adhibuerunt, freti suæ Sedis Auctoritate, aliunde maxima, & ultra antiquos limites falsarum Decreta-

(*) Hic sentit Fleurius cum Ovidio Nasone:

Si quoties peccant homines sua fulmina mittat
Juppiter, exiguo tempore inermis erit.
Ovid. L. II. Trist.

cretalium licentia extenſa. Pontifices, inquam, ſummis dotibus & virtutibus conſpicui, atque ad reſtituendam Diſciplinam Eccleſiaſticam ac Sacræ Sedis honorem poſt Sæculi decimi opprobria vindicandum zeloſiſſimi, omnium maxime ab antiquorum moderatione deflexerunt, quam vel non amplius noverant, vel ſui ævi moribus convenire non credebant, & tandem Gregorius Septimus plus quam ullus Anteceſſorum ſuorum Cenſurarum rigorem auxit. Hic Papa, magno animo natus, & ſub exactiſſima Diſciplina monaſtica educatus, ardentiſſimo zelo Eccleſiam a vitiis, quibus infectam conſpiciebat, præprimis a Simonia & Clericorum incontinentia, purgare cupiebat; ſed in obſcuriſſimo ſæculo plena luce deſtituebatur ad deligendas regulas, quibus vehementiſſimo zelo moderaretur, & non nunquam qualemcunque ſplendorem pro ſolidæ veritatis luce deceptus recipiens, inde concluſiones ſumme periculoſas intrepide inferebat. Prima ei Regula fuit, virum,

ceteris

ceteris præpositum, teneri ad punienda delicta subditorum omnia, quæcunque ad ipsius notitiam pervenirent, nisi se ipsum omnium criminum participem facere vellet. Nihil in ipsius Epistolis occurrit frequentius quam illa Prophetæ verba: *Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine*, id est, qui Deo jubente ad conterendos inimicos ejus non accingitur. Hoc nixus fundamento Gregorius Papa, ut primum ei Episcopus Simoniæ, vel alterius criminis reus delatus fuerat, eum Romam vocabat, non venientem primo suspendebat ab officio suo, secundo contumacem excommunicabat, & perseverantem a Sacerdotio deponebat, Clericis populoque ne ipsi obedirent prohibebat, addita excommunicationis comminatione, alium Episcopum eligere præcipiebat, Clericis illius Ecclesiæ cessantibus, alium Episcopum ipse constituebat. In hunc modum egit contra Guibertum Archiepiscopum Ravennatem, qui cum se ipsum Papam* eligi opera Regis Henrici effecit,

Jerem. 48. 10.

* Antipapam.

cit, Gregorio par pari reddidit. Ceterum horreſco legens Gregorii ſeptimi epiſtolas, & videns excommunicationis fulmina undique & continuo ruere, Epiſcoposque in Longobardia, in Germania, in Francia depoſitos.

§. XVIII.

Regum depoſitio.

Malum ingentem in modum auctum eſt, quod Gregorius VII. jus infligendi pœnas ſpirituales jure inferendi pœnas temporales, ad Pontificem non pertinente, confirmare intenderit. Alii ante Gregorium eandem viam tentaverant. Notavi, Epiſcopos brachii ſæcularis auxilium expetiiſſe, ut peccatores ad ſubeundam pœnitentiam compellerent, & Papas ante annos plus quam ducentos de Jure Regnorum auctoritate Eccleſiaſtica voluiſſe decernere. Gregorius VII. has regulas amplexus, & plus ultra progreſſus, publice aſſerere non dubitavit, ſibi Papæ Reges Eccleſiæ rebelles deponendi poteſtatem eſſe, quam Jurisdictioni Fideles excommunicandi ſuperſtruebat; quia excommunicati vitandi ſunt, nullum cum iis haben-

habendum commercium, nec iis colloquendum, & ne quidem, jubente Apoſtolo, *Ave* eis dicendum. Ergo Rex excommunicatus ab omnibus deferendus eſt, non amplius licet ei obedire, non mandata recipere, non ad eum accedere; ab omni Chriſtianorum ſocietate excluſus eſt. Equidem Gregorius VII. de hac Quæſtione nullum Decretum edidit; id Deus non permiſit. In nullo Concilio, in nulla Epiſtola Decretali diſerte pronunciavit, Jus eſſe Pontifici Reges dejiciendi, ſed hanc propoſitionem certam ac conſtantem eſſe præſumpſit, ſicut quasdam alias, æque ac iſtam debili fundamento nixas, quas ipſe extra dubium poſitas credebat. Paucis, omiſſa quæſtione Juris agere cœpit, & deſtinata exequi.

2. Joa. 10.

Fatendum etiam, cunctos illa ætate his præjudiciis usque adeo inhæſiſſe, ut Henrici Regis * Fautores compulſi ſint dicere, Supremos Principes excommunicari non poſſe. At Gregorius VII. facile demonſtrabat, poteſtatem ligandi atque ſolvendi

Greg. IV. ep. 2. hiſt. lib. LXII. §. 36.

* Henrici IV. Imperatoris.

Apoſtolis datam, eſſe univerſalem, a qua tam parum Principes, quam privati eximerentur. Error vero in eo poſitus erat, quod Gregorius inde concluſiones exorbitantes erueret; videlicet ex eo, quod Eccleſiæ eſſet de cauſis ſpiritualibus judicare, multo magis eidem competere, de temporalibus judicare. Minimum Exorciſtam Imperatore ſuperiorem eſſe, quia Dæmonibus imperaret. Regnum eſſe opus Diaboli, ſuperbiæ humanæ ſuperſtructum, econtra Sacerdotium opus eſſe Divinum. Tandem abjectiſſimum Chriſtianorum, virtutis amantem, verius Regem eſſe quam Regem criminibus oneratum, quod hujusmodi Princeps non amplius Rex, ſed Tyrannus eſſet. Effatum, quod olim Nicolaus I. Gregorio VII. antiquior protulerat, atque ex libro Apocrypho Conſtitutionum Apoſtolicarum, ubi ipſa verba leguntur, excerptum videtur. Poteſt quidem huic propoſitioni ſenſus bonus tribui, ſi dicatur eſſe *Hyperbole*, ut quando dicimus, hominem impium eſſe non hominem.

Hiſt. lib. L. §. 34.

Nic. I. epiſt. advent. to. 8. Conc. p. 478.

Conc. Apoſt. lib. VIII. c. 2.

Sed

Sed secundum sensum hujusmodi Hyperbolicæ dictionis in actu operari non licet. Nihilominus hoc posito fundamento Gregorius VII. Regulam universalem statui posse putabat, ad servandum legitimum rerum ordinem Ecclesiæ esse Coronas distribuere, & Reges judicare. Præterea arbitrabatur, omnes Principes Christianos Ecclesiæ Romanæ Vasallorum vinculo esse adstrictos, cui sacramentum fidelitatis præstare & tributum solvere tenerentur. Argumenta, quibus ipse innixus Romanum Imperium & pleraque Europæ Regna sibi Vectigalia facta esse affirmabat, suo loco retuli. *Hist. lib. LXIII.*

Jam quæ ex his principiis sequantur videamus. Regnat Princeps, corona indignus, plurimorum criminum reus, qualis erat Henricus IV. Rex Germaniæ, non enim ego is sum, qui nocentem defendere cogitet. Vocatur Romam, ubi vitæ suæ rationem reddat, non venit. Sæpius frustra vocatum Papa excommunicat, ille Censuram contemnit. Papa contu-

macem Regia Dignitate exutum pronunciat, Subditos populos a fide jurejurando data absolvit, prohibet ne excommunicato obediant, licentiam concedit, quin imo jubet tanquam Solio vacante alium Regem eligere. Quid inde eveniat? nisi Seditiones, bella civilia in Republica, Schismata in Ecclesia? Regem depositum Censuræ non repente usque adeo miserabilem efficient, ut non aliqua saltem populi pars Domini carissimi fortunam sequatur, supererunt copiæ, munitæ urbes, bellum æmulo inferet, ut Henricus Rudolpho. Uterque Rex Episcopos divisos suis addictos partibus habebit. Episcopis priori Regi faventibus, & Papæ infensis prætextus neutiquam deerit, quo Papam accusent, & Summo Pontificatu indignum proclament. Eum bene maleve deponent, Antipapam creabunt, qualis Guibertus fuit, quem Rex, ipsius Defensor, valido cinctus exercitu in Sacræ Sedis possessionem immittet.

Sed

Sed progrediamur. Rex depositus non amplius Rex est. Demus hoc interim Adversario. Ergo si ut Regem se nihilominus gerat, Tyrannus est, id est, manifestus Reipublicæ hostis, quem jugulare, non modo, cuicunque libet, licet, sed etiam expedit &pulchrum est. Si ergo adsit unus in Regno fanaticus, qui forte in Plutarcho vitam Timoleonis aut Bruti legerit, & putet supremum gloriæ apicem se consecuturum, si patriam a Tyrannide liberet, aut exempla in Sacra Pagina relata in se quoque cadere posse existimet, credatque, se velut alterum *Aod* aut *Judith* ad salvandum populum Dei a Deo vocari, vita Regis ab arbitrio stulti hominis pendebit, qui facinore immortali memoria digno, gratiam Summi Pontificis inire, & si in ipso conatu, vel re peracta opprimatur, Martyrii coronam adipisci, festinabit. In historia ultimorum sæculorum nimis multa, eheu! funestæ maniæ exempla (*) legimus,

(*) Hic sine dubio Fleurius memor est horrendo-

permiſitque Deus horrendos eventus ex illis opinionibus ſequi, quæ excommunicationis effectus plus juſto extendunt, ut ſaltem docente experientia quid verum falſumve ſit diſceremus.

Nunc vero ad ſapientiſſimæ antiquitatis principia redeamus. Rex excommunicari poteſt ſicut homo privatus, non inficior. Sed vix unquam

---

rendorum eventuum, cum anno 1589. Jacobus Clemens Ord. Præd. * Frater Laicus Regem Galliæ Henricum III. ſica veneno illita trucidavit. Item cum Henricus IV. Rex Galliæ anno 1593. a Joanne *Caſtell* vulneratus, & anno 1610. a Franciſco *Ravaillac* occiſus eſt.

* *Alii id negant. vid. Graveſon Hiſt. Eccl. Sæc. XVI. p. 12. & ſeq.*

Truculentis his ſcenis antiquioribus accenſeri jure merito poſſunt recentiores. Cum ſcilicet anno 1757. Regem Chriſtianiſſimum Ludovicum XV. quidam nomine *Damien* infimæ fæcis homo pugione feriit, interempturus haud dubie, niſi Divina Clementia optimum Principem non ſine prodigii ſpecie ſervaſſet. Ad eandem rerum claſſem pertinet, quod anno 1758. exeunte Joſephum Regem Luſitaniæ curru Regio vectum conjurati effuſis glandibus tantum non interfecerint.

Ceterum his, quæ inter S. Gregorium VII. & Henricum IV. acta ſunt, ſimillima inter Summos Ponti-

quam hac potestate uti per prudentiæ leges licet. Ponamus autem hunc casum etsi admodum rarum, excommunicandum esse supremum Principem. Tunc ea Jurisdictio æque Episcopo Diœcesano competit ac Summo Pontifici, & a quocunque excommunicetur, effectus ad nulla alia quam ad Spiritualia extenditur. Nimirum Regi excommunicato Sacramentorum participem fieri non licet, non licet intrare Ecclesiam, cum Fidelibus orare, nec Fidelibus licet ullum publicum Religionis actum cum ipso

Pontifices tres & Ludovicum Bavarum, Principem piissimum, Romanorum Imperatorem, & Monasterii nostri Ettalensis Augustissimum Fundatorem, evenerunt. Nam Romam frustra vocatus, excommunicatus, Cæsarea Dignitate exutus, populi a Fide jurata absoluti, Principes Imperii alium Imperatorem (Carolum IV.) eligere jussi, seditiones, bella Civilia, Schismata exorta, Imperator depositus armis se tuitus est, æmulum Fridericum Pulchrum armis superavit, Papa Joannes XXII. Hæresis accusatus, Antipapa (Petrus de Corbario seu Nicolaus V.) intrusus. Nec turbarum finis advenit donec Ludovicus Imperator non sine suspicione accepti veneni extinctus est. Palat. & alii.

exercere. At Subditi Principis excommunicati nihilominus ei obedire tenentur in omnibus, quæ Legi Divinæ adversa non sunt. Nemo unquam, saltem in Sæculis Ecclesiæ claris, affirmavit, aut docuit, quod privato excommunicato proprietas bonorum suorum aut jurisdictio in mancipia sua, aut Patrifamilias potestas in filios suos auferatur. JEsus Christus Evangelium introducens nemini vim intulit, sed placide novam doctrinam auditoribus suis insinuavit, ut Sanctus Augustinus notat. Dixit Servator mundi, Regnum suum non esse de hoc Mundo, & ne quidem auctoritatem arbitri inter duos fratres litigantes in se suscipere voluit. Jussit Cæsari reddi, quæ sunt Cæsaris, quamvis Cæsar ille esset Tiberius, non Ethnicus modo, sed etiam hominum nequissimus. Atque ut paucis complectar omnia, venit Mundum reparare, convertens corda, & in ordine rerum humanarum nihil mutans. Apostoli, eorumque Successores, Divini Magistri vestigiis insistentes, semper docuerunt

de vera Rel. c. 16. n. 31.
Joan. 18. 36.
Luc 12. 14.
1. Petr. 2. 13.
S. Rom. 13. 1. 2. &c.

runt privatos, Magiſtratibus & Principibus ſubeſſe debere, atque Servos, ſubditos eſſe Dominis ſuis, ſive bonis ſive diſcolis, Chriſtianis aut Infidelibus. Demum poſt annos mille, ut obſervaveris Lector, multi novam Regiminis formam excogitandam eſſe, & Caput Eccleſiæ Monarcham ceteris Monarchis omnibus etiam in cauſis ſæcularibus ſuperiorem conſtituendum putarunt; ſi enim Papa in quocunque caſu aut ſub quacunque ratione Jurisdictione gaudet, Principibus ſive poteſtate directa, ſive indirecta Regnum dare & eripere, fateamur candide, ipſum ſolum in Orbe Chriſtiano vere Monarcham eſſe, Eccleſiamque per annos mille hanc Jurisdictionem vel ignoraſſe, vel neglexiſſe. (*)

Gregorius VII. illoquoque præjudicio, a multis recepto, laborabat, quod Deum Juſtitiam ſuam pateſacere in hoc mundo oporteret. Inde

(*) De hac Quæſtione operæ pretium eſt legere *Tractatum de Pot. S. Pont. Magn. Pat. Greg. Zallwein Rect. u. S. pag. 73.*

in epiſtolis ſuis illis, qui S. Petro fideles futuri eſſent, proſperitatem temporalem promittit, dum interim vitam etiam æternam expectarent, & rebellibus tam temporalis, quam æternæ felicitatis jacturam comminatur, tanta fiducia, ut in ſecunda Sententia Excommunicationis contra Regem Henricum lata, oratione ad S. Petrum directa, eum roget, ut ab hoc Principe in bello felicitatem & victoriæ gloriam auferat. Tum ſubjungit: *Ita enim, tibi omnem poteſtatem in Cœlo & in terra datam eſſe, coram univerſi orbis facie oſtendes.* Credebat ſine dubio Pontifex, Deum, cui cauſæ ſuæ æquitas & puritas intentionis cognita erat, preces ſuas exauditurum. Sed Deus ad arbitrium hominum miracula edere non ſolet, videturque hujus vaticinii temeritatem contrario eventu voluiſſe confundere; quippe elapſo aliquot menſium ſpatio memorabili pugna edita, in qua multum humani ſanguinis fuſum, Rudolphus Rex cecidit, cui Papa palmam promiſerat, Henricus vero Rex, omni-

Hiſt. lib. LXIII. §. 1.

omnibus diris devotus, insignem victoriam reportavit. Ita Regula, quam Gregorius ponebat, contra ipsum convertebatur, & si ab eventu bono malove judicare licuisset, locus erat credendi, ejus preces Deo neutiquam fuisse acceptas. Denique tanto rigore Papa Regem Henricum non modo ad frugem non adducit, sed occasionem præbet, novis se se criminibus illigandi, bella inter cives cruenta accendit, quibus Germania & Italia quasi voracibus flammis vastantur; Schismatis in Ecclesia causa est, obsidetur Romæ, fugere cogitur, & Salerni in exilio mori.

An non Gregorio Papæ quisquam merito dicere potuisset; si bona temporalia in tua potestate sunt, cur iis te ipsum beatum non facis? si non sunt, cur ea aliis promittis? Elige an Apostoli vel Imperatoris personam gerere velis. Apostoli Majestas & Potentia interna est & spiritualis, foris infirmitas & ærumnæ. Imperatori res omnes, quibus sensus maxime afficiuntur, necessariæ sunt, Regna,

gna, ingentes exercitus, thesauri immensi, quibus milites alantur. Non potes duas conditiones, sua natura tam dissitas, tam diversas, in te uno conjungere, nec proderit tibi patientia ærumnarum, quas tibi molimina viribus majora pepererint.

Huc usque præcipue consideravi antiquam Disciplinam relaxatam, aliasque tentationes, quibus Deus Ecclesiam suam a Sæculo sexto usque ad duodecimum vexari probarique permisit. Restat ut de subsidiis pauca dicam, quibus omnipotens Numen Ecclesiam suam conservavit, implevitque clementissimam promissionem, semper se ei præsentem futurum, & nunquam passurum, ut portis Inferi succumbat.

§. XIX.

Episcoporum Successio.

Inprimis Episcoporum successio in plerisque Ecclesiis ab origine sua sine interruptione usque ad hæc tempora apparet. Episcoporum seriem cujuslibet Sedis in Collectionibus, quibus Titulus: *Gallia Christiana*, *Italia Sacra*, aliisque similibus habemus.

mus. Multarum Eccleſiarum Hiſtoriæ (*) particulares extant, & quod ſpectat ad ceteras nomina Epiſcoporum diverſis temporibus in Conciliis, in Hiſtoria univerſali, in Actis authenticis occurrunt. Ita demonſtratur Traditio; in omnibus enim civitatibus, in quibus Epiſcopum ſediſſe legimus, exploratum eſt, ibi etiam Eccleſiam, Clericos, Religionis exercitium, ſcholam Chriſtianam fuiſſe, & jure merito præſumitur, quod ibidem eadem Doctrina ac in aliis Eccleſiis Catholicis tradita fuerit, quamdiu illa Eccleſia particularis in ceterarum Communione perſtitiſſe dignoſcitur. (**) Mala Paſtorum vita Traditionis

(*) Quales ſunt Hiſtoria Salisburgenſis R. P. Joſephi Mezger, & Friſingenſis R. P. Caroli Meichelbeck, virorum de Re Hiſtorica Eccleſiaſtica præclare meritorum.

(**) Producant Proteſtantes ſeriem Paſtorum & Doctorum ſuorum, extra Communionem Eccleſiæ Romanæ exiſtentium & aliud docentium ante Lutheri tempora, ſi fidem facere velint, eorum Eccleſiam alicubi terrarum fuiſſe. Nam ubi nulli Paſtores & nulli Doctores, etiam nulla Eccleſia eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionis filum non abrupit. Fuerit Episcopus licet Simoniacus, avarus, libidinosus, rerum Ecclesiasticarum rudis, dummodo Hæreticus non fuerit aut Schismaticus, sine dubio Fides & Disciplinæ Regulæ in ejus Ecclesiæ corpore conservatæ fuerint, quamvis malum Pastoris exemplum quibusdam privatis nocere potuerit.

Hæc rerum facies præcipue Romæ fuit. Judicio Dei inscrutabili, in Sæculo decimo primam Sedem Pontifices tum natalium infamia, tum propriis flagitiis fœdati tenuerunt. Non autem permisit Cœlum, errorem contra sanam Doctrinam pugnantem irrepere, aut Sedentium iniquitate S. Sedis auctoritatem minui. Præterea infaustis aliunde his temporibus nullum natum est Schisma, populique omnes Orientis, Occidentis ac provinciarum in Septentrione remotissimarum Pontifices, si vitia eorum spectentur, contemptu dignos, tanquam totius Ecclesiæ Capita reveriti sunt. Archiepiscopi Pallium ab iis petebant. Eorum sicut prius Antecessorum

rum voluntas & Dispensatio requirebatur, si transferendi ab una Sede ad aliam essent Episcopi, si novæ Ecclesiæ erigendæ, si concedenda privilegia. Sub Pontificibus summo fastigio indignis Roma nihilominus unitatis Catholicæ centrum permansit.

§. XX.

Concilia. Per quinque illa, quorum Acta repetimus, Sæcula Concilia pro more Ecclesiæ, & quidem tria Universalia, sextum, septimum & octavum celebrata. Ad Concilia quidem Provincialia habenda tam crebro, ac in prioribus sex Sæculis Episcopi non congregabantur, præsertim in Occidente, ubi inter Barbarorum continuos incursus, bella tum Regum, tum Optimatum civilia leges Canonicæ silere cogebantur. Sed saltem memoria Episcoporum non exciderat, ea celebranda esse, si liceret, atque illud Decretum Concilii Niceni quo statuebatur, ut Synodi bis in anno convocarentur, sæpe renovabatur. Ipsi Pontifices exemplo præibant, & unum Concilium in Quadragesima, alterum Mense

Menſe Novembri, quod ſub Leone IX. Alexandro II. & Gregorio VII. factum diſpicimus, celebrabant. Quin Gregorius, ut ut Jurium ſuorum eſſet tenaciſſimus, ſine Concilio nihil moliebatur.

Notavi impedimenta ſæpe in Conciliis Nationalibus, ſive in Hiſpania ſub Regibus Gothorum, ſive in Francia ſub ſecunda Regum noſtrorum ſtirpe occurrentia; ſed tamen non omnis deerat utilitas. Saltem conveniebant Epiſcopi, de officiis Boni Paſtoris conferebant conſilia, alter alterum docebat, negotia Eccleſiaſtica ad examen vocabantur, ipſorum Epiſcoporum cauſæ diſcutiebantur, & judicabantur. Horum judiciorum Regulæ erant S. Scriptura & Canones, qui de ſingulis quæſtionibus, antequam Epiſcopi ſuam quisque ſententiam dicerent, prælegebantur. Hujus rei exempla vidiſti, Lector, innumera.

§. XXI.

Scholæ & Succeſſio Doctorum.

Quamvis vero admodum parvum illa ætas haberet virorum doctorum nume-

numerum, & perfectio in literarum studiis desideraretur, illud tamen erat laudabile, quod Clerici optimæ & necessariæ scientiæ operam darent. Nempe Religionis Dogmata in Scriptura & Patribus, Disciplinam in collectionibus Canonum quærebant. Aberat vana sciendi cupido & novas res inveniendi pruritus, sed maximi faciebant veteres Doctores, hos solos legebant, hos describebant, compilabant, & in compendia cogebant. Quod in Scriptis Bedæ, Rabani aliorumque mediæ ætatis Theologorum deprehendimus, qui Excerpta e Patribus sex primorum sæculorum conscripserunt. Nec ullus alius modus ad conservandam genuinam Traditionem aptior erat.

Ceterum methodus antiqua docendi ut in principiis adhuc servabatur. Scholæ in Ecclesiis Cathedralibus, aut in Monasteriis erant; docebat vero ipse Episcopus, vel ipso mandante aliquis Clericus Monachusve doctrina eximius, & Discipuli Scientiam Ecclesiasticam discentes simul

ſub oculis ſui Epiſcopi ad bonos mores & Miniſterii ſui officia rite peragenda informabantur. Scholæ præcipuæ plerumque in Eccleſiis Metropoliticis florebant; ſæpe tamen etiam excellentiores Magiſtri in Eccleſiis Suffraganeis reperiebantur, tuncque ad eos audiendos illuc divertere licitum erat.

Mihi vero operæ pretium videtur, ad demonſtrandam Traditionem, adnotare, quomodo Literarum ſtudia ſenſim ex una Regione ad aliam pervenerint, & quænam Scholæ in Occidente diverſis ſæculis celebratiſſimæ fuerint. Usque ad S. Gregorii tempora Scholam nullam Romana illuſtriorem extitiſſe invenio, quæ vero eodem Sæculo defecit, ut ex ſincera confeſſione Agathonis Papæ cognovimus. Inter hæc S. Auguſtinus Monachus ceterique ejus Socii, a S. Gregorio ad Fidem Chriſti in Angliam invehendam miſſi, in eo Regno Scholam condiderunt, in qua ſervata ſunt Studia ſcientiarum, dum in reliquis Europæ partibus, in Italia Longobar-

gobardorum irruptionibus, in Hiſpania Saracenorum tyrannide, in Francia bellis civilibus turbantur. Ex ſchola hac Anglicana prodiit S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus, Scholæ Moguntinæ & Abbatiæ Fuldenſis, quæ illius Eccleſiæ Seminarium erat, Fundator. Anglia item Franciæ dedit eruditiſſimum Alcuinum, in Schola ſua Turonenſi clariſſimorum Diſcipulorum, quorum nomina, Scripta, & ſucceſſionem in Hiſtoria mea notavi, Magiſtrum celeberrimum. Inde nata eſt Schola in Palatio Caroli Magni, adhucdum ſub Carolo Calvo florentiſſima, item Schola S. Germani Pariſiis, S. Germani Antiſſiodorenſis, Schola Corbejenſis, Remenſis ſub Hincmaro ejusque Succeſſoribus, & eodem tempore Lugdunenſis. Tum Normannis omnes provincias Franciæ maritimas devaſtantibus Literæ aſylum invenerunt in Eccleſiis Monaſteriisque remotiſſimis ad Moſam, Rhenum, Danubium, & ultra poſitis, in Saxonia & in Germaniæ ſinu, ubi regnantibus Ottonibus florebant. In

Hiſt. lib. XLV. §. 18. Hiſt. l. LII. §. 44.

Francia Schola Remenſis adhuc ſtabat, quod ex Frodoardi & Gerberti fama probatur; meque ſuo loco hujus Scholæ ordinem & ſucceſſionem usque ad Univerſitatis Pariſienſis exordia relaturum ſpero.

§. XXII.

Pleræque Scholæ in Monaſteriis viſebantur, ipſisque Eccleſiis Cathedralibus Monachi in non nullis Provinciis, ut in Anglia & Germania, ſerviebant. Vita Canonicorum, quorum Inſtituto in medio Sæculi octavi Regula S. Chrodegangi initium dedit, a Monaſtica haud ſane multum abhorrebat, eorumque domus monaſteria dicebantur. Porro Monaſteria, ut ego quidem exiſtimo, non poſtremum locum merentur inter præcipua ſubſidia, quibus Cœleſte Numen ad Religionem conſervandam calamitoſiſſimis Eccleſiæ temporibus uſum eſt. In iis tanquam in Aſylo Doctrina & Pietas reſidebant, dum ignorantia, vitium, barbaries toti pæne mundo dominabantur. Antiqua Traditio tam in Divinis officiis, quam

Monaſteria.

Hiſt. lib. XLIII. §. 37.

in

in praxi Christianarum Virtutum, quarum exempla præsentia juniores in senioribus conspiciebant, servabatur. Libri ibidem complurimum Sæculorum custodiebantur, & nova describebantur exemplaria. Hic enim Monachorum inprimis labor fuit, & demptis Monasteriorum Bibliothecis, pauci nobis profecto libri supereſſent.

Lector prudens caute se ipsum muniat contra Protestantium præjudicium, & quorumdam effrenam licentiam Catholicorum, in homines Monasticæ Professionis debachantium. His enim monachi solum nomen causa abundans videtur hominem despiciendi & optimas, quibus præditus est, dotes contemnendi. Sicut olim apud Paganos Christiani Nomen virtutibus ejus omne meritum detrahebat, ajebantque: vir est alias honestus & bonus, dolendum! quod sit Christianus, ita hodie etiam non nulli ideam universalem Monachi sibi fingunt tanquam hominis ignorantis, creduli, superstitiosi, avari, hypocritæ & pro falso suo præjudicio de ma-

ximis viris judicant, vitas eorum & Scripta legere dedignantur, actiones & facta præstantissima maligne interpretantur. Audias dicentem: S. Gregorius, fuit magnus Papa, dummodo non fuisset monachus. Viri illi primi, quos misit, Anglis Fidem prædicaturos, homines erant Apostolici; sed utinam non fuissent monachi! Tu vero, Lector, postquam in nostra historia Monachorum vitam & doctrinam inspexisti, non ex aliena, sed ex tua mente judica, quid tibi de iis sentiendum sit, memor illorum, quæ de S. Antonio, aliisque monachis Ægypti incolis retuli. Memineris quoque SS. Basilium & Joannem Chrysostomum * vitam Monasticam & laudasse & professos fuisse. Tum denique ex te ipso quære, an tanti viri fide digni non sint?

*De S. Joanne id Scriptores non perhibent.

Haud ignoro, omni tempore fuisse malos monachos, sicut malos Christianos. Sed defectus humanæ naturæ hic est, non professionis monasticæ. Deus vero subinde ad reparandum Institutum monasticum maxi-

mos

mos viros misit, quales fuere in Sæculo IX. S. Benedictus Anianensis, & in decimo primi Abbates Cluniacenses. Nam ex ista Sancta Congregatione clarissima Ecclesiæ lumina per annos ducentos emicarunt. Ibi pietas, ibi scientiæ sedem fixerant. Si autem eum in scientiis gradum non sunt adepti, quem viri docti ante annos quingentos tenuerant, si in bonis hisce monachis non latini sermonis nitor, non ea dicendi vis & eloquentia reperitur, qua Cypriani, qua Hieronymi pollebant, si in iisdem subtilissima S. Augustini Dialectica requiritur, nemo dicat ea omnia ideo deesse, quia hi Scriptores professione monachi fuerunt, sed quia in Sæculo decimo omnium obscurissimo vixerunt. Aut nomina, si potes, viros illa ætate monachis doctiores. Fateor tamen monachos horum, de quibus nobis sermo est, sæculorum etiam perfectissimos tantam virtutem, quanta primi monachi in Ægypto & Palæstina claruerunt, non esse assecutos; cujus defectus causam reor esse duplicem, divi-

tias & literarum ſtudia. Primi monachi non ſolum ſinguli erant pauperes, ſed etiam tota Congregatio opibus carebat. Non ſedem ſibi deligebant in regionibus ſilveſtribus, quæ excoli poterant, ſed in deſertis arenoſis, ubi ſuis manibus tuguria exigua extruebant, & de labore ſuo alebantur; nempe mattas, & caniſtros contexebant, quos venales ad proxima oppida deferebant. Ea in memoriam revoca, Lector, quæ ſuo loco ex Caſſiano aliisque retuli. Ita monachi, nemini obnoxii, neminis gratiam ambientes tam divitias, quam mendicitatem ſua ſolertia effugiebant.

Hiſt. t. XX. §. 8.

Monachi noſtri Cluniacenſes, ſinguli pauperes, omnes divites dici potuerunt; quippe, more omnium monachorum a pluribus jam ſæculis invecto, non ſolum agrorum & pecorum, ſed etiam Vaſallorum & ſervorum Domini erant. Verumtamen Bonum totius Congregationis curandi prætextus ſubtiliſſima illuſio eſt, qua amor proprius monachos decipit. Si S. Odo & S. Majolus partem

tem ingentium Bonorum, quæ ipsis offerebantur, accipere recusassent, clarius utiliusque monasticæ paupertis exemplum toti Ecclesiæ dedissent, eorumque Successores diutius Disciplinam Regularem conservassent. S. Nilus Calaber præ omnibus probe intellexisse mihi videtur, quantum interfit monachorum, pauperes esse. Nemo enim inficiabitur, magnos reditus plurimas curas parere & jurgia cum vicinis secum trahere. Hinc solicitanda est monachis Judicum Benevolentia, quærendum magnorum Principum præsidium, sæpe etiam usque ad adulationem obsequendum. Præpositi & æconomi, qui totius Congregationis nomine negotia tractanda suscipiunt, plus quam alii Patresfamilias onerantur, & causæ monasterii saltem graviores ad Capitulum referendæ sunt. Ita multi monachi in sæculi curas & tumultus, quos abjecerant, iterum revolvuntur, præsertim Præpositi, quos omnium maxime de interioribus & spiritualibus solicitos esse oporteret. *Hist. lib. LVII.*

Præterea qui dives est, ad superfluos sumtus faciendos tentatur. Ædificanda est magnifici operis Ecclesia, eadem decoranda est, & pretiosa supellectile instruenda; id ad majorem Dei honorem cedere putatur. Construendæ sunt Fratribus ædes & cellæ, nihil negligendum quod magis commodum videtur, ut exactius Regula servetur, porticus sint ampli & solidis innixi fundamentis, ut Congregatio magna in perpetuum habitare possit. Verumtamen in tanta rerum abundantia humilitati Monasticæ locus esse vix potest. Ita natura comparati sumus, ut si magna sint, quæ nos circumstant, superbe de nobis ipsis sentimus. Et juveni monacho, si subito se in domum magnificam translatum videat, immensarum opum participem se sciat, & multos homines infra se positos despiciat, utique animus suggerit, majorem se nunc esse, quam cum in sæculo privatus, & forte humili loco natus, degeret. Quando cogitationibus meis obversatur Abbas Desiderius, per annos quinque Eccle-

Chr. Cass. lib. III. c. 28. 29.

siam

siam montis Cassini sumtuose ædificans, ad eandem ornandam columnas marmoreas Roma advehi curans, & Artifices Constantinopoli advocans, atque adversa ex parte S. Pacomius sub cellulis arundinaceis ferventissime orans, & monachos suos ad conservandam internam quietem instituens, posterior ad professionis monasticæ finem rectius tendere, & Deus ab ipso melius honorari mihi videtur.

Literarum studia quoque magnam diversitatem inter antiquosMonachos, & recentiores invexerunt. Veteres ad doctrinam Moralem Christianam addiscendam continua Scripturæ meditatione & omnium virtutum exercitio unice incumbebant. Ceterum simplices laici erant, & multi literas nesciebant. Sed Monachi nostri in Occidente jam sæculo septimo plerique Clericis erant adscripti & ex consequenti literati. Ignorantia vero Laicorum monachos ad comparandum sibi omne Scientiarum genus compulit. Namque cum primi Abbates Cluniacenses sua ætate sapientia omnes

omnes ſuperarent, eorum opera Epiſcopi, Pontifices, quin & Principes ſæculares utebantur. Omnis conditionis homines eorum expetebant conſilium, unde, ubi difficillimæ Eccleſiæ aut Reipublicæ cauſæ erant pertractandæ, in curarum partem inviti trahebantur. Ita Monachorum Ordo extollebatur, augebantur divitiæ, multiplicabantur monaſteria, ſed damnum patiebatur regularis Diſciplina, & Abbates extra Monaſterium occupati eo fervore, quo SS. Antonius & Pacomius de nulla alia re ſoliciti, & ſolitudinem ſuam nunquam relinquentes, ad interiorem ſuorum profectum intendere nequibant.

Conſuet. Clun. lib. I. c. 2. 3. 30.

Præterea ſcientiarum ſtudium laborem manuum ſuſtulit, cui nullum amplius tempus deſignabatur, præſertim poſtquam monachi Officio diei Officium Beatæ Virginis, & Defunctorum, magnumque inſuper Pſalmorum numerum addiderunt. Verum labor manuum melius quam literæ humilitatis virtutem fovent, & ſi detrahatur major pars ſeptem horarum,

rum, quas Regula labori manuum deſtinat, ea proprie obſervari amplius dici non poteſt. Eſt novum & forte bonum, ſed non S. Benedicti inſtitutum. *Reg. c. 48. Hiſt. lib. XXXI. §. 15.*

§. XXIII.

Illud quoque Monaſteriorum laudibus accedit, quod in iis Cæremoniæ majore ſolicitudine fuerint ſervatæ; ſunt enim ſubſidium non leve, quo Deus veram Religionem per omnia tempora propagari & cuſtodiri voluit, quia, ut nos S. Scriptura docet, ſenſibilia Fidei teſtimonia ſunt. Feſtorum Natalis Domini & Reſurrectionis Solemnitas in perpetuum homines, etiam rudiſſimos, admonebunt, JEſum Chriſtum pro Salute noſtra natum, mortuum, & a mortuis reſurrexiſſe. Dum Chriſtiani in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti baptizabunt, Fidem Trinitatis confitebuntur, dumque Miſſa celebrabitur, publicum teſtimonium pro veritate Evchariſtiæ dabitur. Quoties formulas orandi adhibemus, toties fidem in materia de Gratia profitemur, quod S. Auguſtinus luculenter Cæremoniæ. *Deut. 6. 20.*

ter demonſtravit. Pſalmodia & Lectiones, quibus officium Eccleſiaſticum conſtat, Clericos compellit ad Sacras Scripturas conſervandas, & ad linguam diſcendam, in qua publice recitantur, ex quo illa vulgaris eſſe deſiit. Nihilque magis exploratum, quam nos ſoli Religioni in acceptis referre, quod linguarum exoletarum & mortuarum ſcientiam retinuerimus. Hujus rei teſtis eſt Africa, ubi hodie latina lingua omnino ignoratur, quamvis S. Auguſtini ætate in illis provinciis hoc idiomate Afri perinde ac Itali uterentur. Igitur Divinæ Providentiæ beneficium eſt, quod Religionis Reverentia effecerit, ne veteres Linguas abjiceremus, ſine quibus primævos S. Scripturæ codices & antiquorum Scriptorum libros amiſiſſemus, neſciremusque, an fidæ ſatis ſint Verſiones, quæ ad nos pervenerunt.

Præterea ſervando Ritus & Cæremonias cavetur, ne res novæ irrepant; contra has enim publice reclamant, ſaltem Præſcriptionem impediunt, nosque immemores eſſe non ſinunt,

nunt, quam eximii Cultores Religionis veteres Chriſtiani fuerint. Ita tempore Septuageſimæ monemur, bonis operibus appropinquanti Quadrageſimæ præludere. Impoſitio cinerum nobis illius pœnitentiæ figuram referunt, quam veteres ſubibant. Ex totius Quadrageſimæ officiis Divinis diſcimus, quanta cura catechumeni ad Baptiſmum, & pœnitentes ad recipiendam Abſolutionem fuerint præparati. Conſuetudo hodierna maturius recitandi Veſperas nobis exprobrat, quod non amplius cum antiquis Chriſtianis usque ad ſolis occaſum jejunemus. Tandem in officio Sabbati Sancti veſtigia videmus, olim tota nocte Reſurrectionis Domini piiſſime fuiſſe vigilatum. Si hujusmodi Ritus aboliti fuiſſent, ignoraremus veterum Chriſtianorum fervorem, qui nos ſalutari pudore confundit. Nec eſt deſperandum, forte Eccleſiam, feliciore ævo ſuccedente, ſanctiſſimos Ritus poſtliminio aliquando reducturam.

Primi Auctores, qui de Cæremoniis veræ Religionis Tractatus ſcripſerunt,

pserunt, in illis sæculis, de quibus dissero, vivebant, cunctique testatum faciunt, eas esse in Ecclesia antiquissimas, & si ipsorum ætate quidquam novi fuit introductum, id diligenter notant. Cæremoniis sensus Mysticos tribuunt, quos examini subjicere cuilibet licet; sed saltem illud extra dubium ponitur, has Cæremonias, quarum rationem nobis reddunt, ipsorum tempore in Ecclesia viguisse. In eo istorum librorum máxima, ut arbitror, utilitas posita est. Ceterum, amice Lector, in primis sex sæculis Cæremoniarum nostrarum saltem præcipuarum rationem & causas a me adnotatas observaveris.

§. XXIV.

Hist. lib. XXXVI. §. 1. 40.

Tandem mediæ ætatis Sæcula suos habuerunt Apostolos, & quidem Monachos, qui novas Ecclesias in Partibus Infidelium fundarunt, suoque rigarunt sanguine. Primo loco ponendos censeo S. Augustinum in Anglia, ejusque Socios a S. Gregorio missos, qui licet vita privati non fuerint, Martyrii tamen meritum adepti sunt, cum

singulari fortitudinis exemplo se se in medio nationis Barbaræ mortis periculo commiserunt. Haud facile quidquam legeris, quod ad confirmandam fidem conducat magis, quam hujus Ecclesiæ nascentis historiam, a Beda literis traditam, in qua tam virtutum actus, quam miracula primis sæculis digna conspicimus. Nempe in quolibet sæculo aliquot primitivæ * Ecclesiæ numerantur. At Ecclesia Angliæ Ecclesiæ Septentrionalis fœcunda Mater extitit; nam Anglo-Saxones, postquam Christianam Religionem edocti fuissent, fratrum suorum Saxonum, quos in Germania Idololatriæ tenebris immersos reliquerant, pie miserti, Lucem Evangelicam vastissimis illis regionibus inferre generoso molimine aggressi sunt. Inde S. Willebrordus in Frisiam & S. Bonifacius in Germaniam missi.

* id est nascentes.

Obstupescendi sane locus est, quod per annos septingentos tot S. Episcopi, Colonienses, Trevirenses, Moguntini aliarumque in Galliis urbium Germaniæ vicinarum, nullum conatum adhibuerint ad convertendos populos

ultra Rhenum positos. Credere debemus, quod obstacula viderint insuperabilia, sive quod illi populi alia lingua uterentur, sive quod toti genti indita ferocitas a mansuetudine Christiana esset alieniſſima, quod alibi ostendere non omisi. Ne vero Dei consilia discutere videar, id saltem exploratum, sapientissimum Deum his nationibus Germanicis non prius, quam circa medium Sæculi octavi manifestari voluisse, iisque longe majorem gratiam prædestinasse, quam Indis aut aliis Gentibus, quas huc usque in Idololatria reliquit. Porro adjuncta notatu digna in istarum Ecclesiarum exordiis invenio. Primo, quod in his vineis operaturi Episcopi semper missionem a Papa petierint, quamvis in primis sæculis quilibet Episcopus se præditum jure Infidelibus haud longe ab Ecclesia sua positis fidem prædicandi existimaverit. Dicendum vero, missionem Papæ tunc temporis ad tollenda varia impedimenta fuisse necessariam; legimus enim S. Bonifacio adversus Presbyteros acephalos & insolentes, in Ger-

Mœurs Chret. §. 57.

Hist. lib. XLI. §. 46. 47. 48.

mania

mania dispersos, nullius Episcopi auctoritatem agnoscentes, Sacrum bellum fuisse suscipiendum. Secundo adverto, hunc S. Martyrem Principum Sæcularium Caroli Martelli & Pipini præsidium sibi parasse, ne Ecclesia nascens in ipsis cunis suffocaretur. Sequentibus deinde Sæculis video hujusmodi Missiones semper Principum Tutelam inveniisse, nempe prædicationem Fidei in Germania Caroli Magni, Missionem S. Anscharii in Dania, & Suecia Ludoci Pii, illorumque Regum, qui in illis Regionibus rerum potiebantur, quod etiam de aliis observandum. Necessaria autem sine dubio erant hujusmodi auxilia nationibus efferis JEsum Christum, id est, *Gentibus stultitiam*, prædicantibus. Verumtamen primis Sæculis conversio Gentium sola persuasione & nullo Principum favore nixa magis solido fundamento insistebat. Ceterum cum apud omnes certum esset & constans, nullam Ecclesiam sine Episcopo stare posse, Papa Dignitatem Episcopalem nunquam non illi conferebat, qui alicujus Missionis Princeps erat, eumque

Hist. lib. XLVII. §. 7. 31.

vel ipſe conſecrabat, vel ab aliis ordinari concedebat. Eum vero Epiſcopum totius nationis creabat, videlicet vel Saxonum, vel Sclavorum, atque in ipſius erat arbitrio, ubicunque Sedem fixam ſibi eligere vellet. Necdum enim Titulus Epiſcopi in *Partibus* excogitatus fuerat. Eidem Summus Pontifex Pallium dabat, Titulumque & poteſtatem Epiſcopi Metropolitani, ut ſi numerus Fidelium creviſſet, ipſe ſibi Epiſcopos Suffraganeos conſecraret, qui deinde Metropolitano defuncto Succeſſorem, quin Romam recurrendum eſſet, eligerent. Cujus rei exempla, Lector, in noſtra Hiſtoria vidiſti.

Hiſt. lib. XXXVI. §. 37. lib. XLI. §. 36. l. XLII. §. 52. l. LVI. §. 2. 17.

Ut vero novellæ Eccleſiæ ſtabilirentur, in principiis condebantur Monaſteria, qualia fuere Fuldenſe prope Moguntiam, Corbejenſe in Saxonia, & Magdeburgenſe, quod deinde Eccleſia Metropolitica evaſit. Hæc erant utiliſſima Seminaria, in quibus pueri illarum regionum indigenæ educabantur, literis & doctrina Fidei imbuebantur, ad omnem virtutem informabantur, aptique ad munera Eccleſiaſtica

siastica obeunda efficiebantur. Igitur Ecclesiæ recens plantatæ breve post temporis spatium sine alieno subsidio crescere poterant. Præterea Monachi, quis credat? labore manuum toti Reipublicæ Germaniæ haud parum profuerunt, nam vastissimas silvas in ingentia terrarum spatia extensas excoluerunt, atque cum ipsorum industria in campos antea inanes fertilitas inveheretur, auctus est numerus servorum & vasallorum. Ita Monasteriis magnæ urbes (*) suam originem hodie in acceptis referunt, & eorum ditiones in non modicas provincias excreverunt.

At illud negari non potest, curam rerum temporalium in illis Ecclesiis nascentibus profectui Spirituali nocuisse. Nam intempestivus ardor fuit eas exactis rigide Decimis locupletandi. Non te fugit, Lector, Thuringos ob hanc causam seditionem movisse in Archiepiscopum Moguntinum, Polonos

(*) Duæ magnæ in Germania urbes, Monasterium in Westphalia & Monachium in Bavaria, a Monachis nomen quoque retinent.

in Apoſtolos ſuos, & Danos in Regem ſuum Sanctum Canutum, in illo tumultu Martyrium paſſum. Parcendum fuiſſet, meo quidem judicio, Neophytis necdum in fide confirmatis, & omnino cavendum, ne invidioſum ipſis fieret Religionis onus. Illud quoque multum miror, eis Eccleſiam licentiam in precibus & lectionibus publicis vernacula ſua utendi non indulſiſſe, quod inprimis Sæculis permitti ſolebat. Vidiſti enim, Lector, omnium provinciarum uſum fuiſſe, ut populi in Officiis Eccleſiæ illam linguam adhiberent, quæ ipſis erat vulgaris, videlicet, Latinam in toto Occidente, Græcam in toto Oriente, exceptis regionibus remotiſſimis, qualis erat Thebais, in qua Ægyptiace, & Syria ſuperior, in qua Syriace loquebantur. Namque ipſi Epiſcopi Græci idiomatis ignari erant, quod notavimus in Concilio Calcedonenſi & Judicio contra Ibam inſtituto, Item in Reſponſis Abbatis Barſumæ, qui ſolam Syriacam callebat. Videantur etiam Nomina ſubſcripta in Concilio Conſtantinopoli ſub Menna celebrato. Ar-

v. Mœurs Chr. c. 39.

Act. 10. pag. 637. 668. Hiſt. lib. XXVII. &c. Hiſt lib. XXXVIII.

tom 5. Conc p. 91.

meni

meni nullo non tempore Officium Divinum lingua vernacula recitarunt. Ubi plures nationes mixtæ habitabant, in Ecclesiis aderant Interpretes, qui Lectiones explicabant. S. Procopius Martyr, ut refert Eusebius, hoc munere Scythopoli in Palæstina fungebatur. In eadem Regione, exeunte Sæculo quinto, S. Sabas & S. Theodosius in suis Monasteriis complures habebant Ecclesias, in quibus diversarum nationum monachi diversa lingua officium Canonicum recitabant.

Eus. de Mart. Hist. lib. XXX. §. 24.
de Divin. Off. c. 7.
Hist. lib. XLVIII. §. 42.
Hist. lib. XVII. §. 36.

Quod spectat ad Nationes Germanicas Walafridus Strabo, Scriptor Sæculi IX. testatum facit, Gothos in principiis conversionis suæ Libros Sacros in linguam Teutonicam transtulisse, cujus versionis non nulla exemplaria ipsius ætate adhuc extassent. Nulla alia versio fuerit, quam Ulfilæ, cujus etiamnum Evangelia habentur. Addit Walafridus apud Scythas Tomitanos Divina Officia in lingua vulgari fuisse celebrata. Ex quo Gothi, Franci ceterique Germanorum populi in provincias Romanas irruperunt, tanto numero non erant, cum veteri-

bus colonis comparati, ut relicto more antiquo Sacra in eorum lingua celebrari opus esset, postquam vero Fidei veræ lux in ipsorum patriam, ubi unica ferme audiebatur, illata est, omnia, quæ sive ad Neophytos instruendos, sive ad confirmandam eorum Religionem facere poterant, eis concedenda fuisse videntur.

Nihilominus absit ut credam, S. Augustino in Anglia, & S. Bonifacio Moguntino vel prudentiam, vel charitatem defuisse, qui illis gentibus propiores omnia pensabant, & forte timebant, ne a reliquis populis Christianis nimium dividerentur, nisi opera linguæ Latinæ cum eis & præcipue cum Ecclesia Romana, unitatis Ecclesiasticæ centro, conjungerentur. Forte devitare cupiebant difficultatem ex uno idiomate in aliud vertendi, non solum Sacram Scripturam, in qua explicanda quilibet error periculosus est, sed etiam alios Libros, ad informandos Fideles necessarios. Jam quidem Sæculo septimo in Anglia & octavo in Germania aliquas Evangelii versiones videmus; sed illæ potius

Conc. Rem. an. 15. Tur. c. 17. tom. 7. Conc.

in

in solatium privatorum, quam in usum publicum Ecclesiæ scriptæ erant. Illud etiam notavi, in Conciliis Turonensi & Remensi anno octingentesimo decimo tertio celebratis præcipi, ut quilibet Episcopus ad instruendum gregem suum Homilias paratas habeat, quæ ab omnibus intelligi possint. Linguæ Sclavonicæ major favor obtigit; nam S. Cyrillus & S. Methodius, Sclavorum Apostoli, eis S. Scripturam & Liturgiam in linguam eorum translatam tradiderunt. Quamvis vero Joanni VIII. Papæ hæc res displicuerit, auditis tamen argumentis postea acquievit, & postquam Gregorius VII. id ipsum iterum prohibuit, nihilominus in quibusdam locis Fideles a more suo abire noluerunt. Ceterum nullatenus moveor aliquorum recentiorum argumento, dicentium, majorem populorum venerationem rebus Sacris conciliari, si lingua non vulgari peragantur; Nam Reverentia cœca falsæ, fabulis & superstitionibus superstructæ, non autem veræ Religioni exhibenda est, & veram fidem eo magis nationes omnes amplectentur,

Hist. lib. XLVI. §. 6. Hist. l. LIII. §. 6. 26.

ctentur, quo magis ab omnibus cognita fuerit. Econtra ex eo tempore, quo populus adſuevit ea ignorare, quæ in Eccleſia recitantur, ne quidem ea ſcire cupit; quin etiam putat, nihil ſibi profuturum, ſi hæc diſceret. Viris autem alias rudibus, bono tamen ingenio a natura præditis, ſuſpectum fit, quod ipſis tanta ſolertia celatur.

§. XXV.

Horum quinque Sæculorum Apologia.

Quæ cum ita ſint, ſequitur, ut ego quidem exiſtimo, illa Eccleſiæ Sæcula, quæ obſcuriſſima & infeliciſſima a plerisque jactantur, non usque adeo fuiſſe miſera, quantum creduntur, nec penitus ſcientia & virtute deſtituta, ſi modo Religionem ibi quæramus, ubi diverſis temporibus fuit, & animo non cadamus, etiamſi vitium & ignorantiam in ſummas Cathedras irrepſiſſe conſpiciamus.

Sæculo VII. & VIII. Religione in Francia & in Italia damna patiente, in Anglia incrementa capit. In Sæculo IX. in Francia revireſcit, Sæculo X. in Germania. Dum Eccleſia ſub jugo Muſulmannorum in Oriente, in Africa, in Hiſpania miſe-

re

re premitur, econtra in Saxonia, in Dania, in Suecia, in Hungaria, in Polonia mire propagatur. Primorum sæculorum prodigia redeunt, hi populi suos Doctores, suos Martyres habent; atque etiam in afflictis Hispaniæ & Orientis Ecclesiis multi Gloriam Martyrii consequuntur. Restat igitur, ut admiremur Sapientiam Dei, cujus voluntati omnia serviunt, & qui mala maxima in emolumentum suæ Ecclesiæ convertit. Incurrunt feroces Barbari, magna Imperia evertuntur, totus orbis terrarum perturbatur; at Ecclesia supra Petram solide fundata semper firma consistit, semper visibilis, (*) sicut Civitas supra montem posita, Pastorum successio nunquam interrupta, nunquam Doctores, nunquam Virgines, nunquam voluntarie Pauperes, nunquam Sancti, virtute clarissimi, defuerunt.

Non

(*) Hæc nemo Protestantium cum Domino Mosheim negaret, nisi crassissimæ præjudiciorum ab unguiculis hausторum nebulæ obstarent, quo minus Ecclesiæ Romano-Catholicæ fulgorem etiam in sæculis obscuris videat.

Non me fugit, quid famam Sæculorum, de quibus verba feci, adeo denigraverit, nempe præjudicium quorumdam literarum humaniorum Cultorum, Laurentii *Valle*, Platinæ, Angeli Politiani. Quippe isti, multorum opinione, viri docti, cum plus eruditionis, quam Religionis & sanæ rationis haberent, in solo cortice morabantur, & Scriptores quoscunque, si solos veteres Romanos Græcosque excipias, fastidiebant; unde Scripta mediæ ætatis spernebant, &, tersa Latinitate veterumque elegantia amissa, simul omnia perdita esse credebant. Falsam hujus rei ideam Protestantes quoque susceperunt, qui reparationem studii literarii Reformationis suæ principium arbitrabantur. Fingebant sibi, ruinam & desolationem Ecclesiæ esse effectum ignorantiæ, Antichristum & Mysterium iniquitatis, faventibus tenebris, successisse. Ego quidem in hoc sermone de statu Sæculorum istorum obscurorum nihil dissimulavi, causas & effectus ignorantiæ bona fide aperui; num tu autem, Lector, quidquam deprehendere potuisti, quod Reli-

Hist. de Teze.

Religionis ſubſtantiam deſtruxerit? an Lectio & ſtudium S. Scripturæ, & antiquorum Doctorum unquam ceſſavit? an non Fideles continuo Trinitatem, Incarnationem, Gratiæ neceſſitatem, animæ immortalitatem, & vitam futuram crediderunt, docueruntque? an non omni tempore Sacrificium Evchariſtiæ oblatum, & omnia Sacramenta Chriſtianis collata? cui aliquando doctrinam Evangelio adverſam docere impune licuit? At privatorum vitia, & abuſus, nunquam non damnati, veram Eccleſiam tollere neutiquam potuerunt.

Denique, parum intereſt, quomodo loquamur, ſcribamusve, dummodo in vera fide bene vivamus. Deus ſolum cor reſpicit, & hominis mores, politi autem aut ruſtici ſermonis nullam rationem habet, quia in JEſu Chriſto *Col.* 3. 11. non eſt Græcus aut Barbarus, nec Scytha, nec liber, nec ſervus. Attende, quomodo Viri, qui coram Domino gratiam invenerunt, in S. Scriptura laudentur. Noe fuit vir juſtus, *Gen.* 6, 8. 9. Job vir ſimplex & rectus, Moyſes virorum manſuetiſſimus. *Job.* 1. Nunquid in nullo

Num. 12, 3. nullo virorum iſtorum elegans ingenium laudari potuiſſet? Econtra irriſores S. Scriptura ſexcentis in locis vituperat & deteſtatur, etiamſi iſtud hominum genus Scriptionis elegantiam maxime amet, & politis moribus nitere ſoleat. (*) Verumenimvero quis non malit negotium ſibi eſſe cum ſolidæ virtutis viro, quoad ſpeciem externam crudo, quam cum lepidiſſimo, ſed cui fidere tuto non licet? Veniam damus pueris, ſi eo, quod foris ſplendet, decipiantur, at vir ſanæ rationis virtutem ſub quacunque ſpecie cognitam amat. Ergo huc usque, ut vidiſti, Lector, JEſus Chriſtus, non obſtante naturæ humanæ fragilitate, & ringente orco, Eccleſiam ſuam ſervans, quod promiſit, implevit.

(*) Hem! excellentiſſimam quibusdam Proteſtantibus doctrinam Fleur. tradit.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LX.

S. LEO IX. PAPA.
HENRICUS III. IMP. OC. CONSTANTINUS MONOMACHUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

Epistola Papæ ad Patriarcham Antiochenum.

Leoni IX. Papæ apud Normannos captivo reddita est epistola Petri Neoelecti Patriarchæ Antiocheni, qui se illius Ecclesiæ Episcopum ordinatum fuisse scribebat, Confessionem Fidei mittebat, Sæculum XI. A.C. 1053.

Sæculum XI. A.C. 1053.

tebat, & ejus Communionem expetebat. (*) Hanc epistolam Patriarcha cuidam homini Jerosolymam pie peregrinanti deferendam commiserat, qui eam Argyro Duci Italiæ traderet, Pontifici reddendam. Respondit Papa, Patriarcham laudans, quod Ecclesiæ Romanæ Primatum, ut par esset, reciperet, & eundem exhortans, ut Dignitatem Sedis Antiochenæ, cui inter omnes orbis terrarum Ecclesias locus tertius competeret, strenue tueretur. Id vero scribebat ad retundendam audaciam Patriarchæ Constantinopolitani, qui secundo loco occupato Patriarcham Antiochenum ad quartum detruserat. Electionem Petri, si modo Canonica esset, Papa approbat, & ejus confessionem Fidei, tanquam Catholicam, recipit, tum pro veteri more suam quoque subjungit, in qua non plura quam septem Concilia generalia enumerat, forte ideo quod in Octavo de Fidei doctrina nihil fuerit definitum.

Petr. ep. ad Domin. Cotel. mon. to. 2. p. 133. Leo epist. 5.

§. II.

(*) Hic videmus in Sæculo XI. Patriarcham Antiochenum requirere Ecclesiæ Romanæ Communionem, extra quam nemo Christianus se Orthodoxum probare potest, quia nullam notam habet, qua a Schismaticis & Hæreticis, Doctrinæ suæ veritatem e Sacra Scriptura demonstrare conantibus, distinguatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum XI. A.C. 1053.

§. II.

Epistola ad Michaelem Cerularium.

Sub idem tempus ad manus Humberti, Episcopi Cardinalis Titulo S. Rufinæ, tunc Trani in Apulia commorantem, devenit epistola scripta a Michaele Cerulario Patriarcha Constantinopolitano, & Leone Episcopo Acridano, Bulgariæ Metropolita, ad Joannem Episcopum Tranensem, cujus hoc erat exordium: *Charitas urget nos, ut tibi & per te omnibus Episcopis & Presbyteris Francorum, monachis, populis, ipsique Papæ, scribamus, moneamusque de Azymis & Sabbatis, quæ servantes cum Judæis communicatis.* Tum Michael & Leo probare contendunt, JEsum Christum, postquam antiquum Pascha in Azymis celebrasset, novum instituisse in pane fermentato, quem solum verum panem esse affirmant. Secundo loco Latinis exprobrant, quod Sabbatum in Quadragesima observarent; quia nempe in Sabbato jejunabant, cum Græci nec Die Sabbati, nec Dominica jejunarent. Tertio objiciunt, quod animalia suffocata, & ex consequenti sanguinem comederent. Quarto quod in Quadragesima Alleluja non cantarent. In fine epistolæ Michael & Leo Episcopum Tranensem hortantur, ut aliis hos errores eximat, promittuntque, si id effeciset,

ap. Baro. 1053 & 1054.

Sæculum XI. A.C.1053.

set, missuros se ipsi Tractatum, in quo his majora continerentur.

Cardinalis Humbertus perlectam Epistolam Græce scriptam, Latine reddidit, & ad Pontificem detulit, qui data epistola admodum longa respondit. Exorditur a loco communi de Bono pacis, tumque contra illos, qui eam turbaverant, vehementer declamat. Ad Patriarcham Constantinopolitanum deinde & Episcopum Acridanum oratione conversa, ait: *Dicimini nova præsumptione & incredibili audacia Ecclesiam Latinam non auditam damnasse, præcipue ideo, quod Evcharistiam in Azymis celebret. Ergo post mille ac ferme viginti a Passione Salvatoris nostri annos Ecclesia Romana a vobis discat, quomodo eadem Passio sit recolenda, quasi vero nihil ei prodesset, ab ipso S. Petro fuisse informatam?* JEsus Christus anno vitæ suæ trigesimo tertio mortuus credebatur, unde anni mille & viginti annum post Incarnationem millesimum quinquagesimum tertium indicant.

Leo ep. 1. *c.* 5.

Tum in epistola memorantur Hæreses & errores Græcorum, speciatim Episcoporum Constantinopolitanorum, & affirmatur, nemini Sedem Romanam judicandi potestatem esse. Subjungitur, Constantinum Imperatorem, cum rationi minime consentaneum esse crederet, ut

c. 8. *c.* 10.

ut ille, cui Deus Imperium cœli dediſſet, Sæculum XI. A.C.1053.
Imperio terreno ſubjiceretur, Sancto Silveſtro ejusque Succeſſoribus non ſolum Potentiam & Dignitatem Imperialem, ſed etiam ornamenta & Miniſtros congruos conceſſiſſe. Et poſtea: *Ne vero ſuſpicandi locus vobis remaneat, terrenum Sacræ Sedis Dominatum fabulis ſuperſtrui, non nulla ex privilegio Conſtantini ad veritatem ſtabiliendam & confutandum mendacium afferemus.* Deinde legitur major pars celebratiſſimæ Donationis, quam falſam eſſe hodie omnes periti congnoſcunt, tunc vero nemo vocabat in dubium.

c. 12.

c. 13.

tom. 1. Conc. p. 1530.

Inde Papa Græcis objicit, quod Evnuchos ordinarent, quin etiam ad Epiſcopatum eveherent, *quod*, inquit, *occaſionem præbuit, publice dicendi, aliquando feminam, prò pudor! Sedi Conſtantinopolitanæ fuiſſe impoſitam. Sed tantum crimen, Bonis omnibus abominabile, admiſſum credere non poſſumus.* Hæc objectio ſatis demonſtrat, illa ætate fabulam de Joanne Papiſſa necdum fuiſſe inventam; nam illa inter Leonem IV. & Benedictum III. annis ferme ducentis Leone IX. antiquiores collocatur. Tum Papa Michaeli Patriarchæ exprobrat ingratam mentem in Eccleſiam Romanam, Matrem ſuam, quæ in quibusdam Conciliis ſtatuiſſet, ut Epiſcopo Conſtantino-

c. 23.

c. 27.

Sæculum XI. A.C. 1053. politano honor Episcopis in civitate Cæsarea congruus exhiberetur, salvis tamen Patriarcharum, Alexandrini & Antiocheni Privilegiis. Et addit: *Nihilominus in Diœcesi tua omnes Latinorum Ecclesias claudi jussisse diceris, atque monachos & Abbates e suis Monasteriis expulisse, donec Ritus vestros sequi velint. Quam multo moderatius Ecclesia Romana agit, cum tam intra, quam extra Urbis mœnia complura monasteria & Ecclesiæ Græcorum sint, in quibus traditiones Patrum suorum servare non modo non prohibentur, sed etiam ad eas retinendas a nobis incitantur, quia scimus, quod consuetudinum diversitas pro diversitate locorum & temporum Saluti non noceat, dummodo in Fide & Charitate uniti simus.* In fine dicit, se, quia eorum Scriptum adversus azyma ad Episcopos Apuliæ directum legisset, mittere interim aliquot Patrum effata ad refutandas ipsorum calumnias, donec suo tempore amplius responderet.

Constantinus Monomachus Imperator, auxilia Germanorum Italorumque contra Normannos sibi conciliaturus, cum sciret, maximam Papæ apud Henricum Imperatorem esse auctoritatem, datis ad Pontificem literis, magnum professus est desiderium, concordiam inter Ecclesiam Græcam & Latinam jam diu

Leo ep. 6.7.

diu labefactatam reparandi, juſſitque Patriarcham Michaelem Cerularium ad Papam in eundem finem epiſtolam dare. Hæ literæ cuidam ex præpoſitis veſtiario Cæſareo deferendæ commiſſæ ſunt, qui eas Argyro, Duci Italiæ, & iſte Papæ anno milleſimo quinquageſimo tertio exeunte reddidit. Sæculum XI. A.C. 1053. *Mich ep. ad Pe. Ant.*

§. III.

Literæ ad Epiſcopos Africæ datæ.

Interim Papa a tribus Epiſcopis (quinque autem omnino in Africa ſub jugo Muſulmannorum ſupererant) literas accepit, in quibus querebantur, Epiſcopum Gommitanum nova moliri, & exquirebant, quemnam pro ſuo Metropolitico habere deberent. Nimirum poſtquam Carthago Africanarum civitatum caput eſſe deſiiſſet, jam diu tota conciderat. Reſpondit Papa datis duabus epiſtolis. Prima inſcribitur Thomæ, quem Epiſcopum Carthaginenſem fuiſſe credunt. Ei initio epiſtolæ miſerationem ſuam profitetur, quod Eccleſia Africæ tam paucos jam haberet Epiſcopos, quæ olim ducentos & quinquaginta in ſuis Conciliis numeraſſet. Deinde declarat, Epiſcopum Carthaginenſem eſſe totius Africæ Metropolitam, ſine cujus conſenſu Epiſcopo Gommitano Epiſcopos conſecrare, deponere, aut Concilia *Leo ep. 3.*

Sæculum XI. A.C.1053.

provincialia convocare fas non esset, sed solum de rebus suæ Diœcesis decernere liceret. *Ceterum*, inquit, *memento sine Papæ mandato nec Concilium Generale celebrari, nec Sententiam ultimam in Episcopum ferri posse, quod in Canonum collectionibus invenies, nempe in falsis Decretalibus.* Hæc Epistola decima septima Decembris, anno sui Pontificatus quinto, Indictione septima, seu anno Salutis millesimo quinquagesimo tertio data. Altera epistola ad duos alios Episcopos Petrum & Joannem directa eandem sententiam continet, & subjungit Ecclesiarum Metropoliticarum institutionem, prout in falsis Decretalibus, quæ citantur, refertur.

§. IV.

Legatio Constantinopolim adornata.

Eodem tempore Papa tres viros, qui Legatione ad Constantinopolitanos destinata fungerentur, scilicet Humbertum, Petrum & Fridericum, deligebat. Humbertus aliquando monachus fuerat in Monasterio minore * Diœcesis Tullensis, unde Romam a Brunone Episcopo suo, qui Cathedram Petri conscendit, perductus, ab eodem Cardinalis & Episcopus Silvæ candidæ seu Sanctæ Rufinæ creatus est. Petrus erat Archiepiscopus Amalphitanus. Fridericus vero, frater Godefridi

* Mojenmoutier.

vit. Leo IX. Sæc. VI. Ben. n. 9 & ibid. Mabil.

defridi Ducis Lotharingiæ & Hetruriæ, Papam & Imperatorem sanguinis affinitate contingebat. Tunc Diaconi Ordine insignis Ecclesiæ Romanæ Cancellarii munus obibat, postea sub nomine Stephani IX. ad Summum Pontificatum evectus. His Legatis duæ epistolæ commissæ sunt, altera ad Imperatorem Constantinum Monomachum, altera ad Patriarcham Michaelem Cærularium data, videlicet ad illas literas, quas Pontifex ab iis acceperat, responsoriæ. Sæculum XI. A.C. 1053.

In Epistola ad Imperatorem Papa eundem laudat, quod prior post longum & pernicioſum dissidium pacis & concordiæ reducendæ mentionem attulisset. Tum ea, quæ inter ipsum & Normannos acta fuerant, refert in hunc modum: *Cum igitur cernerem, Gentem alienam & disciplinæ impatientem incredibili rabie & plus quam pagana impietate adversus Ecclesias Dei furere, Christianos trucidare, non paucos horrendis tormentis affligere, nec teneræ ætati, nec senibus, nec feminis parcere, profana & Sacra nullo discrimine habere, Basilicas spoliare, incendere, & solo æquare, cum tot mala, inquam, cernerem, sæpissime ejus populi perversitatem redargui, docui, obsecravi, Divinam humanamque vindictam denunciavi; sed usque adeo obduratus permansit, ut in dies pessimis facinoribus pejora adderet.* *Leo ep. 7.*

Sæculum XI. A.C.1053.

Itaque auxilia humana ad coercendam hujus populi temeritatem undique contrahenda esse ratus, & suffultus comitatu, qualem temporis brevitas & imminens periculum permisit, cum Duce Argyro, milite tuo fidelissimo, consilia contuli, non ut cujusquam Normannorum, aut cujuscunque hominis interitum machinarer, sed ut saltem hominum metu compulsi resipiscerent, qui Divina Judicia minime formidabant. Interea cum eorum pertinaciam salutari admonitione frangere conaremur, & ipsi obsecuturos se ficte promitterent, repentino impetu nostros aggrediuntur. Sed ista victoria eis magis mœroris, quam lætitiæ causa est; ex his enim, quæ Pietas tua ad nos maximo nostro solatio perscribere dignata est, colligo, eos secundam & priore graviorem cladem manere. Nos quoque a proposito non discedemus, donec adjuti subsidiis, quæ a carissimo filio nostro Henrico Imperatore & a vobis in dies expectamus, a communi hoste orbem Christianum liberaverimus.

Nam, cum Apostolica Sedes nimium diu obsessa fuerit a mercenariis & non pastoribus, solum quæ sua erant quærentibus, & misere devastata jacuerit, Divino consilio gravissimi Regiminis pondus suscipere coactus sum, & quamvis humeros meos tanto oneri ferendo impares sentiam, optima tamen spe erigor, quandoquidem ex utro-

Sæculum XI. A.C. 1053.

utroque latere adſtant mihi filii, pietate & potentia clariſſimi. Deinde Papa petit ab Imperatore Conſtantino, ut patrimonia Eccleſiæ in regionibus ipſi ſubjectis poſita reſtituerentur. Conqueritur, quod Michael Archiepiſcopus Eccleſiam Latinam perſequeretur, omnes Sacramentum in azymis confectum accipientes anathematizaret, & Patriarchas Alexandrinum, Antiochenumque ſibi ſubjicere moliretur. Denunciat, niſi Michael ab inceptis deſiſteret, ſe pacem cum ipſo habere non poſſe. Tandem Legatos ſuos Imperatoris benevolentiæ commendat.

In Epiſtola ad Michaelem Cerularium data Papa eum ſimpliciter Archiepiſcopum vocat, dicitque, quod diu ante plurima de eo intolerabilia ad aures ſuas rumor pertulerit. Tum ſubjungit: *Neophytus eſſe diceris, & ad Epiſcopatus faſtigium non gradatim perveniſſe. Item, nova ambitione Patriarchas Alexandrinum & Antiochenum antiquis ſuæ Dignitatis privilegiis privare velle, & contra omne fas jugo tuo ſubmittere. Titulum Patriarchæ univerſalis ſacrilege uſurpas, quamvis nec Sanctus Petrus, nec ullus Succeſſorum ejus nomen tam portentoſum* (*) reci-

Leonis IX. Epiſtola ad Michalem Cerularium.

(*) Addit in ipſa epiſtola S. Leo: *Verumtamen quia ille non invenitur univerſalis Apoſtolus dictus,*

Sæculum XI. A.C. 1053.

recipere voluerit. Et infra: *Illud autem quis non stupeat, quod contempta sententia tot Sanctorum & Patrum Orthodoxorum per annos mille & viginti post Passionem Salvatoris novus calumniator Ecclesiæ Latinorum emerseris, anathematizans & publice persequens omnes illos, quicunque Sacramenti in azymis participes fierent.* (*) *Quam*

---

dictus, quamvis Princeps Apostolorum sit constitutus. Act. Conc. ep. 6.

(*) Es war eine Tollheit des Cerularius, daß er die allgemeine Gewohnheit der abendländischen Kirche zu verdammen, mit dem Kirchenbanne um sich zu werfen, und sich von der Römischen Kirche zu trennen getrauet. Dieses kam aber daher, weil er in den Kirchenrechten und Kirchengeschichten* ein Fremdling war, und nicht gedachte, daß die Kirche JEsu Christi ohne Einigkeit nicht bestehen könne. Eben einen so falschen Begriff von der Kirche Christi verräthet der Herr Mosheim in seinem allgemeinen Rechte der Protestanten. Es heisset auf der 22. Seite: Eine jede Gesellschaft muß gewisse Gesetze haben. Und ferner: Eben so verhält es sich mit derjenigen Gesellschaft, welche wir die Kirche heissen. Z. B. Es ist gesetzet, daß alle Kinder der Christen sollen getaufet werden. Nun ist die Verordnung, daß alle Christen-Kinder sollen getaufet werden, eigentlich kein Gesetz der Kirche, sondern ein Gesetz GOttes, welches JEsus Christus im Evangelio verkündiget hat. Marci XVI. Ein weit grösserer

* Siehe §. 12.

Fehler

Quam temeritatem tuam tum fama ad nos attulit, tum etiam ex epistola, tuo nomine ad Episcopos Apulos data, cognovimus, in

Sæculum XI. A.C.1053.

Fehler ist, daß der Herr Mosheim, indem er doch zuläßt auf eben der 22. Seite: Eine jede Gesellschaft muß gewisse Gesetze haben. Hieraus folgt also, daß die Kirche ohne gewisse Gesetze und Verordnungen nicht bestehen könne, und daher kommen die Kirchlichen Gesetze und Rechte, dennoch mit andern Protestanten läugnet, daß in der Kirche Christi eine Regierung sey. Das ist ein Widerspruch, denn es ist unmöglich, daß es Gesetze gäbe, wo keine Regierung und keine Gerichtsbarkeit, das ist, einer oder mehrere Gesetzgeber sind. Das Protestantische Kirchenrecht gründet sich also in der Vernunft nicht. Wir wollen prüfen, ob solches in der Schrift gegründet sey. Der Herr Windheim, welcher über den Mosheim Anmerkungen gemacht, sagt p. 25. Die Lehrer der Kirche sollen nicht herrschen und gebiethen. Dieses folgeren die Protestanten aus den Worten Christi Luc. XXII. Reges Gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut minor &c. Allein Christus saget hier nichts anders, als daß er seinen Jüngern keine solche Gewalt und Herrschaft gebe, dergleichen die Potentaten und weltliche Obrigkeiten haben. Lässet ihnen aber eine geistliche Gewalt und Regierung, ohne welche seine Kirche unmöglich hätte bestehen können. Christus der Herr saget nicht, seine Apo-

stel

Sæculum XI. A.C. 1053. *in qua frustra probare conaris, fermentatum panem fuisse, quo Dominus Sacramentum Corporis sui instituit.*

Post-

---

stel sollen gar kein Regiment führen, sondern nur: vos autem non sic &c. nicht auf eine herrschsüchtige Art sollen sie ihren Brüdern gebiethen. Er saget nicht, er wolle eine gleiche Gesellschaft stiften; das ist, wie es Mosheim erkläret, in welcher keiner gröſſer ist, als der andere, sondern eine ungleiche: sed qui major est in vobis &c. derjenige, welcher unter euch gröſſer ist, soll sich aus Demuth erniedrigen, wie der kleinste. Also haben diese Worte Christi die Apostel so wohl durch ihre Lehre als ihr Beyspiel ausgelegt, und die heiligsten Päbste, ein Leo Magnus, ein Gregorius Magnus in die Ausübung gebracht. Der heilige Paulus, ihr Herren Protestanten! hat ein anderes allgemeines Kirchenrecht als ihr bestimmet, da er gelehret Act. Apost. c. 20. attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei &c. welche Stelle ich in dem Herrn Mosheim noch nicht gelesen, als wenn es nicht auch das Wort GOttes wäre. Weil nun diese Stelle Rechtgläubige in allen Jahrhunderten, bis auf Luthers Zeiten, von einer geistlichen Regierung und Gerichtsbarkeit ausgelegt haben, so sehen wir, daß das sogenannte allgemeine Kirchenrecht der Protestanten weder in der Vernunft und noch vielweniger in der heiligen Schrift, gegründet sey. In einer folgenden Anmerkung wird noch etwas gemeldet werden.

Sæculum XI. A.C.1054.

Postquam deinde Papa paucis (*) hunc errorem refutavit, dicit, Michaelem ex Scripto ampliore, quod Legati sui deferrent, esse instruendum. Hæc epistola data est mense Januario, Indictione septima, seu anno Salutis millesimo quinquagesimo quarto. Unde conjicere licet, Legatos, quibus hæ duæ epistolæ traditæ, post breve tempus iter fuisse ingressos.

§. V.

Leonis IX. obitus.

Interea Papa adhuc Beneventi inter manus Normannorum versabatur, pietatis operibus, quæ memoravimus incumbens. Sacræ præterea Scripturæ idiomate

Sup. l. LIX. §. 82.

(*) S. Leo in epistola hic dicit: *Neque enim totis octo diebus illis fermentatum apparebat in omnibus finibus Israel, & apud quemcunque inveniebatur, peribat anima ejus, de populo suo. Quod si in Cœna Domini JEsu apparuisset, aut ipse seu Discipuli ejus quoquo modo gustassent, juste sicut prævaricatores legis perirent: nec ipse Dominus diceret suis insidiatoribus: Quis ex vobis arguet me de peccato?* Et paulo post: *Porro nostrum Pascha ideo novum dicitur, quia illud vetus præceptum est Israelitis in memoriam suæ egressionis ex Ægypto: istud vero Christianis in memoriam Dominicæ Passionis, qua ad Patrem transivit ex hoc mundo.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum XI. A.C. 1054.

mate Græco, licet quinquagenario major esset, studuisse fertur, forte ob commercium, quod cum Græcis habebat, ad id compulsus. Ceterum Leo ex illa die, qua ipsius exercitus profligatus fuerat, semper tristis, morbo tandem correptus est; nihilominus die anniversaria, qua in S. Sedem fuerat evectus, recurrente Missam solemni Ritu postremo celebravit. Humfridum Comitem deinde ex præcipuis Normannorum Ducibus alterum per nuncium promissi sui memorem esse jussit, quod Papam, quoties petiturus esset, toties Capuam tuto deducere vellet. Comes se ipsum cum valida Normannorum manu itineris præsidium obtulit. Ergo Papa duodecima Martii, relicta urbe Beneventana, lectica vectus Capuam pervenit; ubi duodecim dies commoratus ad se vocavit Richerium montis Cassinensis Abbatem, qui eum Romam usque comitatus est. Leo, cum aliquot dies in Laterano mansisset, se ad Basilicam S. Petri deferri petiit, ubi Extrema Unctione præsentibus compluribus Episcopis, Abbatibus aliisque, qui ægrotantem invisérant, munitus, etiam Corpore & Sanguine Domini Nostri refectus est, Deum invocans lingua Teutonica, quæ erat ipsi patria, & brevi a morbi ærumnis, sive eo depulso, sive celeri morte, liberari rogans. Tandem Spiritum Deo reddidit,

vit. c. 12.

c. 14.

Chro. Cass. c. 87.

didit, decima nona Aprilis, anno milleſimo quinquageſimo quarto, & magna pompa prope Altare S. Gregorii ante portam Eccleſiæ ſepultus eſt. Annum ætatis agebat quinquageſimum, Epiſcopus Tullenſis vigeſimum ſextum, Summus Pontifex ſextum, nam annos quinque, duos menſes & dies novem* Sacram Sedem tenuit, quæ ipſo defuncto prope annum unum vacavit. Eccleſia defuncti memoriam ipſa obitus die colit, namque miraculis compluribus ejus ſepulchrum claruit, ſicut etiam non nulla, cum adhuc luce hac frueretur, patraverat. Hæc miracula recenſentur in Chronico Hermanni eodem anno milleſimo quinquageſimo quarto fatis functi. Erat is Comitis Wolfradi filius, cognomento latino *Contractus*, quod a prima infantia ſontico morbo contractis artubus eſſet, de cetero ſcientia & virtute ſuo ævo doctiſſimorum virorum nulli ſecundus.

Sæculum XI. A.C. 1054.

* Pagi. dies ſeptem.

Mart. Rom. 19. *April.*

Herm. Cont. Chr. 1054.

§. VI.

Humberti Reſponſum ad Epiſtolam Michaelis Cerularii.

Inter hæc Legati S. Leonis Papæ itinere feliciter confecto Conſtantinopolim perveniunt, & a Conſtantino Monomacho Imperatore honorifice excipiuntur. Dum ibi Humbertus, Legationis princeps,

Chro. Caſſ. II. c. 18. *Ap. Baro. to. II. p.* 683.

Sæculum XI. A.C. 1054.

ceps, commoratur, amplissimum responsum ad Epistolam Michaelis Cerularii & Leonis Acridani contra Latinos scriptam edidit, in qua refert hujus epistolæ textum, divisum in plures articulos, quos singulos refutat. Ita ut hoc Opus non abhorreat a Dialogo, in quo Constantinopolitanus argumenta objicit, & Romanus objecta diluit. Scripti summam damus.

Dicis, te charitate & miseratione urgeri, ut Francos & ipsum Papam, servando azyma & Sabbata Judaizantes, increpes. Cur vero homines tuæ curæ commissos, Jacobitas aliosque Hæreticos non objurgas? cur cum eis manducas, & colloqueris? Deinde commemorat institutionem azymorum, citans Caput duodecimum & decimum tertium Exodi, & vigesimum tertium Levitici. Unde videmus Capitum Divisionem, qualis hodie est, jam tunc factam fuisse. Post hos Textus subjungit Humbertus: *Septem diebus Paschæ panem fermentatum sicut alio tempore comedimus, nec ullum hac in re discrimen ponimus. Et his diebus quidem feriamur, sed & vos eundem morem servatis.*

Quod spectat ad Sabbatum, in Sabbato sicut in quinque diebus præcedentibus laboramus, & sicut in Feria VI. jejunamus. Ceterum multo magis in vos suspicio Judaismi

Sæculum XI. A.C.1054.

daismi cadit; vos enim diebus Sabbatinis laute epulamini, & in Sabbatis Quadrageſimæ, unico excepto, non jejunatis. Quod ſi unico anni Sabbato in memoriam Sepulturæ JEſu Chriſti jejunandum eſt, cur non etiam unica Feria ſexta ad recolendam memoriam ejus Paſſionis? & cur non etiam unica Dominica Solemnis Reſurrectionis, reliquis omnibus per annum abrogatis, celebranda? Latini in Sabbatis Quadrageſimæ & quatuor temporum nunquam non jejunarunt, reliquo anni tempore ſatis erat a carnibus abſtinere. Quin & iſtius abſtinentiæ initium, ut affirmat Glaber, demum anno milleſimo trigeſimo tertio invenitur. Tum Humbertus proſequitur in hunc modum:

Mabil. præf. Sæc. V. n. 116. Glab. l. IV. c. 5.

Dicis, JEſum Chriſtum in Cæna accepiſſe panem, qui Græce dicitur ARTOS, & niteris hujus nominis Etymologia, eamque inde deducis, quod panis ſit elevatus & fermentatione inflatus. Tum infers, azyma ſeu panem ſine fermento non eſſe proprie panem. Reſpondemus, pueriles has eſſe argutias, & Etymologiam libero arbitrio confictam. Complures vero ex Scriptura textus, etiam ſecundum Editionem Græcam proferimus, in quibus panis ſine fermento æque ARTOS vocatur, ac panis fermentatus, quemadmodum ille panis, quem Angelus Eliæ attulit, & panes Propoſitionis, cum omnis oblatio

Chriſtus conſecravit in pane non fermentato.

3. Reg. 19. Levit. 6. 11.

Sæculum XI. A.C. 1054.

non fermentata esse debuerit. Itaque ARTOS Græce sicut LEHEM Hebraice omne genus panis significat. Probat deinde Humbertus, JEsum Christum Evchariſtiam instituisse in pane non fermentato, quia cum dies Paschales jam iniissent, panem alium secundum Legem adhibere vetitum erat. Namque cum plerisque Scripturæ interpretibus affirmat, JEsum Christum Pascha a Lege veteri præscriptum celebrasse.

Cum Græci Azyma spernerent, respondet: *In mensa JEsu Christi non*

p. 691. 693. *alium ponimus panem, quam e Sacrario depromptum, ubi Diaconi vel Subdiaconi, aut etiam Presbyteri, vestibus sacris induti, farinæ massam subegerunt & in fervo calido, Psalmos canentes, præpararunt. Vos econtra panem fermentatum a quovis obvio, vel ex vulgari officina, sordidis manibus tractatum, emitis. Sed edicite! qua ratione, obsecro, defendere, aut excusare potestis, quod cochleari utentes Panem Sacrum in subtiles micas redactum e Calice accipiatis? certe JEsus Christus non istud vobis exemplum dedit; nam panem integrum benedixit, fregit, & buccellas Discipulis suis dedit, quod Ecclesia Romana hodieque observat.*

Ecclesia quoque Jerosolymitana, omnium antiquissima, Sanctum institutum retinet. Hostiæ integræ offeruntur, patenis

tenis impositæ. Nec utuntur, ut Græci, spiculo ferreo ad secandam hostiam, tenuissimam & ex flore siligineo coctam. Nec, si de Sancta Evcharistia aliquid superfuerit, comburitur, aut in scrobem projicitur, sed in pyxide nitidissima reponitur, & altera die populo in Communionem præbetur. Singulis quippe diebus ibi Sacræ Communio distribuitur propter peregrinantium ex omnibus Christiani Orbis provinciis multitudinem. Hæc est civitatis Jerosolymitanæ ceterarumque ad eam pertinentium consuetudo. Græcorum autem, qui ibi versantur, pars morem Jerosolymitanorum sequitur, pars alia patriæ suæ institutum retinet. Verum Evcharistiam defodere, quod aliqui facere feruntur, aut eam in lagenam mittere & effundere, magna socordia est, & Dei timorem abesse prodit. Ecclesia Romana morem Ecclesiæ Jerosolymitanæ tenet. Altari inferimus hostias subtiles, siligineas, sanas & integras, quas post consecrationem frangimus, & cum populo communicamus. Deinde Sanguinem purum ex calice sumimus. Sæculum XI. A.C. 1054.

Porro, quia Græci pertinaciter affirmabant, Azyma ad ritus antiquæ Legis pertinere, Humbertus prolixe probat, veterem Legem fuisse Sanctam licet imperfectam. Tum notat, eandem etiam præcepisse panes fermentatos offerri; *p.* 699. *Levit.* 7, 13. 23, 17.

Sæculum XI. A.C. 1054.

unde sequeretur, etiam hunc panem tanquam ad Legem Moysis pertinentem esse rejiciendum. Tandem infert solas Leges Cæremoniales fuisse abolitas.

Ad illam objectionem, quod Romani sanguinem, & carnes animalium suffocatorum comederent, Humbertus ad Græcos inquit: cur in hac parte veterem Legem servatis, quam tantopere in Azymis contemnitis? & postea: *quod non ita accipiendum, ac si consuetudinem comedendi sanguinem & suffocata adversus vos defendere vellem; nam nos quoque ea aversamur, secundum traditionem Patrum nostrorum, & rigidam pœnitentiam illis injungimus, qui ea manducant, nisi periculum summum fame pereundi urgeat. Nam tanquam Leges Apostolicas veneramur omnes antiquas consuetudines, quæ contra fidem non pugnant.* (*) *Quod spectat ad vocem ALLELUJA, eam non solum in Paschate cantamus, sed etiam omnibus diebus totius anni, exceptis novem septimanis, in quibus majore fervore totius anni peccata delere satagimus.*

p. 701.

Humbertus Legatus Cardinalis.

Tandem finem scribendi facit Græcis complures abusus exprobrans, ut quod Latinos rebaptizarent, Reliquias Evcharistiæ

(*) Cardinalis Humbertus in Sæculo XI. credebat adhuc vetitum esse, quod hodie Christiani sine scrupulo faciunt.

ristiæ defoderent, usum matrimonii Presbyteris concederent, Communionem aut Baptismum feminis in puerperio periclitantibus, aut tempore, quo muliebria patiuntur, denegarent, parvulos ante octavum diem non baptizarent, non sine periculo, ne ad ignem æternum mittantur, Monachos femoralibus utentes, aut carnibus in morbo vescentes, damnarent. Hoc Responsum Cardinalis Humbertus Latine scripsit, quod deinde Græce redditum, jubente Imperatore Constantino publicæ lucis factum. Sæculum XI. A.C. 1054.

§. VII.

Responsum ad Nicetam Pectoratum directum.

Humbertus respondit quoque Scripto contra Latinos composito a quodam monacho Studiensi, inter Græcos celeberrimo, nomine Niceta, & cognomento *Stethatos*, quod Latini *Pectoratus* interpretati fuerant. In Nicetæ, sicut in Michaelis Cerularii, Tractatu eadem contra Latinos objecta, & iisdem nixa argumentis leguntur, nisi quod Nicetas addat, Latinos jejunium violare, celebrantes Missam singulis diebus in Quadragesima; quia enim Officium peragerent Hora tertia secundum Regulam, usque ad Nonam non jejunarent, cum Græci econtra in diebus jejunii solummodo Mis- p. 706.

Sæculum XI. A.C. 1054.

sam Præsanctificatorum non consecrando & Hora nona (quod hodieque faciunt) celebrarent. Nicetas postea matrimonium Presbyterorum defendit, Canonem, quo id conceditur, tribuens Concilio Sexto, cui Agathonem Papam præfuisse dicit, & ubique libris apocryphis nititur, quales sunt Canones & Constitutiones, quæ Apostolorum esse dicebantur. Ei Cardinalis Humbertus, adhuc Constantinopoli commorans, edita epistola respondit, acerbiore quam Nicetas calamo. Objurgat Nicetam, quod Libros Apocryphos citet, ipse ejusdem erroris non immunis. Ceterum optime negat, Agathonem Papam per se ipsum Concilio Sexto præfuisse, cum per suos Legatos illud rexerit. Adjicit vero aliquid, quod in Actis hujus Concilii non legimus, Imperatorem Constantinum Pogonatum ex Legatis modum quæsivisse, quo Ecclesia Romana Sanctum Sacrificium offerret, & ipsos respondisse: *In Calice non debet offerri vinum purum, sed aqua mixtum. Econtra Hostia nullam habeat fermenti commixtionem; nec Sanctum Sacrificium celebretur super velamen fericum, aut pannum quocunque colore distinctum, sed super linteamina candida, speciem eorum referentia, in quibus Salvator sepultus est. Ita S. Silvester jussit.* Humbertus deinde rejicit auctoritatem Cano-

p. 712.

p. 715. Sup. l. XL. §. 11.

Sup. l. XL. §. 54.

Canonum Trullensium, quos Græci Sexto Concilio tribuebant, & affirmat, eos ab Ecclesia Romana nunquam fuisse receptos, additque, si Agatho Papa traditiones Antecessorum suorum mutare voluisset, eum Romanos non fuisse audituros. Sæculum XI. A.C. 1054.

Dicit postea: *In Quadragesima singulis diebus rigide jejunamus, quin etiam non nunquam infantes decennes nobiscum jejunare cogimus. Solam Dominicam excipimus, juxta auctoritatem Patrum, & inprimis Concilii Cangrensis, ubi non in Sabbato, sed tantum in Dominica jejunium prohibetur.* Infra, Nicetam probrose vocat Stercoranistam, quo nomine decorabantur credentes, Evchariſtiam, aliorum ciborum more, digestioni ceterisque, quæ sequuntur, esse subjectam. Quod tamen non apparet ullibi Nicetam affirmasse; sed Humbertus istud exinde infert, quod Nicetas dicat, Communione jejunium frangi. (*) Evchariſtia Romanorum.

Porro, inquit, *qui recipit Corpus JEsu Christi, vitam æternam, non autem cibum corruptibilem, recipit.* Et rursus: *Sumimus particulam valde exiguam, ne homi-*

(*) Mirum! quod nec Nicetas, nec Humbertus quidquam, saltem explicite, dicat de sumtione duplicis ablutionis, quæ sumtionem Corporis & Sanguinis Christi sequitur, & utique jejunium physicum frangit.

Sæculum XI. A.C. 1054.

hominibus carnalibus fastidium creemus. Sed absit omne dubium, quin etiam in minima particula totam Vitam, id est, JESUM Christum, accipiamus. Sive vero Missam Hora tertia, nona, aut quacunque alia peragamus, integram & perfectam celebramus, nec partem Oblationis ideo reservamus, ut sequentibus diebus quinque Sacris imperfectis operemur. Quia nullibi legimus, id Apostolos fecisse. Dominus Noster panem, postquam benedixit, non servavit in alteram diem, sed fregit, & statim distribuit. Non ignoramus, Patres nostros constituisse, ut in Dominica & in Festis solemnibus Missa Hora tertia propter Adventum Spiritus Sancti celebraretur. Ideo vero non peccant, qui in diebus jejunii hora nona, vel ad Vesperum celebrant Missam, cum ipse Dominus Noster Sacramentum hoc Magnum sub Vesperum instituerit, & Sacrificium suum Hora nona expirans compleverit. Hinc licet Hora tertia vel nona Sancto huic Sacrificio sit magis congrua, quacunque tamen Hora, puta itineris vel alterius necessitatis causa, celebretur, non frangitur jejunium, sicut etiam a celebrantibus Missam in nocte Natalis Domini non violatur.

Ceterum non est nobis curæ, Missæ vestræ ritum scire, quia vos tepide & segniter Sacris facere exploravimus. Quando Sacrum panem frangitis, de micis hinc

&

& inde decidentibus nullatenus estis solici- Sæculum XI.
ti; non majore diligentia patenas vel pal- A.C.1054.
marum foliis, vel scopula ex setis porco-
rum compacta detergitis. Aliqui ex vo-
bis Corpus JEsu Christi sine congrua ve-
neratione reponunt, pyxides implent, &
manu Hostias premunt, ne in terram de-
cidant. Quæ supersunt, velut panem com-
munem ad nauseam usque deglutiunt, & si
omnia in stomachum ingerere non possint,
in terram reliqua defodiunt, aut in pu-
teum projiciunt.

Quia Nicetas abstinentiam Græcorum in Quadragesima laudibus extulerat, Humbertus vituperat eos, quod aliqui Græcorum vel non satis, vel omnino non jejunarent, & quod non nulli legumina vel alios cibos in Ecclesia consumendos afferrent. *Nos vero*, inquit, *quadraginta dierum jejunium rite observare satagimus, nec a quocunque violari ullo modo patimur, nisi gravi infirmitate jejunare prohibeatur. Nec nobis, quod vobis permissum putatis, post unam refectionem poma aut olera in diebus jejunii sumere licet.* Ex his Humberti verbis originem illius refectionis secundæ, quæ Collatio hodie dicitur, dispicimus. In fine hujus Tractatus de matrimonio Presbyterorum differit, & Græcos Hæresis Nicolaitarum incusat. Tandem Nicetæ, nisi scripta retractet, anathema dicit.

Sæculum XI.
A.C. 1054.

§. VIII.

Nicetas retractans.

Narrat. ap. Baro. an. 1054. to. 9. Conc. p. 991.

Nec mora longa; ſententiam retractavit Nicetas, quod in hunc modum actum eſt. In Feſto S. Joannis eodem anno milleſimo quinquageſimo quarto, cum tres Legati Pontificii ad Monaſterium Studienſe in civitate Conſtantinopolitana ſe contuliſſent, præſente Imperatore, inſtantibus Legatis, Nicetas Pectoratus Monachus Libellum, nomine ſuo contra Sacram Sedem & totam Eccleſiam Latinam vulgatum, cum Titulo: *De Azymis, de Sabbato, & de Matrimonio Presbyterorum*, anathematizavit. Item anathema dixit omnibus illis, qui Eccleſiam Romanam Eccleſiarum omnium primam eſſe negarent, aut ejus Fidem nunquam non Orthodoxam reprehenderent. Moxque Legatis urgentibus Imperator præſente tota frequentia Nicetæ Libellum flammis tradi juſſit. Et ſic diſceſſum. Altera die Nicetas ultro Legatos extra civitatem in Palatio *Pigi* diverſantes adiit, & dubiis omnibus, quibus angebatur, ſolutis, iterum omnia dicta ſua, facta, & molimina contra Sacram Sedem ſponte anathematizavit. Ita in Communionem Legatorum receptus, firmo exinde amicitiæ fœdere ipſis junctus eſt.

§. IX.

§. IX.

Sæculum XI.
A. C. 1054.

Michael Cerularius excommunicatur.

Ceterum omnia Scripta, quæ Legati adversus varias Græcorum calumnias, præcipue adversus Libros Michaelis Constantinopolitani, Leonis Acridani & Nicetæ Monachi, ediderant, jussu Imperatoris in Græcum translata, & Constantinopoli asservata sunt. Interea Legati, Michaele Patriarcha eis colloqui aut conspectum subire pertinaciter recusante, S. Sophiæ Ecclesiam in Sabbato decima sexta Julii, Hora tertia, Clericis ad Missam celebrandam paratis, adeunt, &, de contumacia Michaelis conquesti, Altari principi Decretum Excommunicationis, populo Clericisque præsentibus, imponunt. Nec mora, ex Ecclesia egressi, secundum dictum Evangelii excusserunt pulverem de pedibus suis, ut esset ipsis in testimonium clamantibus: *Videat Deus & judicet!* Postea rebus Ecclesiarum Latinarum, quæ Constantinopoli erant, compositis, & anathemate contra omnes illos, qui de manu Græci, Sacrificium Latinorum damnantis, communicarent, pronunciato, Imperatori valedixerunt, datoque & accepto osculo pacis, donis etiam tam S. Petro, quam sibi ipsis destinatis cumulati, decima octava Julii, iter læti ingressi sunt, Romam redituri.

Matth. 10. 14.

Exod.

Sed

Sæculum XI. A.C. 1054. Sed ecce! vix biduum effluxerat, cum Solembriæ essent, eis redditur Epistola Imperatoris, qui ipsos Constantinopolim revocabat. Id enim instantissime rogaverat Cerularius, spondens, se demum cum Legatis collaturum esse. Cumque illi eadem die ad Palatium *Pigi* celeriter rediissent, hoc comperto Michael eos sequenti die in Ecclesiam S. Sophiæ adducere meditabatur, ad celebrandum Concilium, ea mente ut obruentur a populo, cui ipse Excommunicationis Chartam, a se transferendo corruptam, ostenderet. At prudentia Imperatoris malum avertit; nam, periculum prospiciens, Concilium nisi se præsente haberi vetuit, cumque Michael omnibus viribus resisteret, jussit Legatos confestim iter arripere. Porro vesanus Patriarcha, dolens suas non processisse insidias, in ipsum Imperatorem maximam vulgi seditionem commovit, eo prætextu, quod cum Romanorum Legatis collusisset. Unde Imperator Interpretes, quorum opera Legati usi fuerant, scilicet Paulum ejusque filium Smaragdum, virgis cæsos detentosque Michaeli tradere compulsus est. Sic tumultus quievit. Tum Imperator missis ad Legatos, qui ad civitatem Russorum pervenerant, nunciis, exemplar genuinum excommunicationis ab iis recepit, quo plebi exhibito convictus est Michael,

quod

quod Chartam depravaſſet.(*) Quare Constantinus vehementer offenſus Patriarchæ amicos & affines honoribus privatos e palatio eliminavit. Sæculum XI. A.C.1054.

Excommunicationis formula autem, nomina Legatorum præferens, hujus ferme tenoris eſt. *In hanc Urbem Regiam a Sancta Sede Romana miſſi, ut cognoſceremus, an vera eſſent omnia, quæ de ea ad nos ferebantur, multa bona & multa mala invenimus. Nam ſi ſpectes columnas Imperii, viros maxima Dignitate fulgentes, & ſapientes cives, Chriſtianiſſima & Orthodoxa eſt civitas, ſi vero Michaelem, per abuſum Patriarcham dictum, & ejus ſtultitiæ Fautores, quotidie hominum zizania ſeminantur, & creſcunt Hæreſes. Quippe cum Simoniacis Donum Dei vendunt, cum Valeſiis Hoſpites ſuos evirant, & deinde Spadones non ſolum ad Ordinem Clericalem, ſed etiam ad Epiſcopatum promovent. Arianorum impietatem imitantes, Chriſtianos & maxime Latinos, in nomi-*

Hæreſes Græcorum.

Sup. l. XI. §. 16. Epiph. hær. 58.

(*) Hic contra Proteſtantes notandum, Communionem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ cum Romana, quam Imperator populusque neceſſariam agnoſcebant, hucusque perduraſſe. At ſolius nequitia Cerularii, qui Excommunicationis Latinæ Exemplar Photiana perfidia corrupit, Schiſma Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ exitiale fuiſſe exortum.

Sæculum XI. A.C. 1054.

nomine Sanctæ Trinitatis baptizatos, rebaptizare non exhorrescunt. Dicunt cum Donatistis, excepta Græcorum Ecclesia, in toto mundo Ecclesiam JEsu Christi, verum Sacrificium, & verum Baptismum periisse. Cum Nicolaitis Altaris Ministris uxores habere permittunt. Cum Severianis maledictam credunt Legem Moysis. Cum Macedonianis abscederunt a Symbolo, Spiritum Sanctum a Filio procedere. Cum Manichæis inter alia dicunt, quodlibet fermentatum esse animatum. Cum Nazarenis carnalem Judæorum munditiem adeo servant, ut parvulis morientibus ante octavum diem Baptismum, mulieribus vero in partu vel menstruis periclitantibus Communionem denegent, & eos, qui secundum morem Ecclesiæ Romanæ capillos & barbam nutriunt, in suam Communionem non recipiant.

Michael per epistolas Leonis Papæ de erroribus suis, multisque aliis perperam factis admonitus resipiscere contempsit, nobisque, cum modis sanæ rationi convenientibus tantis malis remedium afferre cuperemus, colloquium & præsentiam suam denegavit, nec Ecclesias ad celebrandam Missam concessit. Jamque ante adventum nostrum Ecclesias Latinorum, quos Azymitas (*) appellat, claudi jussit, ubique eosdem

(*) Notandum iterum contra Protestantes argumen-

eosdem afflixit, Sacram Sedem anathema- Sæculum XI.
tizans, qua contempta titulum Patriarchæ A.C.1054.
œcumenici sibi arrogat. Quamobrem auctoritate Sanctæ Trinitatis, Sacræ Sedis Apostolicæ, septem Conciliorum & totius Ecclesiæ Catholicæ, anathemati a Domino Papa denunciato, ita subscribimus: Michael Pseudo-Patriarcha, Neophytus, solo humano timore monachorum Habitum adeptus, nunc etiam criminibus pessimis infamis, & cum ipso Leo, qui dicitur Episcopus Acridanus, & Constantinus Michaelis Sacellarius, qui pedibus suis Sacrificium Latinorum conculcavit, ipsi & omnes eorum Sectatores cum Simoniacis, Hæreticis supra nominatis, & omnibus aliis, cum Diabolo & Angelis ejus, nisi forte resipuerint, Anathema sint! Amen, Amen, Amen.

Legati aliam quoque Excommunicationem Imperatore & Optimatibus præsentibus viva voce denunciarunt in hunc modum: *Quicunque Fidem Sanctæ Romanæ & Apostolicæ Sedis ejusque Sacrificium pertinaciter damnaverit, Anathema sit, nec habeatur Christianus Catholicus,*

---

gumentum efficacissimum, Græcos nec ante, nec post Schisma Latinis objecisse; quod realem præsentiam Christi in Evchariſtia docerent. Quod plane facere non omisissent, si ipsi aliud de hoc Sancto Mysterio credidissent.

Sæculum XI. A.C. 1054.

cus, sed Prozimita Hæreticus. Id est panis fermentati defensor. Hæreses istæ, Græcis attributæ, pleræque solummodo ex eorum Doctrina & moribus eruebantur, quas vero ipsi a se doceri negabant.

§. X.

Michaelis Cerularii Decretum.

ap. Allat. de libr. Eccles. p. 161.

Michael Cerularius econtra, in rem suam solers, huic Excommunicationi oppositi Decretum, in cujus fronte post Michaelem Metropolitæ duodecim, tumque duo Archiepiscopi, universim Præsules quindecim conspiciuntur. Summa Decreti ferme hujusmodi est: *Viri impii, ex Occidentis tenebris prorumpentes, venerunt in piissimam hanc civitatem, ex qua Fidei Orthodoxæ fons in universas Orbis partes emanavit,* (*) *& opinionum suarum diversitate sanam Doctrinam depravare conati sunt, usque adeo impudentes, ut Sacræ mensæ ausi sint Libellum imponere, in quo & nobis & omnibus illis, qui se eorum erroribus involvi non sinunt, anathema dicunt. Præter alia nobis objicientes, quod non sicut ipsi imberbes incedamus, quod cum Presbyteris uxores habentibus communicemus, quod Symbolum Fidei adjectis verbis alienis non corrumpamus.* Tum adductis Scriptorum testimoniis,

(*) Mendacium putidum!

moniis, quæ ad roborandos hos tres ar- Sæculum XI.
ticulos Græci trahere ſolebant, de Le- A.C.1054.
gatis iterum ſubjungit:

Commenti ſunt, ſe Roma veniſſe, a Papa miſſos. Sed exploratum eſt, eos ſuo ductu & Argyri artibus impulſos veniſſe, confictasque nomine Papæ epiſtolas obtuliſſe, quod, ut nihil dicam de aliis argumentis, ex ſignis adulteratis patuit. Cum igitur libellum contra nos procuſum Altari impoſuiſſent, præſentibus ſecundæ hebdomadæ Subdiaconis, iſti latinos ad chartam ſuam ſtatim iterum recipiendam cogere volebant, eamque projecerunt in terram, quam tamen accepimus, ne blaſphemiæ, quas continet, in vulgus emanarent. Eam deinde a Cosmo Protospathario, Romano Rufo, & Monacho Joanne Hiſpano juſſimus ex Latino in Græcum verti, eſtque hujusmodi tenoris. p. 165.

Tum Cerularius Excommunicationis formulam ſincere translatam refert, & proſequitur:

Credidi neutiquam expedire, ut tantæ audaciæ facinus impunitum relinqueretur; quare rem ad Imperatorem detuli, qui jam iter unius diei emenſos in hanc civitatem revocavit. Sed eo adduci non potuerunt, ut ad nos venirent, aut in magno Concilio ſe ſiſterent, vel ſaltem cur tam impia protuliſſent rationem redderent; quin libellum ſuum defendere & plura adjicere voluerunt. Quod Impera- p. 169.

Seculum XI. A.C. 1054.

tor ipsorum nomine nobis & Synodo nunciari jussit. Quia vero eos compellere nolebat, ut in Synodum se conferrent, quod Legatorum dignitate venerabiles viderentur, nec placebat indignum facinus impunitum dimittere, misit ad nos epistolam in hunc modum scriptam: (*) *Omnibus, qua facta sunt, pensatis inveni, jurgiorum originem ab interpretibus & Argyri nequitia proficisci. Quod spectat ad hos Advenas, ab aliis subornatos, nullum mihi cum ipsis negotium. Sed reos tibi mitto virgis castigatos, ut aliis exemplo sint. Libellus vero publice igne consumetur, postquam omnibus, qui eum scripserunt vel in lucem ediderunt, & qui consilium vel operam contulerunt, anathema dictum fuerit. Vestarchum* * *quoque Argyri generum, ejusque filium in carcerem mitti jussi ob commissam fraudem puniendos. Datum mense Julio Indictione septima.*

* nomen officii.

Igitur Libellus impius juxta mandatum Imperatoris, iisque qui ipsum ediderunt, omnesque conscii in magna Consilii aula, præsentibus ab Imperatore delegatis, anathematizati sunt, & statutum, ut vigesima quarta currentis mensis Julii, qua die

(*) Meminerit Lector, *Num. superi.* dictum, quod Excommunicationis formulam illam, quam populo effero ostendit, corruperit, & seditionem in Imperatorem commoverit.

die Decretum quinti Concilii publice recitari solet, istud anathema promulgetur. Libelli impii authographum flammis traditum non est, sed in Musæo Chartophilacis depositum, in perpetuam eorum, qui tales blasphemias proferre ausi sunt, damnationem. Id quoque omnes scire oportet: vigesima die hujus mensis, dum anathematizabantur, omnes Metropolitæ & Archiepiscopi, qui in hac urbe versabantur, aderant, scilicet præter illos, qui hodie congregati sunt, Leo Athenienſis & sex alii in illis Actis nominati.

Sæculum XI. A.C. 1054.

Menolog.

§. XI.

Epistola Petri Antiocheni ad Dominicum Gradensem.

Quomodo Michael Cerularius gesta inter se & Papæ Legatos referre solitus fuerit, aliunde etiam constat, nempe ex epistola eodem anno ad Petrum Patriarcham Antiochenum scripta, cujus hæc fuerat occasio. Dominicus Patriarcha Gradensis ad eundem Petrum epistolam dederat, in qua dicebat, cupere se ab ipso, viro fama clarissimo, nosci, & in aliquo amicitiæ gradu collocari, nec eo favore indignum se credere, qui Patriarchali Dignitate gauderet in Italia, & in Conciliis ad dextram Papæ sedere soleret. Tum addebat: *Nequeo tibi dissimulare, quæ a Clericis Constantinopolitanis Eccle-*

Monum. Gr. Cotel. to. 2. p. 108.

Sæculum XI. A.C. 1054

siæ Romanæ objici audivi. Damnant Azyma, quibus ad consecrandum JEsu Christi Corpus utimur, nosque ob hanc causam ab Ecclesia excommunicatos credunt. Cum potius ad conservandam unitatem id agamus, Apostolorum & ipsius JEsu Christi traditionem servantes. Nihilominus morem quoque Ecclesiæ Orientalis, quæ panem fermentatum adhibet, approbamus, & utrique modo Mysticas significationes tribuimus. Tuum ergo est eorum impudentiam reprimere, qui Constitutiones Apostolorum impugnant, & putantes se ædificare destruunt, ipsaque fundamenta subvertunt. Frustra enim SS. Petrus & Paulus in Italia prædicarunt, si tota Ecclesia Occidentalis vita æterna privatur, & in Sancto Sacrificio JEsu Christi Corpus (*) non habet. Ex tuo responso doceri desideramus.

Respondit Petrus Patriarcha, data epistola, in qua, post illa, quæ humanitatis causa præmittere solemus, dicit: *Ab infantia usque ad senectutem in Sacris Literis enutritus nunquam audivi, Episcopum Aquilejensem in Venetiis appellatum fuisse Patriarcham. Quippe Divina dispositione*

ibid. p. 112.

(*) Testimonium de reali præsentia in Eucharistia contra Protestantes. Nam in Doctrina Lutheranorum vel Calvinistarum valde incongrue Dominicus Gradensis hic locutus fuisset.

spositione non plus quinque Patriarchis in orbe terrarum sunt, videlicet Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Jerosolymitanus. Quin solus Antiochenus proprie Patriarcha vocatur, cum Romanus & Alexandrinus Papæ, Constantinopolitanus & Jerosolymitanus Archiepiscopi dicantur. Et infra: *Sunt in Mundo complures provinciæ tua longe majores, quibus a Metropolitis & Archiepiscopis regi satis est, quales sunt Bulgaria, Provincia Babilonica, Corasanensis, aliæque plures in Oriente, quo Archiepiscopos & Catholicos mittimus, quibus Metropolitæ subjiciuntur.* In Oriente Catholici, id est, Universales, quidam Episcopi, aliis eminentiores, dicebantur. Sæculum XI. A.C. 1054.

Quod spectat ad Azyma, Petrus Antiochenus dicit: *Patriarcha Constantinopolitanus non usque adeo, ut dicitis, famam vestram lædit, nec vos ab Ecclesiæ corpore rescindit. Novit vos esse Orthodoxos, & nobiscum Trinitatem atque Incarnationem credere. Dolet vero in uno (*) solo vos errare, & Sacrificium eo modo quo Reliqua Ecclesia, & quo Patriarchæ quatuor, non offerre.* Deinde Petrus Antiochenus pluribus Azyma impugnat, c. 7. p. 117.

(*) Pleraque nesciebat Petrus Antiochenus. Hinc ita loquitur.

Sæculum XI. A.C. 1054.

nixus inprimis JEſu Chriſti exemplo, & contendens, ipſum Evchariſtiam in pane fermentato inſtituiſſe, & Paſcha Judæorum antevertiſſe, cum dicat S. Joannes, Chriſtum Cænam celebraſſe ante (*) Feſtum Paſchatis. Item Judæos noluiſſe intrare Prætorium, ut manducarent Paſcha. (**) Subjungit; *ſi SS. Petrus & Paulus morem Azymorum introduxiſſent, id ipſos eo conſilio & ea indulgentia permiſiſſe, qua in Eccleſiæ primordiis non nullas Cæremonias Judæorum tolerabant.* (***)

Joan. 13, 1. 18, 28. c. 24. c. 26.

Inferius dicit: *Cum Pontificatum ſuſcepi, Papæ Romano epiſtolam commendatitiam*

(*) *Ante diem Feſtum Paſchæ ſciens JEſus quia venit hora ejus &c.*

(**) *Erat autem mane. Et ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha* &c.

(***) Fallitur Petrus Antiochenus, nam JEſus Chriſtus neutiquam Paſcha Judæorum antevertit, cum dicat S. Lucas Evangeliſta Cap. 22. v. 7. *Venit autem dies Azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha. Et miſit Petrum & Joannem dicens, euntes parate nobis Paſcha, ut manducemus.* &c. & v. 19. *Et accepto pane gratias egit & fregit & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum.* &c. Convenientius quoque erat, ut Chriſtus prius Legem veterem impleret, quam inſtitueret novam.

titiam scripsi, unique eorum, qui voti solvendi causa Jerosolymam peregrinantur, traditam, ad Argyrum, Ducem Italiæ direxi, qui eam suæ Sanctitati redderet. Sed jam præterierunt anni duo, nec interea quidquam de epistola comperi. Hinc mitto tibi ejusdem epistolæ exemplar descriptum, quod suæ Beatitudini tradi cures, mibique responsum remittas; & si hanc quoque epistolam, postquam eam legeris, mittere velis, gratissimum mibi facies. Forsan non respuet, quæ scripsi, & morem nostrum recipiet, ut omnes, in eadem sententia concordes, unum idemque Sacrificium Deo offeramus. Sæculum XI. A.C. 1054.

§. XII.

Michaelis Cerularii Epistola ad Petrum Antiochenum.

Cum hæc epistola etiam in manus Michaelis Cerularii deveniſſet, & ipse quoque a Petro Antiocheno aliam de negotio privato scriptam accepiſſet, Responsoriam dedit, in qua postquam ad causam privatam, quæ videbantur, rescripsisset, dicit: *Non diu abhinc, cum ex iis, qui ab antiqua Roma ad nos peregrinantur, percepissem, Papam, qui modo defunctus est, virtute, nobilitate generis, & scientia claresce re, data amplissima epistola, humili animo calamoque admonui de reducenda concordia, & removendis circa* *ibid. p. 135. n. 3.*

Sæculum XI. A.C. 1054.

Fidem ſcandali cauſis, quæ Occidentalibus tribuuntur. Quod ipſe ex mea epiſtola perſpicere poteris. Eo id conſilio faciebam, tum ut ipſum Papam in noſtram pertraherem ſententiam, tum ut ejusdem opera adverſus Francos nobis auxilia conciliarem. Id eſt, adverſus Normannos in Italia, contra quos Papam vehementer irritatum, ipſiusque magnam apud Henricum Imperatorem eſſe auctoritatem Græci ſciebant.

Tum Michael epiſtolam proſequitur: *Has litteras deferendas commiſi Veſtiario præfecto, qui etiam literas Imperatoris ad Papam delaturus erat, ſperans, eum tam Imperatoris quam meas Papæ redditurum eſſe, & reſponſa nobis relaturum. Sed ecce, cum hic præfectus cum literis ad Argyrum in Italia perveniſſet, ejus fraudulentia deceptus, literas tradidit, quaſi celerius, quam ipſe perferre poſſet, Papæ transmittendas. Porro Argyrus in Imperii perniciem ſemper intentus, quod nobis per homines fidos exploratiſſimum eſt, pecunia, quam mittebat Imperator, in privatum ſuum commodum converſa, literas perfide premit, tumque arcanorum ſuorum conſcios ad ſe accerſit, quorum unus, olim Epiſcopus Amalphitanus, ex illa Eccleſia ob male merita ejectus annis quinque profugus & errans fuit; alterius, nomine tantum Archiepiſcopi, ubi terrarum*

Sedes

Sedes sit, nemo novit (hic ei sermo est de Cardinali Humberto, cujus Ecclesia S. Rufinæ, jam tunc admodum tenuis erat) *tertio dedit Cancellarii Ecclesiæ Romanæ titulum, eo ad omnia, quæ mœchinabatur, quasi impenetrabili clypeo usurus. Mearum igitur literarum dempto sigillo, alias literas, quasi Papæ nomine ad nos exaratas, miserabilibus his hominibus, prô versutiam & stultitiam! Constantinopolim ferendas & mihi reddendas dedit.* Sæculum XI. A.C. 1054.

Illi Urbem Regiam ingressi primum potentissimo Imperatori se se superbo habitu, gressu, supercilioque conspiciendos exhibent. Cum vero ad nostram humilitatem venissent, quis dicere posset, quanta insolentia & arrogantia se intulerint? vah impudentiam! ne quidem triviali salutatione nos dignati sunt, nulla capitis inclinatione, nullo consuetæ venerationis signo. Nec a tergo Metropolitarum nobiscum in aula congregatorum sedere ullo pacto voluerunt, rati sibi inferri contumeliam. Sed cur ea non refero, quæ his sunt multo absurdiora? nec enim ipsi Imperatori venerabundi acciderant, sed cum Cruce & Baculis Regiam intrare ausi fuerant. Itaque cum nihil, quod par erat, feciſſent, tradita mihi epistola sigillata confestim recesserunt. Quam ego diligenti oculo inspiciens sigillum depravatum, & literas doli atque malæ mentis plenas

Sæculum XI. A.C. 1054.

deprehendi. Quippe illa ipsa continebant, quæ Argyrus, cum Constantinopoli esset, frequenter nostris auribus, præsertim de pane fermentato, insusurrabat, quapropter non solum semel sed bis, ter, & sæpius nobis jubentibus a Sacra Communione ejectus fuit. Mitto tibi exemplum epistolæ ad Papam a nobis datæ, & versionem Græcam Papalis epistolæ, quam improbi isti ad me attulerunt, ut Beatitudo tua veritatem cognoscat. Tota vero techna apertius deprehensa est, postquam Archiepiscopus Tranensis, qui inde ad nos venit, sceleratissimorum hominum mentem prodidit. Omnia ego Imperatori bona fide communicavi.

Papa in Diptychis Ecclesiarum Orientalium.

Ceterum ad nostras aures pervenit, quod tua Beatitudo, Patriarcha Alexandrinus, & etiam Jerosolymitanus hunc Papam in Sacra Diptycha retuleritis. Sed adduci nequeo, ut credam, vos tanta ignorantia laborare, præcipue te virum incomparabilem. Nosti enim, quod a Synodo Sexta Oecumenica Papa ex Diptychis Ecclesiarum nostrarum demptus fuerit, quia Vigilius, qui tunc Romanæ præerat Ecclesiæ, ad Synodum venire & Scripta Theodoreti, Cyrilli & Ibæ anathematizare recusavit. (*) *Præterea duo Patriarchæ*

(*) Egregium Historicum! crassa Cerularii igno-

chæ illos recipere dicuntur, qui vescuntur Azymis; quin & ipsi in Azymis Sacrum conficere Sacrificium. Hinc cum non habeamus in promptu hominem, quem de hac re sciscitemur, & alteri cuicunque non fidamus; rem totam tuæ Sanctitati requirendam relinquimus, & rogamus ut humilitati nostræ omnia referantur. Sæculum XI. A.C. 1054.

n. 8. Præterea Dux Antiochenus Sclerus tradidit mihi exemplar epistolæ, quam Patriarchæ Gradensi seu Aquilejensi scripsisti, quod cum cito legissem, inveni, te totum esse in discutienda materia Azymorum, omissis aliis Romanorum erroribus, multis & gravissimis. Fortasse ideo Episcopus ille tibi ita scripsit, quia de his nos ad eum scripseramus. Sed de nulla istarum rerum vel ipsi unquam, vel Papæ, vel ulli alteri Episcopo scripsimus excepta sola epistola, cujus exemplum nunc ad te misimus. Verumtamen ex eorum Scriptis & gestis apparet, homines esse mendaces & fraudis studiosos. Quamobrem certo scito, quod præter errorem Azymorum, qui omnibus aperte patet, Romani longe pluribus languidi jaceant, & rejiciendi sint.

n. 12. In plurimis cum Judæis affinitatem habent. Suffocatum comedunt, barbam radunt, Sabbata custodiunt, manducant immun-

ignorantia paragrapho sequente in epistola Petri Antiocheni confunditur.

Sæculum XI. A.C. 1054.

immunda, monachi carnibus & lardo vescuntur, prima etiam Septimana in Quadragesima, qua nos ovis tantum & lacte vescimur. Feria IV. carne vescuntur, Feria VI. caseo & ovis, & toto Sabbato jejunant. Plane obstupescendum, quod Michael has consuetudines Judaicis Cæremoniis accenseat. Tum prosequitur de Latinis loquens: *Symbolo perniciosa audacia addiderunt: & in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit.* Item in Missa cantant: *Tu solus Sanctus, tu solus Dominus, JEsu Christe cum S. Spiritu in Gloria Dei Patris. Præter hæc nuptias Sacerdotum prohibent; illos scilicet, qui uxores habent, Sacerdotium consequi non permittunt.* (*) *Duo etiam Fratres duas ducunt sorores. In Sacra Missa tempore Communionis alter Ministrorum alios amplexatur. Episcopi eorum annulos gestant in manibus, quod indicat, ut ajunt, ipsos Ecclesias Sponsas habere. Ad bellum etiam exeunt, manus suas humano sanguine inquinant,*

(*) Non accurate morem Ecclesiæ Occidentalis hic refert Michael. Nam in prioribus Sæculis non nunquam viri uxorem habentes ad Episcopatum assumebantur, ut Historia nos docuit. Sed hæc fuit constans & omnium temporum Disciplina, ne cuiquam post susceptum Sacerdotium uxorem accipere liceret.

quinant, & occiduntur, postquam animas suas occiderunt. Accepimus a non nullis id sancte affirmantibus, quod Baptismum una immersione conferant, & eorum, qui baptizantur ora sale impleant. Cum deberent cum Apostolo dicere: modicum fermentum totam massam elevat, ipsi legunt: totam massam corrumpit, nempe in odium fermenti. Reliquias Sanctorum non colunt, & aliqui ne quidem Sanctas Imagines venerantur. Sanctos illos & magnos Patres nostros Gregorium Theologum, Basilium & Chrysostomum Sanctis non adnumerant. Alia denique faciunt multa, quæ singula commemorare longum foret; Et infra: *quod vero omnium gravissimum & intolerabile est, dicunt, se non huc venisse, ut docerentur, sed ut nos docerent, & eorum dogmata amplecti persuaderent.*

Sæculum XI. A.C.1054.

1. Cor. 5, 6. Gal. 5, 9. n. 15.

§. XIII.

Petri Antiocheni Epistola Responsoria.

Petrus Antiochenus huic Epistolæ respondens, initium ducit ab articulo de Diptychis, & dicit: *Pudore nescio quo pacto confundor, præcipue vero tui causa, & multo magis, si eadem ad alios Patriarchas scripseris, cum ea quæ gesta non sunt, absque rerum cognitione vano rumore impulsus protuleris. Quomodo enim debebam ego hucusque in Sacris Diptychis Papam*

ibid. p. 145. c. 3.

Sæculum XI. A.C. 1054.

pam recitare, cum eum Sancta tua Ecclesia non recitaverit, cujus alumnus ego sum, & privilegia ejusdem tam fervide defendo, ut nemo magis? (*) *Quod vero in tua epistola de Vigilio Papa perperam dicitur, ignaviam prodit tui Chartophylacis, qui Rhetoricam quidem, sed nondum rerum Ecclesiasticarum, ut par est, scientiam adeptus est.* Ita Petrus Antiochenus crassam Michaelis Cerularii ignorantiam honestius in ejus Charthophilacio præfectum rejicit. Deinde ostendit, Vigilium Papam tempore Quintæ Synodi, atque annis centum sexaginta ante Sextam Synodum, sedente Agathone Papa celebratam, in vivis egisse.

Sup. lib. XXXIII. §. 43.

His Petrus subjungit: *Ego quidem sum testis fidus, & mecum alii multi Ecclesiæ Proceres, quod tempore, beatæ memoriæ, Patriarchæ Domini Joannis, Romanus Papa, & ipse Joannes nomine, Sacris Diptychis fuerit insertus. Item cum Con-*

(*) Hic Petrus Antiochenus ab Eminentissimo Baronio jure merito vapulat in hunc modum: *Memorare Lector, quæ scripserit anno superiori idem Petrus ad Leonem * Romanum Pontificem, & plane senties, ipsum esse bilinguem in iis, quæ de Constantinopolitana Ecclesia prædicat, de qua valde conquestus erat, quod ipsius Patriarcha subjicere sibi studeret reliquos Patriarchas.*

*Fleur. §. 1.

Constantinopolim quadraginta quinque abhinc annis me contuliſſem, inveni tempore, Beatæ memoriæ, Patriarchæ Domini Sergii, prædictum Papam in Sacra Miſſa unacum aliis Patriarchis recitari. (*) Quadraginta quinque annos repetendo devenitur ad annum milleſimum nonum & Pontificatum Joannis XVIII. Tum iterum Petrus Antiochenus: *Quomodo vero Papæ commemoratio ſublata ſit & quanam de cauſa, ignoro; nec puto te amplius hac de re ſolicitum eſſe debere.* (**)

Sæculum XI. A.C. 1054.

Ceteros quoque Romanorum errores a te enumeratos percurrimus; & alios quidem duxi eſſe vitandos, alios facile emendandos

(*) His confirmantur dicta in Annotatione ad Num. VII.

(**) Ita hæc reddenda fuerunt ex Fleurii verbis: & je ne crois pas, que vous deviez vous mettre plus en peine ſur cet article. Sed hic bonus dormitat Homerus, nam in epiſtola iſta, ut refertur a Cardinali Baronio ad hunc annum p m. 231. ſic lego: *Sed de his quidem res ita ſe habet, & aliud præterea nihil. De Papæ commemoratione cupio te diligentius indagare.* Et hic ſenſus Petri Antiocheni menti videtur magis conſentaneus, nam ſi illum locum excipias, ubi a Baronio caſtigatur, ubique Communioni omnium Eccleſiarum cum Romana favet, nec nullus conjecturæ locus eſt, ſi totus contextus attente penſetur, etiam verba illa ex Autographo non ſatis accurate fuiſſe translata.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum XI. A.C. 1054.

dandos, alios prætermittendos. Quid enim noſtra intereſt, quod illorum Sacerdotes barbam radant, & quod annulos geſtent in Symbolum contracti cum Dei Eccleſia connubii? Nos quoque coronam in capite geſtamus in venerationem S. Petri, (*) *& auro exornamur. Quod vero immundis veſcantur, monachi carnes comedant, & nidorem ſuillum, invenies etiam hujusmodi res, ſi diligenter inquiras, a non nullis noſtrorum fieri. Nulla enim Creatura Dei eſt reprobanda, ſi cum gratiarum actione ſumatur.* Dicit etiam Petrus; modico lardo legumina condire, ubi bonum oleum deficit, a Patribus fuiſſe permiſſum, & affert teſtimonium S. Baſilii, non eſſe ſub prætextu abſtinentiæ carnes non facile parabiles exquirendas. Adducit etiam exemplum S. Pacomii, alentis ſues, quorum carnem hoſpitibus ad ſe divertentibus apponebat, pedes vero & viſcera ægrotantibus monachis in refocillationem præbebat.

Romana Eccleſia defenditur.

Sed malorum peſſimum, inquit, *eſt additio in Symbolo.* Fuſius deinde hunc §. 13. Articulum pertractat, eumque errorem ana-

(*) In ipſa epiſtola Petrus addidit: *Principis Apoſtolorum, ſuper quem Dei Eccleſia eſt ſuperædificata.* Teſtimonium in medio Sæculi XI. ab Eccleſia Orientali inſigne & invictum contra noſtri temporis Novatores!

anathemate dignum judicat. Alteram Additionem: *Solus Sanctus, solus Dominus JEsus Christus*, & reliqua, quæ a Latinis inventa dicebantur, & ea esse videntur, quæ in fine Cantus: *Gloria in Excelsis*, subjungimus, dissimulari posse existimat. *Ad bonam eorum intentionem*, inquit, *respiciendum est, & ad pacem, fraternamque Charitatem, quando fides nullum patitur detrimentum. Fratres enim nostri isti sunt, licet sæpe contingat, illos vel rusticitate vel ignorantia a recto recedere. Nec oportet nos adeo exactam rerum diligentiam quærere inter barbaras Gentes, ac inter nos, qui circa literas versamur. Magnum erit, si apud illos sine errore Sancta Trinitas prædicetur, & Incarnationis Mysterium juxta nostram sententiam confiteantur.*

Sæculum XI. A.C. 1054.

Nihilominus minime approbamus, quod Occidentales Presbyteris legitimas uxores habentibus probibeant Sacra tractare, nec quod eodem tempore a carnibus & lactariis initio Quadragesimæ abstineant. Quod pertinet ad quæstionem de Azymis, eam in epistola mea ad Episcopum Venetorum data satis discussi, nec mos iste ulla alia ratione, quam veteri consuetudine defendi potest. Quod vero suffocata ipsi comedant, & duæ sorores duobus fratribus commisceantur, puto hæc fieri absque Papæ aliorumve Episcoporum licentia. Sunt

Petri Antiocheni Epistola.

Sæculum XI. A.C. 1054.

delicta privatorum, qualia etiam nobis in sciis in Imperio Romano committuntur. Invenies siquidem etiam Constantinopoli, qui sanguinem suillum comedunt, quin & præ foribus tabernarum suilli sanguinis farta venalia prostant. Abusus inter nos vigentes negligimus, dum aliorum errata curiose indagamus.

Optime ages, si additionem ad Symbolum constanter damnes, & matrimonium Presbyterorum defendas; alia vero, quorum forsan major pars conficta est, vilipendi possunt. Cavendum enim omnino, ne calumniis faciles aures commodemus. Papæ ergo tibi scribendum erit, postquam aliquis fuerit electus. Forte vera esse, quæ monetur, confitebitur, forte omnia negando objecta diluet. Quomodo enim illud fidem mereatur, Reliquias non coli a Romanis, qui corpora SS. Apostolorum Petri & Pauli possidere summæ Gloriæ ducunt? & quomodo cadat in eos suspicio, quod imagines non venerentur, postquam Hadrianus Papa, qui Synodo Septimæ præfuit, Iconoclastas anathemate percussit?(*) Habetis Constantinopoli imagines Roma allatas, Prototypo simillimas, & hic peregrinos Francos Ecclesias nostras intrantes & sanctas imagines omnis generis

(*) Testimonium insigne Ecclesiæ Orientalis contra Protestantes.

neris veneratione prosequentes conspici- Sæculum XI.
mus. A.C.1054.

Quam ob rem obtestor te, pedibus tuis in spiritu prostratus, ut non nihil relaxes & indulgeas, ne cum collapsa erigere studes, majoris ruinæ occasio fias. Mature pensa, ex longo dissidio Ecclesiæ nostræ & Magnæ illius Sedis Apostolicæ omnis generis calamitates effluxisse. Vacillant Regna, Civitates & totæ provinciæ turbantur, prospera fortuna longe ab exercitibus nostris abest. Ut candide, quod sentio, proferam, si Romani additionem in Symbolo rejicerent, nihil amplius peterem, atque ipsam quæstionem de Azymis tanquam rem levem omitterem. Rogo te Beate Pater, in meam concede sententiam, ne si petamus nimium, omnia perdamus. (*) Et inferius: *Epistolæ tuæ ad Patriarchas Alexandrinum & Jerosolymitanum datæ eis missæ fuerunt. Ego vero tibi exemplar descriptum epistolæ a Papa defuncto ad me datæ misi. Latine scriptum est, quia neminem habui, qui epistolam apte in Græcum verteret. Unde eam Francum, qui eandem attulit, & literas Latinas didicit,*

(*) Piissimus & prudentissimus vir erat Petrus, in solo articulo de processione Spiritus Sancti docendus, cui si obsecutus fuisset stolidissimus Cerularius, schisma, maximum malum, devitasset.

Sæculum XI. A.C. 1054.

describere jussi. Tu eam a fido homine in Græcum transferri cura. Oro Deum pacis, ut tibi Spiritum lenitatis & indulgentiæ infundat.

§. XIV.

Michaelis Rescriptum.

ap. Cotel. to. 2. p. 162. c. 3.

Michael Cerularius respondit, data secunda ad Petrum Antiochenum epistola, in qua, postquam repetiit, Papæ Legatos esse Sycophantas cum epistolis suppositititiis ab Argyro missos, dicit: *Jactabant, ad nos corripiendos, non vero ad suos convertendos, se venisse. Ego vero eorum conspectum & alloquium effugi, non ignarus, insuperabilem esse eorum in peccato obstinationem. Credidi etiam, rem malam me facturum, & receptæ regulæ adversam, si de ejusmodi causis cum Papa Legatis, te ceterisque Patriarchis insciis, agerem. Sed homines audacissimi super Altare Magnæ Ecclesiæ non sunt veriti Libellum injicere, quo toti Ecclesiæ Orthodoxæ, quod opinionem de Spiritu Sancto a Patre Filioque procedente & reliquos eorum errores non recipiat, anathema dicunt.*

Nihil salubrius fuisset, quam impiam Chartam igni tradere; sed factum non est, quia cunctis videntibus Altari imposita fuerat. Nec etiam pœnas a viris impudentissime nobis insultantibus exigendas esse

esse putavimus, ne Romanis occasionem scandali daremus, præsertim cum ille, qui Legationis princeps videbatur, se Ecclesiæ Romanæ Cancellarium, Regis & Papæ propinquum diceret. At Libellum impium in magna Consilii aula jubente Imperatore anathematizavimus, postquam hos Legatos exhortati fuissemus, ut venirent, & coram nobis errores suos abjicerent. Ipsi econtra sibi ipsis manus violentas illaturos comminati sunt, si quis invitos ad rem indignam vellet compellere. Hæc tibi scribimus, ut quæ gesta sint, scias, & si quid literarum Roma acceperis, pro tua prudentia caute respondeas. Mitto tibi etiam epistolas, aliis Patriarchis inscriptas, & huic omnino consentaneas, quia neminem inveni, cui eas tuto committerem, has eis reddi cura, & junge tuas, quibus eos ad Fidem Orthodoxam defendendam exhorteris, & quid respondeant, si de iis, quæ Romæ acta sunt, interrogentur, edoceas. Sæculum XI. A.C. 1054.

§. XV.

Constantini Monomachi obitus. Theodora Imperatrix.

Eodem anno millesimo quinquagesimo quarto Constantinus Monomachus Imperator ex podagræ doloribus, quibus toto Regni sui tempore afflictus fuerat, obiit. Hilaris animi Princeps, ex quo *Mich. Psel. 1. M. S. Cedre. p. 790. 791.*

Sæculum XI. A.C. 1054.

Zonar. lib. XVII. c. 27. 28.

Imperium consecutus fuit, totum se quieti & voluptati dedit; unde ejus pigritia Reipublicæ vires haud parum accisæ. Sclerenæ nobilissimæ stirpis feminæ amore captus, non nunquam inter ipsam & Zoem Imperatricem medius conspici sustinuit. Zoem, cui in acceptis referebat, quod Imperator esset, annos natam septuaginta duos ante ipsum e vivis profectam, dissimulatis defunctæ vitiis & criminibus, Sanctarum matronarum catalogo inseri cupiebat. Elata uxore Concubinam barbaram ex natione Alanorum amavit, cui titulum *Sebaste*, id est *Augusta*, tribuit, cum eam publice Imperatricem denunciare verecundaretur. Inter hæc Monasterium magnifici operis honori S. Georgii Sacrum in loco, qui *Mangane* dicebatur, extrui jubebat, quod ut posset perficere, tributis immodicis imperatis populi invidiam in se concitavit. Attamen comperto, quod in Magna Ecclesia Constantinopolitana non nisi in Festis præcipuis, in Dominicis & Sabbatis S. Sacrificium offerri inopia permitteret, opes suppeditavit, unde quotidie celebrari posset, eidemque Ecclesiæ Vasa pretiosa aliaque ornamenta plurima donavit. Tandem e vita decessit trigesima Novembris, anno millesimo quinquagesimo quarto, Indictione octava, postquam annis duodecim & mensibus ferme

ferme sex imperasset, atque in suo Monasterio Manganensi sepultus est. Tum Theodora Zois soror sola Augusta salutata anno uno & mensibus novem femina viris imperavit. Constantini ætate duo Duces Patzinacorum, de Gente Scytharum, cum multis popularibus suis ad Fidem conversi sunt, præsidium contra Principem suum, a quo male afficiebantur, habituri. Unde dubitandi superest locus, an ejusmodi Barbaros vel veritas magis, vel proprii commodi spes ad amplectendum Religionem Christi permoverit.

Sæculum XI. A.C. 1054

Cedr. p. 775.

§. XVI.

Concilium Narbonense.

In Francia eodem anno millesimo quinquagesimo quarto, Indictione septima, vigesima quinta Augusti Narbonæ celebratur Concilium decem Episcoporum; aderant nempe Concilii Præses Guifredus Archiepiscopus Narbonensis, Bernardus Biterrensis, Guntherius Agathensis, Rostagnus Lutevensis, Arnaldus Magalonensis, Frotarius Nemausensis, Guifredus Carcassensis, Berengarius Gerundensis, Guifredus Barcinonensis, & Guilielmus Albigensis. Ceterum hoc Concilium Archiepiscopi industria, & opitulantibus Comite Petro Raimundo atque Berengario Vicecomite convocatum, cui

tom. 9. Conc. p. 1072.

Sæculum XI. A.C. 1054. etiam magna multitudo Abbatum, Clericorum, Nobilium, aliorumque Laicorum interfuit. Causa conveniendi erat, Sup. l. LIX. §. 28. §. 41. Treugam Sacram confirmare, quem in finem Canones viginti novem conditi. Igitur iterato præcipitur, ne Christiani c. 2. Christianos lacessant ab occasu solis quartæ Feriæ, usque dum secunda Feria illuxisset. Item a prima Dominica Adventus usque ad Octavam Epiphaniæ, & a Dominica Quinquagesimæ usque ad Octavam Paschæ, rursusque omnibus diebus Festis & Jejunii, qui nominantur. Re- c. 3. c. 4. 5. fractarii anathematis vinculo subjaceant, c. 7. aut si quemquam occiderint, perpetuo damnentur exilio. Quicunque voluerit appropinquante Treugæ tempore munimentum condere, quindecim diebus scientibus omnibus ante dictum tempus incipiat. Quod ideo cavebatur, ne omnes hoc temporis spatio, quo ab omni infestatione tuti fuissent, ad munienda valla arcesque uterentur.

Debitores, qui negant debitum, ex c. 8. Ecclesia projiciantur, & nemo in illorum Parochia Sacris operetur, usque dum reddant, quod debent. Oliveta nemo c. 9. Christianorum præcidere audeat, quia de eorum liquore Sanctum Chrisma conficitur, & Sancta Altaria illuminantur. Oves, earumque pastores, vi Sanctæ c. 10. Treugæ, nullo tempore & nullo loco ullus

lus Christianorum lædere audeat. Pacem in Ecclesiis nullus hominum infringat, nemo quidquam e locis infra triginta passus ab Ecclesia distantibus auferre præsumat, nemo Ecclesiarum Bona aut reditus occupet. Clericos, monachos, Sanctimoniales & socios earum sine armis iter facientes nemo invadat, aut res Personarum Deo Sacrarum diripiat. Mercatores & Peregrinantes nemo spoliet. In hoc Concilio pœnæ temporales spiritualesque miscentur, quia utraque potestas juncta erat. Exinde elapso ferme biennio Episcopi viginti duo ejusdem & finitimarum provinciarum cum Archiepiscopis Arelatensi & Viennensi, Concilio ad S. Ægidium celebrato, tres Canones ad confirmandam pacem condiderunt.

Sæculum XI. A.C. 1054.

c. 11. 12. *&c.*

c. 13.

c. 24.

tom. 9. *Conc. p.* 1082.

§. XVII.

Victor II. Papa.

Cum Legati Pontificii Constantinopoli redeuntes, in Italiam perveniissent, Constantini Imperatoris donis tam sibi quam S. Petro oblatis onusti, & per Ditiones Trasimundi Comitis Tietani commearent, ab eo capiuntur, detinentur, & tandem omnibus rebus, quas attulerant, spoliati dimittuntur. Inter hæc Romani defuncto Leone Papa Hildebran-

Chro. Cass. II. c. 88.

Sæculum XI. A.C. 1055. c. 89.

dum (*) Ecclesiæ Romanæ Subdiaconum cum mandatis ad Henricum Imperatorem mittunt, nomine Cleri, Populique Romani in Germania Papam electurum, quem S. Petri Cathedra dignum arbitraretur, quod tanto oneri parem in Ecclesia Romana invenire esset nullum. Pro-

Contin. Herm. an. 1054.

cessit vero hæc Electio in Conventu Moguntiæ habito, ubi Hildebrandus Gebhardum Episcopum Eichstetensem, Imperatorem sanguinis propinquitate proxime contingentem, quod Romani exoptabant, Summum Pontificem ab Episcopis eligi curavit. Dolebat Imperator virum carissimum a latere suo avelli, dicebat, eum sibi summe necessarium esse, aliosque, quos regendæ toti Ecclesiæ magis idoneos putabat, suggerebat; sed Hildebrandum a sententia sua dimovere non potuit. Gebhardus quoque Papalem Dignitatem recusabat. Nam aliunde rebus gerendis aptissimus, nemo, si Imperatorem excipias, in toto Regno ipso potentior aut opulentior degebat. Quibus omnibus non obstantibus Hildebrandus Gebhardum licet invitum & invito Imperatore Romam deduxit. Et fuere

(*) Monachum O. S. P. N. Ben. futurum Pontificem, Gregorium VII. cujus etiamnum Subdiaconi maximam in Italia & Germania auctoritatem fuisse videmus.

Sæculum XI. A.C.1055.

fuere, qui huic cauſæ adſcriberent, quod hic Papa monachos, nam Hildebrandus monachus erat, averſatus fuerit. Ergo Romæ, cunctis ordinibus venerationem & lætitiam profitentibus excipitur, Papa ſalutatur, in poſſeſſionem Sacræ Sedis in Cœna Domini decima tertia Aprilis anno milleſimo quinquageſimo quinto mittitur, & Victor II. nominatur. Sedit vero annis duobus & tribus menſibus, Eccleſia Eichſtetenſi ſibi usque ad mortem reſervata. Quidam Subdiaconus, ut Papam interimeret, toxicum calici immiſit, quem cum poſt conſecrationem Victor elevare non valeret, in terram proſtratus cum populo Deum deprecatus eſt, ut ſibi hujus rei cauſam aperiret. Illico veneficus a Dæmone corripitur, & Papa, cognita hominis nequitia, calicem unacum Sanguine Domini Noſtri arcæ cujusdam Altaris includi jubet, apud Reliquias ad perpetuam rei memoriam aſſervandum. Tum iterum cum populo in terram demiſſus tamdiu oravit, usque dum Subdiaconus liberaretur. Lambertus, Scriptor gravis illius ætatis, iſtud prodigium literis mandavit.

Cont. Herm.

Lambert. an. 1054.

§. XVIII.

Hildebrandus Legatus in Francia.

Cum Imperator eodem anno in Italiam veniſſet, Feſtis Paſchæ Mantuæ & Pente-

Cont. Herm. Petr. Dam. l. IV. ep. 12.

Sæculum XI. A.C. 1055.

Pentecoſtes Florentiæ transactis, ibidem Papa, præſente Principe, magnum Concilium celebravit, in quo complures abuſus ſublati, & inter alia Decretum de Bonis Eccleſiarum non alienandis renovatum. Inter hæc Victor Papa Hildebrandum Subdiaconum in Franciam mittit ad reprimendam Simoniam, quæ præcipue in Italia & Burgundia graſſabatur. Ille Concilium Lugduni convocat, ubi prima die accuſatur quidam Epiſcopus, quod Simoniace in ſuam Eccleſiam intraſſet, & quia hæc cauſa una die plene diſcuti non poterat, differtur in alteram. At illa nocte Epiſcopus accuſatus rigorem Judicis ſui, quem inflexibilem ſciebat, reformidans, accuſatores ſuos & teſtes data pecunia corrupit. Tum ubi illuxit, Concilium intravit præfidenter quærens, ubi accuſatores ſui eſſent. Tacentibus omnibus, Hildebrandus Legatus, ducto gravi ſuſpirio ad Epiſcopum reum, *credisne*, inquit, *Spiritum Sanctum cum Patre & Filio ejusdem Subſtantiæ eſſe?* reſpondit ille: *credo.* Rurſusque Hildebrandus: *ergo dic, Gloria Patri &c.* Epiſcopus cœpit quidem orationem pronunciare, ſed ter fruſtra conatus Spiritum Sanctum proferre non valuit. Tunc vero Legati pedibus advolutus, & crimen confeſſus ab Epiſcopatu deponitur, moxque totum *Gloria Patri* expedita voce

vit. Greg. VII. n. 57. tom. 9. Conc. p. 1080.

voce recitavit. Hanc rem teſtatam faciunt Caliſtus II. Papa, qui anno 1120. S. Sedem tenuit, & S. Hugo Abbas Cluniacenſis. Petrus Damiani autem id ipſum ex ore Hildebrandi accepiſſe affirmat, dicitque, in illo Concilio Epiſcopos ſex ob varia crimina fuiſſe depoſitos. Sæculum XI. A.C. 1055. *Opus. XIX. c. 6.*

Eodem Hildebrando, & quodam Cardinali, nomine Gerardo, etiam S. Sedis Legato, hoc ipſo anno Concilium Turone celebrantibus, Berengario & Lanfranco præſentibus, cum Berengario poteſtas fieret opinionem ſuam propugnandi, atque animus deficeret, publice Fidem communem Eccleſiæ confeſſus eſt, juramento affirmans, ſe deinceps hanc veritatem creditурum eſſe, & Legati, poſtquam formulæ Confeſſionis ſua manu ſubſcripſiſſet, ad Communionem admiſerunt, quem ſincere converſum arbitrabantur. *tom. 9. Conc. p. 1081. Mabil. præf. Sæc. 6. n. 23.*

§. XIX.

Maurilius Archiepiſcopus Rotomagenſis.

Eodem anno celebratum eſt Concilium Rotomagi, ubi Maurilio Archiepiſcopo præſidente de Continentia Clericorum & de ſervandis Canonibus actum. In illo Concilio creditur Confeſſio Fidei concinnata, in qua affirmatur, quod panis ſuper Altare poſitus nihil ſit niſi panis.

Sæculum XI. A.C. 1055.

nis ante consecrationem, sed postea mutetur in substantiam Corporis JEsu Christi, & pariter etiam vinum in Sanguinem, addito anathematismo in omnes illos, qui hanc Doctrinam oppugnarent. Maurilius eodem anno successerat Maugero, qui turpi morum licentia Sedem Rotomagensem infamabat, & Bona prodigalitate sua dissipabat. Juvenis in illam Sedem evectus, eam annis octodecim tenuit, sub Summis Pontificibus Clemente II. Damaso II. & Leone IX. quorum nullus ei Pallium concessit. Sæpius Romam vocatus, ut Conciliis interesset, obedire contempsit. Tandem Guilielmus Dux, ejus nepos, postquam sæpius refractarium monuisset, hoc anno millesimo quinquagesimo quinto Lexovii Concilium agi curavit, in quo præsidente Hermenfredo Episcopo Sedunensi in Valesia, Leonis IX. Papæ Legato, præsentibus omnibus provinciæ Rotomagensis Episcopis Maugerus depositus est. Ecclesia sua privato Dux Insulam prope territorium Constantiense sitam donavit, ubi postquam compluribus annis vitam Episcopo indignam duxisset, se ipsum in maris undis suffocavit, relicto filio, nomine Michaele, qui deinde omnes generosi Equitis partes implevit.

2. *Analect.* p. 461.

Gesta Guil. p. 194. 195. *Order. Vital.* l. 5. c. 45.

Act. Archiepisc. Rotomag. to. 2. *Analect.* pag. 439. *Chr. Cadom. hist. Norm.* pag. 1017.

Maurilius, in locum Maugeri subrogatus, natus erat ex familia nobili in Dioe-

Sæculum XI. A.C.1055.

Diœceſi Remenſi, atque in Eccleſia ejusdem civitatis educatus, Leodium divertit, ut ibi artibus liberalibus imbueretur, indeque Eccleſiæ Halberſtadienſis Scholaſticus compluribus annis ab omnibus honoratus degit. Verum Cœleſtis vitæ deſiderio flagrans & Mundum faſtidiens in Cænobio Fecamenſi, veriſimiliter tempore Guilielmi Abbatis, Monachum indutus, diu magno virtutis ſplendore radians ibi permanſit. Rurſusque majoris perfectionis amore ductus, Abbate ſuo conſentiente in Italiam profectus, cum Gerberto, amico ſuo, Sancto & docto Monacho, poſtmodum ad S. Vandrillum Abbate, aliquamdiu inſtitutum Anachoreticum manibus ſuis laborans profeſſus eſt.

Elog. Sæc. 6. Ben. par. 2. p. 222.

Abbate S. Mariæ Florentiæ fatis functo, cum Bonifacius Marchio, illius regionis Dominus, illud Monaſterium Maurilio contuliſſet, ut ut animus repugnaret, viris probis id ſibi ſummopere ſuadentibus, onus ſubiit, diuque ibi perſeveravit, nihil antiquius habens, quam ut monachos ſuos ad ſervandam S. Benedicti Regulam compelleret. At peſſimi monachi, vitæ licentiæ ſub ejus Anteceſſore aſſueti, S. Viro inſidiari & venenum parare cœperunt. Quare intelligens, quod inter perditos homines ſine ſpe fructus vitam ſuam periculo committeret,

Sæculum XI. A.C. 1055.

ret, iis relictis Fecamum rediit, unde, cum reliquos vitæ dies in quiete monastica transacturum se sperat, evocatur, & Archiepiscopus Rotomagensis anno millesimo quinquagesimo quinto ordinatur. Eodem anno in Ecclesia sua Cathedrali Concilium cum omnibus suis Suffraganeis, Duce Guilielmo præsente, ad reparandam Disciplinam sub tribus suis Antecessoribus Hugone Roberto & Maugero penitus collapsam, ut meminimus, celebravit. Ceterum Maurilius Sedi Rotomagensi annis duodecim præfuit.

§. XX.

Theodoricus Abbas S. Ebrulfi.

Anno sequente millesimo quinquagesimo sexto Maurilius * Archiepiscopus ad Monasterium S. Ebrulfi se contulit, concordiam inter Theodoricum Abbatem, & Robertum Priorem reducturus. Huic Monasterio pridem collapso, & diu deserto, postquam duo viri nobiles, Hugo de Grentemaisnilio & Robertus ejus frater illud restaurassent, primum Abbatem præfecerunt Theodoricum, monachum Gemeticensem in Regione Caletensi natum, cui Hugo Episcopus Lexoviensis Benedictionem Abbatialem anno 1050. contulit. Ille suscepto Monasterii Regimine ædes destructas reparavit, & intus exactam disciplinam servari curavit;

* aliis Malgerius.

Elog. Sæc. 6. Act. Ben. p. 2. p. 134. ex Order. lib. 3. &c.

ravit; unde istud Cœnobium Schola celeberrima, sive Doctrina, sive mores spectentur, evasit. Ipse Abbas Theodoricus pro manuum labore Libros describebat, & Monachos suos eidem studio vacare jubebat, ita, ut illa Domus Bibliotheca, pro illorum temporum ratione, satis clara locupletaretur. Sæculum XI. A.C. 1056.

Tanta vero Disciplinæ interioris cura quibusdam ex monachis ejus murmurationis occasio fuit. *Unde illi alantur*, inquit, *qui orationi totos se dedunt, si nemo extra monasterium laboret? non est dignus nomine Abbatis, qui in claustro totus lectione & scriptione occupatur, cum de alimentis fratrum parandis solicitus esse deberet.* Nemo autem Theodorico adversabatur ferocius ejusdem monasterii Priore, ex Fundatoribus altero, Hugonis de Grentemaisnilo germano. Juvenis is erat, bonis alias moribus, sed ob illustres natales, & opes monasterio collatas insolens, audax & præceps, facile ad iracundiam mobilis, magis ad imperandum, quam ad obediendum pronus, semper ad dandum & accipiendum paratus.

Theodoricus Abbas, postquam Roberti jurgia & temeritatem diu tulisset, videns, patientiam suam non prodesse, sed scandalum in Congregatione crescere, Guilielmum Ducem Normanniæ adit,

Sæculum XI. A.C. 1056. Baculum pastoralem reddere vult insignum quod Abbatiam dimitteret. Verum Dux saniore consilio hujus causæ judicium reliquit Maurilio Archiepiscopo, qui ad S. Ebrulfi monasterium, acceptis sociis Fulberto, qui ipsi a consiliis erat, Hugone Episcopo Lexoviensi, illius Abbatiæ Diœcesano, Ansfrido Abbate Pratellensi *, Lanfranco Priore Beccensi, & compluribus aliis non vulgaris prudentiæ viris, se contulit. SS. Petri & Pauli Festo anno millesimo quinquagesimo sexto ibi celebrato, & causa dissidiorum diligenter discussa, Theodorico Abbati præceptum, ut monasterium eo modo, quo huc usque, regeret, Robertus vero Prior monitus, ut ei in cunctis submitteretur.

* de Preaux.

Ita Monasterium S. Ebrulfi aliquamdiu pacem habuit. Sed cum Robertum indoles sua quiescere non sineret, iterum turbas commovit. Unde Theodoricus Abbas abire serio constituit; igitur S. Ebrulfi monachis ad Capitulum convocatis denunciat, se ad peregrinationem Jerosolymam suscipiendam accingi, suamque Benedictionem impertitur. Tum primum Lexovium ad Episcopum suum delatus, eidem curam animarum sibi antea commissarum commendat, atque iter ingreditur omnibus amicis ejus discessum vehementer lugentibus. Verum

rum ultra Insulam Cyprum non perve- Sæculum XI.
nit, ibi enim cum Ecclesiam intrasset, A.C.1056.
senio & laboribus confectus subito de-
fecit, animamque exhalavit, prima die
Augusti anno millesimo quinquagesimo
octavo. In eadem Ecclesia honorifice
sepultus, & Sanctorum numero adscri-
ptus est.

§. XXI.

Concilium Tolosanum.

Victor II. Papa Legatos suos Raimbal-
dum, Archiepiscopum Arelatensem,
& Pontium Archiepiscopum Aquensem, *tom.9. Conc. p. 1084.*
Tolosæ Concilium celebrare jussit, cui
Guifredus Archiepiscopus Narbonensis
cum Arnaldo Episcopo Tolosano, & qua-
tuordecim alii Præsules, universim octo-
decim interfuerunt. In hac Synodo de-
cima tertia Septembris anno 1056. con-
gregata tredecim Canones conditi, ple-
rique contra Simoniam; & in provinciis
Galliæ Hispaniæque, quousque illorum
Episcoporum Jurisdictio extendebatur,
observari jubentur. Inter alia statutum,
ut si quis Clericus eo consilio monasticam
professionem amplectatur, ut Abbas eli-
gatur, in illo monasterio semper mona- *c. 5.*
chus, & nunquam Abbas, sub pœna ex- *c. 7.*
communicationis esse compelleretur.

In eodem Concilio Berengarius Vi-
cecomes Narbonensis querelas adversus

Sæculum XI. A.C. 1056. Guifredum Archiepiscopum exposuit in hunc ferme modum: *Illo tempore, quo Ermengaldus avunculus meus Archiepiscopatum obtinebat, Ecclesia Narbonensi nulla pinguior ab Urbe Roma usque in Hispaniam fuit, agris & castris dives; Ecclesia libris & vasis argenteis abundabat, Canonici statutis horis officio Divino vacabant. Quo Archiepiscopo fatis functo, Narbonam ad nos venit Guifredus Comes Cerdaniensium, cujus sororis nuptiæ mihi obtigerant, parentibusque meis & mihi consilium suum aperuit, cupiens, ut filio suo, tunc decenni, Archiepiscopatus conferretur, & promittens, daturum se esse centum millia solidorum, quæ parens meus & Comes Rutenensis inter se partirentur. Nolebant acquiescere parentes mei, sed ego affinitatis fœdere motus & simulata deceptus amicitia in recusantes usque adeo excandui, ut mortem genitoribus meis comminari ausus sim, nisi in meam concederent sententiam. Pater furori meo cedens consensit, Guifredus centum millia solidorum numeravit, nosque Archiepiscopatum contulimus ejus filio, qui juramento se adstrinxit, testem Deum invocans, se, si Antistes noster esset, uti est, nec nobis, nec nostris, nec Ecclesiæ Metropolitanæ damno futurum.*

Postquam vero in Cathedra sedit, crescente ætate, cum sperarem ipsum mihi auxi-

auxilio fore, me nequitia Diabolica laceſſens ad indignationem commovit, novas arces extruxit, & cum ingenti exercitu movens adverſus me bellum funeſtum intulit, in quo utrinque mille ferme homines cæſi. Tunc vero caſtra, villas & prædia Eccleſiæ atque Canonicorum abſtulit Deo & famulantibus ei, deditque Diabolo & militantibus illi; unde jam Laici Bona Eccleſiaſtica tanquam allodialia poſſident. Inter hæc Eriballo Urgellitenſi Epiſcopo e vivis erepto, Guifredus Archiepiſcopus noſter hunc Epiſcopatum Guilielmo fratri ſuo acquiſivit, datis centum ſolidorum millibus. Cujus rei mihi nulla cura fuiſſet, niſi id maximo meo damno feciſſet; nam ut pecuniam promiſſam dare poſſet, theſauros Eccleſiæ ſuæ exhauſit, Cruces & ſcrinia Reliquiarum argentea, patenas aureas argenteasque, abſtulit, & in Hiſpaniam miſſas aurificum Judæorum manibus tradidit. Codices quoque, Cappas, chlamydes, Dalmaticas vendidit, Clerici in diverſa ſparſi, nullique niſi inopes & mendici ſuperſunt. Quod vero pejus eſt & pudendum! Comitiſſæ Urgelli Patrocinio & præſidio ſe ſe commiſit, fidem in manibus mulieris jurans; quam ob rem non a me ſolum, ſed etiam ab omnibus viris nobilibus patriæ noſtræ deſpici meritus eſt.

Sæculum XI. A.C. 1056.

Guifredus Narbonenſis.

Sæculum XI. A.C.1056.

Præterea Berengarius contra Archiepiscopum querebatur, quod Treugam Sacram, quam se servaturum juraverat, violasset, quod Sedem Episcopalem in vicum non sine magno urbis Metropoliticæ damno transtulisset, quamvis postea redierit. Item accusabat, quod dotem uxoris suæ, quæ erat Archiepiscopi soror, detineret. Tumque prosequebatur sermonem in hæc ferme verba: *Petii, ut causa nostra in Judicio Episcoporum suæ provinciæ & Archiepiscopi Arelatensis discuteretur. Noluit. Petii, ut res ad Legatum Apostolicum & hocce Concilium deferretur. Recusavit. Tandem ad S. Petrum & Papam appellavi, promittens, me causam meam Romæ etiam defensurum. Contempsit. Quin etiam me & uxorem meam, & liberos meos & ditionem nostram excommunicavit, probibuitque crudelis, ne parvulis Baptismus conferretur, ne Communio præberetur adultis, ne mortui sepelirentur. Nos autem, nisi timeremus Deum, vilipenderemus excommunicationem viri scelerati, a Victore Papa & centum viginti Episcopis anathematizati.* Id factum anno superiore in Concilio Florentino creditur. Et iterum Berengarius. *Scimus esse virum Simoniacum, qui omnes Ordines vendidit, & præsertim Episcopos usque ad ultimum obolum pecuniam constitutam solvere coegit.*

egit. Quod si non creditis, Episcopum Lutevensem & Helenensem interrogate. Ecclesias in Ditione mea non ante, quam constitutam mercedem accepisset, consecravit. Quam ob rem has querelas vobis & Deo offero, Justitiam expecto, quam si non consecutus fuero, ejus excommunicationem nihili faciam, Sacras Deo inducias in territorio meo non servabo. Rogo Papam in nomine Dei & Sancti Petri, ut me ab ista excommunicatione absolvat, causamque inter me & Episcopum meum judicet. Ego Romam ire vocatus non dubitabo, ipse nisi vinctus non ibit. Quæ has querelas Vicecomitis Narbonensis secuta fuerint, ignorantur.

§. XXII.

Henrici III. Imperatoris obitus. Henricus IV. Rex Germaniæ.

Henricus Imperator per literas invitatum ad se Papam excepit Goslariæ in Saxonia, ubi Festum Nativitatis Beatæ Virginis octava Septembris, anno millesimo quinquagesimo sexto, plerisque proceribus Regni præsentibus celebravit. Inde Bothfeldam digressus cum publicorum malorum atrocitate acerbe affligeretur, ægrotavit, veniam ab omnibus, quoscunque læsisset, petiit, omnibus, qui se ad iracundiam provocassent, ignovit, terras, quas invaserat, restituit, & electionem

Cont. Herm. Lamb. Schaf. Marian. Scot.

Sæculum XI. A.C.1056.

ctionem filii sui Henrici, Regis salutati, & Aquisgrani vigesima prima Junii, anno millesimo quinquagesimo quarto coronati, confirmari voluit. Tandem ex morbo post dies septem extinctus est quinta Octobris, annos natus triginta octo, cum Rex annis septendecim, & Imperator quatuordecim populos rexisset. Eo quasi consilio Principes totius Imperii potentissimos & clarissimos convocasse videbatur, ut sibi morienti adessent; quippe præter Summum Pontificem Patriarcha Aquilejensis, Episcopus Ratibonensis, Imperatoris propinquus, & Optimates tam Ecclesiastici, quam Laici pæne innumeri convenerant. Corpus defuncti Cæsaris Spiram translatum prope sepulchrum patris matrisque suæ in Ecclesia Beatæ Virginis, quam ipse extruxerat, sed necdum penitus perfecerat, terræ mandatum. De hoc Imperatore in Annales relatum, quod in Festis præcipuis cultum Imperialem de more non nisi ex licentia alicujus Episcopi, peccata sua confessus, & acceptis flagelli ictibus, induerit. Successit itaque defuncti filius, Henricus IV. necdum quinquennis, undecima Novembris anno 1051. natus. Unde annos quinquaginta Imperium tenuit. Primum Agnes Henrici Mater Rempublicam rexit, quam Victor Papa in frequentissimo Conventu Coloniæ habito

vit. S. Ann. Col. 4. c. 6. ap. Sur. 4. Dec.

Lamb. an. 1051.

bito cum Rege juvene, Balduino, Comite Flandriæ, & Godefrido Duce Lotharingiæ reconciliavit, totumque in Regnum, ut potuit, utcunque pacem revexit. Sæculum XI. A. C. 1057.

§. XXIII.

Victoris II. obitus. Stephanus X. Papa.

Victor II. Papa, Festo Nativitatis Domini Ratisbonæ apud Regem celebrato, in Italiam reversus, obiit in Thuscia, vigesima octava Julii anno millesimo quinquagesimo septimo, postquam annis duobus, mensibus tribus & dimidio sedisset. Hujus obitus nuncio a Bonifacio Episcopo Albanensi Romam celeriter perlato, complures Romani tam ex Clericis, quam civibus Cardinalem Fridericum, qui tunc Romæ versabatur, adeuntes consulunt, quis ipsius judicio Papa eligendus esset. Reliquo illius diei spatio, tota nocte, & sequente die in illa deliberatione consumptis, tandem Fridericus viros quinque nominat, inter illos, qui in iis regionibus degebant, ut ipsi videbantur, dignissimos, scilicet Humbertum Episcopum S. Rufinæ, Joannem Episcopum Velitrensem, Episcopum Perusinum, Episcopum Tusculanensem, & Hildebrandum Subdiaconum. Romanis vero dicentibus, nullum ex his sibi place-

Chro. Cass. l. II. c. 97.

Sæculum XI. A.C. 1057.

re, sed ipsum Fridericum Abbatem, Ecclesiæ Pastorem, esse electuros, respondit, id solum futurum, quod Deus decrevisset. Putabant non nulli expectandum esse Hildebrandi reditum, qui in Thuscia, quo Victorem Papam secutus fuerat, remanserat; sed alii rem neutiquam differendam esse rati, summo mane ad Fridericum Abbatem, in ædibus Pallariæ S. Andreæ diversantem, se conferunt, per vim ad Basilicam S. Petri ad vincula trahunt, Papam eligunt, & Stephanum (*) dicunt, quia illa die memoria S. Stephani Papæ secunda Augusti colebatur. Inde plaudentibus omnibus in Lateranum deducunt. Altera die, quæ erat Dominica, omnibus Cardinalibus, Clericis populoque confluentibus, & cum Neo-electo ad Vaticanum procedentibus, lætissimis omnium ordinum suffragiis consecratur.

Erat Fridericus Frater Godefridi Lotharingiæ Ducis, maximis illius ævi Principibus adnumerandi. Cum Archidiaconi munere in Ecclesia Leodiensi fungeretur, inde a Leono IX. Papa evocatus, & in Italiam deductus, Ecclesiæ Romanæ Cancellarius constituitur. Idem ex tribus Legatis anno 1054. Constantinopolim missis unus fuit, sed in Italiam redux,

Mabil. Sæc. 6. p. 2. p. 548.

Sup. §. 4.

(*) Aliis Nonus, aliis Decimus dicitur.

dux, Papam e vivis exceſſiſſe, & Hen- Sæculum XI.
ricum Imperatorem ſibi iratum compe- A.C. 1057.
rit, ſcilicet germano Godefridi Ducis, quem Henricus inimicorum ſuorum infenſiſſimum habebat, maxime poſtquam ille Dux Beatricem, Bonifacii Marchionis Thuſciæ viduam, matrimonio ſibi junxiſſet. Ut igitur Cæſaris indignationi cederet Fridericus, ad Montem Caſſinum ſeceſſit, ubi a Richerio Abbate ſuſceptus Inſtitutum monaſticum profeſſus eſt. Richerio anno 1055. fatis functo, Petrus monaſterii Decanus, Senex venerabilis a Monachis eligitur. Sed Victor II. Papa hac electione ſe inconſulto facta offenſus Cardinalem Humbertum ad montem Caſſinum mittit, ad inquirendum quid actum eſſet. Reclamabant monaſterii Seniores, dicebantque, ſecundum Regulam & Sacræ Sedis indulgentiam nemini mortalium, niſi ſolis monachis competere ſibi Abbatem eligere. Petrum Canonice & invitum fuiſſe electum, nec fratres Caſſinenſes, quicunque id præciperet, alium Abbatem recepturos. Humbertus, cum non haberet, quod opponeret, diſceſſit. Poſtea vero, quibusdam monachis turbas cientibus, Petrus libere ſe Præſulatu abdicavit; cumque Humbertus Capitulum convocaſſet, Fridericus monachus omnium ſuffragiis Feria VI. poſt Pentecoſten vigeſima tertia Maji

ibid. p. 583. Fridericus Abbas Caſſinenſis.

Sæculum XI. A.C. 1057. Maji anno milleſimo quinquageſimo ſeptimo Abbas electus eſt. Tum ſine mora in Thuſciam ad Papam profectus, ab eo ex Cardinali Diacono Presbyter Titulo S. Chryſogoni creatur, & Benedictione Abbatiali conſecratur, quam pro antiqua conſuetudine Abbas Caſſinenſis a nemine niſi a Summo Pontifice accipiebat. Mox relicto Papa Romam ſe conferens poſſeſſionem Tituli ſui S. Chryſogoni adiit; ſed vix uno menſe ibi commoratus, Papa acceptoStephani nomine ordinatur.

Stephanus quatuor menſibus Romæ moratus, Diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtudio accenſus, crebras Synodos habuit, in quibus de conjugiis Clericorum & Presbyterorum, nec non de inceſtis conſanguineorum nuptiis actum. Omnes Clericos, qui poſt interdictum Papæ Leonis incontinentes extiterant, de Choro Eccleſiæ exire præcepit, & quamvis relictis feminis pœnitentiam amplexi eſſent, ex Sanctuario ad tempus ejecit, & celebrandæ Miſſæ licentiam in perpetuum denegavit. Circa Feſtum S. Andreæ Papa Caſſinum ſe contulit, ibique duobus menſibus & ultra verſatus usque ad Feſtum S. Scholaſticæ decimam Februarii vitium proprietatis, quod a pluribus annis ſenſim irrepſerat, radicitus evelli juſſit. Munus Abbatis ſervaverat; ſed circa Natalem Domini graviſſimo morbo correptus,

Petr. Dam. ad Epiſc. Taur. opuſc. XVIII. c. 7.

reptus, cum se moriturum crederet, Successorem sibi eligi curavit Desiderium monachum, quem & ipsum S. Petri Cathedram conscendere videbimus. Sæculum XI. A.C. 1057.

§. XXIV.

Petrus Damiani Episcopus.

Stephanus Papa Petri Damiani merita non ignorans e solitudine sua evocatum, Episcopum Ostiensem & Cardinalium primum creavit, utpote virum Episcopali fastigio dignum & Ecclesiæ variis tempestatibus jactatæ maxime necessarium. Hæc quidem Papæ, Episcoporum, omniumque, qui Ecclesiam amabant, de Petro erat opinio. Ipse vero ad relinquendam dilectam solitudinem permoveri non poterat, & omnibus viribus reluctabatur. Hinc necesse fuit obstinato excommunicationis pœnam comminari, nisi flecti se pateretur, & Papa apprehensa cunctantis manu annulum dedit & Baculum pastoralem, solemne indicium, quod cum Ecclesia Ostiensi Sacra Sponsalia iniret. At ille nunquam non vim sibi illatam esse querebatur, & Episcopatus onera a se amoliri cupiebat. *vit. Pet. c. 14.*

Ad illud tempus, quo ad Episcopalem Dignitatem evectus est, referri potest Petri Damiani epistola data ad Episcopos Fratres suos, id est, septem Episcopos Cardinales, quos Episcopos Ecclesiæ

Sæculum XI. A.C. 1057.

siæ Lateranensis vocat, quod ipsorum esset absente Papa ibi Sacra peragere. Dicebantur etiam Collaterales, quod a Pontificis latere vix unquam discederent. Item Hebdomadarii, quod vice sua singulis Hebdomadis ministrarent. In exordio autem epistolæ Petrus in lamenta ob grandia Ecclesiæ mala effunditur. *Disciplina Ecclesiastica*, inquit, *ferme ubique jacet, Episcoporum congrua veneratio non est, Canones spernuntur, cuncti cupiditatibus suis indulgent. Christianorum nomen gerunt, & nomen Judæorum vivunt.* Deinde ostendit; Dignitatem Episcopalem non in exteriore pompa, non in vestibus magnifici operis, non in auro, aut cultu corporis pretioso, ut tunc perditæ ætatis mos ferret, non in equorum generosorum hinnitu, non in Equitum Præsulem comitantium multitudine positam esse, sed puritate vitæ & omnium virtutum exercitio sustentari.

Cod. Vat. ap. Baro. an. 1057.

Illam admonitionem Apostoli inculcat; Episcopum oportere esse irreprehensibilem, & adjicit: *Væ illis, qui cum mali sint pejores fiunt, gradum consequi cupientes, in quo optimi esse deberent. Hujusmodi sunt, qui abjecto amore patriæ Regum exercitus sequuntur in Regiones barbaras & ignotas. Ducuntur fortius Bonorum caducorum amore, quam spe cœlestis*

1. Tim. 3, 2.

stis mercedis, atque ut aliis aliquando im- Sæculum XI.
perare possint, prius servorum instar sub- A.C.1057.
jiciuntur. Non tam caro emerent Dignitates Ecclesiasticas, si semel tantum pecuniam darent. Nam sicut triplicis generis dona sunt, quibus Patronos nostros demereri solemus, ita etiam triplicis generis dantur Simoniaci; namque alii manu pecuniam tradunt, alii gravi corporis labore serviunt, alii lingua assentantur. Nunc vero, qui Reges ad castra proficiscentes ignavi comitantur, in omni genere Simoniaci esse convincuntur.

Stephanus Papa Abbatiam Montis- *Chro. Cass.*
Cassinensem quoad viveret sibi servare *l. III. c. 9.*
animo constituerat; unde approbata Desiderii Monachi electione, a proposito tamen non dimotus fuerat, eum Legatum suum ad Imperatorem Constantinopolitanum mittendi, sed illud denique decreverat, ut si Desiderius ab hac profectione rediret, se superstite, ei Regimen Abbatiæ committeret, si vero, priusquam Desiderius reverteretur, naturæ debitum solvisset, eum Abbatem recipere nemo recusare præsumeret. Ceterum Papa cum Desiderio Constantinopolim misit Stephanum Cardinalem, & Mainardum postea Episcopum S. Rufinæ, eisque epistolas Imperatori reddendas tradidit, jubens, ut Legatione sua perfuncti celeriter remearent. Hæc ineunte

anno

Sæculum XI. anno milleſimo quinquageſimo octavo
A.C. 1057. acta.

§. XXV.

Theodoræ obitus. Iſaacus Comnenus Imperator.

Cedr. p. 791. Zonar. lib. XVII. c. 29. Illa vero tempeſtate Græcis imperabat Iſaacus Comnenus. Nam Theodora, cum eſſet jam anus, & mortuo Conſtantino Monomacho, ineunte menſe Decembri, anno milleſimo quinquageſimo quarto, ſola Imperatrix ſuperſtes, nullum ſalutavit Imperatorem, ut obſequeretur ſuaſionibus Spadonum ſuorum, qui ejus nomen & auctoritatem obtendentes rerum potiebantur, præcipua Imperii munia inter ſe partiti. Ipſa, licet vetula, plurimos Regni annos ſibi pollicebatur, validis corporis viribus fiſa, & adulatione quorumdam monachorum, qui eam pluribus ſæculis ſanam & incolumem futuram promiſerant, deluſa. At non plus anno uno & novem menſibus regnavit. *Scylitz.* Leone Acridano Bulgarorum Archiepiſcopo vita functo Theodulum Monachum, patria Iconienſem, Monaſterii S. Mocii Abbatem, ſcientiarum quidem profanarum rudem, ſed Theologica Diſciplina apprime excultum & virtutibus ornatiſſimum ſubrogavit. Itaque Theodora, poſtquam Solium Græcorum tenuiſſet toto anno milleſimo quinquageſimo

quin-

quinto, & quinquagesimo sexto usque ad diem vigesimam secundam Augusti anno Salutis 1056. Mundi conditi sexies millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Indictione nona, obiit, nunquam matrimonio ligata. Cum ea Basilii Macedonis stirps extincta est. Sæculum XI. A.C.1057.

Ad extrema deductam Evnuchi impulerunt, ut Imperatorem pronunciaret Patricium Michaelem Stratioticum, senio gravem, solius belli artibus instructum, sed cetera Imperio imparem. Hinc post breve tempus seditiones in eum commotæ, & tandem decima Junii anno Salutis millesimo quinquagesimo septimo, Mundi sexies millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Indictione decima, Isaacus Comnenus Imperator salutatus. Michael quidem bellum adversus æmulum gerere parabat, sed ante duorum mensium lapsum loco cedere coactus est. Ubi Patricii complures Isaacum Civitati Constantinopolitanæ imminere sciverunt, die ultima Augusti summo mane ad S. Sophiam sequente magno agmine confluunt clamantes; descenderet Patriarcha, instare enim difficillimum negotium, atque ipsius consilio opus esse. Tunc autem adhucdum Michael Cerularius sedebat, qui in suo conclavi obseratis foribus manens, & descendere nolens, misit nepotes suos, qui ad

Sæculum XI. A.C. 1057.

se referrent, quid Patricii vellent. Cum vero seditiosi minarentur, se Patriarchæ nepotibus mortem esse illaturos, nisi protinus ipse veniret, descendit, vestibus Pontificiis ornatus, & indignans, quod Patriarchæ vis pararetur. Tum eum in Ecclesiam portatum prope Altare collocant, & rogant, ut juramentum eorum Scripto Michaeli traditum ab ipso repeteret, moxque Comnenum Imperatorem proclamant, & omnes, Reipublicæ hostes, illos esse edicunt, qui non consentirent. Nemo prius Michaele Patriarcha, hanc electionem sibi probari, professus est, consentiente etiam Theodoro Patriarcha Antiocheno tunc præsente, & exclamante, diruendas esse Optimatum ædes, qui repugnarent.

Illico Patriarcha Constantinopolitanus ad Comnenum nuncios misit, qui monerent; iter Constantinopolim acceleraret, & pro accepto a se beneficio gratum animum afferret. Michaeli vero Stratiotico denunciari jussit; e Regia excederet, jam alteri destinata. Unde omnibus perspectum factum est, Michaelem Cerularium contrariam mentem simulasse, & seditionis non conscium modo, sed etiam auctorem extitisse. Michael Stratioticus ex Metropolitis ad se missis & petentibus, ut Imperio se abdicaret, quæsivit, quam mercedem, si obseque-

sequeretur, sibi Patriarcha promitteret, illisque respondentibus, fore, ut ipsi Regnum Cœli obtingeret, protinus purpuram ceteraque Dignitatis insignia abjicit, & e Palatio descendit, quasivero magno suo merito Imperium reliquisset, quod amplius servare non poterat. Sceptrum uno anno & decem diebus rotaverat. Altera die prima Septembris Comnenus Constantinopolim intrat, & in Magna Ecclesia solemni ritu a Patriarcha coronatur.

Sæculum XI. A. C. 1057.

Isaacus Comnenus ortus ex antiqua familia, quæ ex Italia advenisse credebatur, patrem habuit Manuelem, sub Imperatore Basilio *Bulgaroctono* toti Orienti præfectum, qui ante Imperatorem fatis cedens, ejusdem præsidio filios, quos relinquebat, commendavit. Erant Manueli duo filii Isaacus & Joannes, quem Isaacus, Imperium consecutus, Curopalatam & deinde Domesticorum Præfectum creavit. Ex posteris hujus Joannis plures in Imperiali solio fulserunt. Isaacus belli peritissimus, quæ sub regno Antecessorum suorum errata fuerant emendare, & ærarium exhaustum implere studuit. Eo consilio quorumdam monasteriorum opes accidit, & postquam rationem iniri jussisset, quantum singulis monachis sustentandis, salva paupertate, quam voto edito promisissent, sufficeret,

Cang. famil. Byz. 28.

Curopal. p. 808.

Sæculum XI. A.C. 1057.

superflua ad utilitatem Reipublicæ convertit. Id non nullis sacrilege factum videbatur, alii econtra æquitatem Principis laudabant, monachis adimentis occasionem, ne in deliciis vivere & vicinis suis lites movere possent. (*)

p. 807.

Isaacus Imperator Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ potestatem reddidit, libere sua negotia Imperatore inconsulto pertractandi, cumque ejus Antecessores Oeconomos reditibus præficerent, & custodes thesauri Ecclesiastici constituerent, ipse omnia tam circa res, quam personas Patriarchæ arbitrio reliquit. Antiquam quoque consuetudinem circa

(*) Wenn die reichen Klöster in der That dem Staate schädlich waren, so hat Isaacus Comnenus gerecht und klug gehandelt, daß er ihnen das überflüßige entzogen. Die Protestanten aber gehen zu weit; ja reden und handeln wider die Billigkeit und die Lehre JEsu Christi, wann sie die Klöster gar abgeschafft wissen wollen. Der Herr Windheim in seinen Erklärungen über Mosheims Kirchenrecht im ersten Hauptstück saget: es habe in der Kirche die Meinung eines eingebildeten Verdienstes der freywilligen Armuth eingerissen. Allein, Herr Windheim, die Verdienste einer freywilligen Armuth bestehen nicht in einer Einbildung. Denn Christus saget im Evangelio Matth. XIX. Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo;

circa jura Episcoporum in Ordinationibus & pensionibus Parochialibus revexit, nempe pro Ordinatione simplicis Clerici vel Lectoris petere licebat unum nummum aureum, pro Ordinatione Diaconi tres, itidemque tres pro Presbyteri Consecratione, & universim septem. A Parochia, quæ triginta patresfamilias numerabat, accipere poterant unum nummum aureum, duos argenteos, unum vervecem & alia, quæ enumerantur. Ab aliis parochiis pro numero Fidelium pensiones varie exigebant. Ex his in Ecclesia Græcorum Ordinationes gratis non fuisse collatas videmus.

Sæculum XI. A. C. 1057.

Jus Græco. Rom. lib. 2. p. 121. v. Cang. Glos. Sar. Gr. p. 578.

cœlo; & veni, sequere me. Wiederum lesen wir an eben diesem Ort die Worte des Heiligen Petrus v. 27. Tunc respondens Petrus, dixit ei, ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Da sehen wir, daß Christus die freywillige Armuth den Christen gerathen habe, damit sie ihnen einen Schatz in dem Himmel sammelten, und daß der Heil. Petrus geglaubet habe, solche verdiene eine Belohnung, weil es Christus versprochen hätte. Der Herr Windheim aber will es besser verstehen, als der Heil. Petrus. Fürwahr ein mißliches Ding, wenn jemand ohne Zeugnisse der Kirche sich die Auslegung der Heiligen Schrift anmasset.

Sæculum XI. A.C. 1057.

§. XXVI.

Obitus Michaelis Cerularii. Constantinus Lichudes Patriarcha.

Curopal. p. 808. Michael Cerularius Patriarcha satis caro emptam sibi Imperatoris amicitiam ratus, immodeste Principem adire, nova quotidie beneficia petere, atque etiam, quando petita denegabantur, minari, se eum quem evexisset eodem brachio posse deprimere. Præterea, insolens factum! caligas purpuratas, Cæsareæ Majestatis insigne, induere ausus, dicebat, vix ullum, & ne vix quidem, inter Imperium & Sacerdotium esse discrimen. Cum vero a fidis hominibus ad Imperatoris aures hæc linguæ intemperantia delata fuisset, Michaelis consilia antevertere, & in Festo Archangelorum, quo Patriarcha Constantinopolitanus Officium Divinum in eorum Ecclesia celebrare debebat, rem exequi statuit (nempe in Festo S. Michaelis a Græcis sexta Septembris celebrari solito) igitur illa die Imperator *Baranguas*, id est, corporis sui custodes mittit, qui Patriarcham de throno suo probrose abstractum & mulo imposito unacum nepotibus suis ad maris littus perducunt, navemque conscendere jussum in Proconesum exilii sui locum devehunt. Tum Imperator, postquam cum quibusdam Metropolitis de ratio-

ratione Michaelem deponendi deliberaſ- Sæculum XI.
ſet, ad eundem miſit, qui hortarentur, A.C.1057.
ut Pontificatu ſe abdicaret, ſi Depoſitionis infamiam in publico Concilio vellet effugere. Reſpondit Patriarcha tanta conſtantia, ut jam Imperator ſpem abjiceret, fortem virum deponi poſſe. Sed ecce, Iſaacum hac de re ſolicitum interveniens Patriarchæ mors (*) ab ægritudine

(*) Da haben wir den Cerularius, einen hochmüthigen, und wider ſeinen Kayſer zweymal aufrühriſchen Mann, der ſich nicht geſcheuet, den Namen des Römiſchen Pabſtes aus dem Conſtantinopolitaniſchen Kirchenbuch auszulöſchen, und alſo eine Kirche ohne Oberhaupt, ohne Regierung, ohne Einigkeit ſtiften wollen. Er war ein Vorläufer des Luthers, welcher auch ſo unſinnig wider den Römiſchen Stuhl getobet, und das Haupt vieler, wider ſich ſelbſt, wie die Cadmeiſche Saat, ſtreitender Kirchen geworden iſt. Der Herr Windheim in ſeinen Anmerkungen über den Mosheim will auch eine Kirche ohne Regierung behaupten, und ſaget p. 25. Die ganze Gemeinde ſoll das Recht haben, dasjenige zu beſtimmen, was zur äuſſerlichen Einrichtung des Gottesdienſtes und zur nöthigen Ordnung erfordert wird. Und dieſes will er darthun aus der Stelle Matth. XVIII. 17. ich will ſolche herſetzen: Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo,

Sæculum XI. A.C. 1057.

animi liberavit. Tunc vero pœnitentia subiit, quod Patriarcham pessime habuis-

set

cælo, & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo. Mit diesen Worten stiftet Christus eine geistliche Regierung in seiner Kirche, und giebet den Vorstehern derselben eine geistliche Gewalt zu binden und aufzulösen. Die Auslegung aber des Windheims ist widersinnisch, und streitet wider andere Stellen der Heiligen Schrift. Denn gar keine, oder doch eine der Democratischen ähnliche Regierung ist mit den Worten JEsu Christi unvereinbarlich, da er Matth. XVI. zu Petro spricht: Et tibi dabo claves Regni Cælorum. Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cælis. Und sehen wir hier, daß JEsus Christus nicht der ganzen Gemeinde, sondern dem Heil. Peter allein eine sonderliche Gewalt und Recht, seine Kirche zu regieren, zulegt. So haben diese Stellen der heiligen Schrift alle rechtglaubige Lehrer mit der allgemeinen Kirche tausend fünf hundert Jahre ausgelegt, und ein abtrünniger Mönch, wie Luther, ist dawider kein glaubwürdiger Zeug.

Ferner saget Herr Windheim in seiner Anmerkung p. 25. Aus diesem ergiebt sich der grosse Unterscheid zwischen der Kirche Christi und einer andern Gesellschaft. Wir setzen denselben nicht darinn, wie die Päbstler, daß die weltliche Obrigkeit über die geistlichen Personen, über die Güter der Kirche, und über-

haupt

set, & in suo monasterio honorifice sepe- Sæculum XI.
liri eum jussit. Miraculum quoque Im- A.C.1057.

haupt in Kirchlichen Dingen nichts zu sagen habe. Nein, diese Lehre verabscheuet das ganze neue Testament, so wie die Vernunft. Unvergleichlich, Herr Windheim! denn freylich ergiebt sich aus diesem, daß er in seiner Unwissenheit eine grobe Unwahrheit und Verleumdung hingeschrieben. Denn z. B. in Oesterreichischen Erblanden und in Bayern hat die Landesherrschaft über die Güter der Kirche, der Klöster, und geistlichen Gemeinden, ja auch über die Personen, in so weit solches dem gemeinen Wesen nützlich oder schädlich seyn kann, alles zu sagen; ja es besitzet in Bayern kein Kloster unbewegliche Güter, oder auch nur eine einträgliche Gerechtigkeit, von was Art solche immer seyn mag, von welcher nicht der Landesfürst, wie es billig, eine Abgab einzieht. Uebrigens schämen wir uns nicht Päbstler zu seyn; denn der kein Päbstler ist, hat noch nie erwiesen, und kann auch nicht erweisen, daß er ein rechtglaubiger Christ sey.

Ich liese wiederum im allgemeinen Kirchenrechte der Protestanten des Herrn Mosheims p. 150. Wir haben also einige Rechte der Kirche wiederum zugestellet. An statt des Bischofes haben wir den Landesherrn gewählet. Und 152. Allein wir haben den Pabst, und die Person des Bischofes weggeworfen, und den Landesherrn an ihrer statt gesetzet. Was ist dieses? Der Heil. Paulus Act. c. 20. vos Spiritus S. po-

Sæculum XI. A.C. 1057.

peratoris mentem tetigit, quod in manu Patriarchæ accidisse dicebatur, cujus digiti decussati, quasi Episcopi Benedictionem pronunciantis, permansissent. (*)

Defuncto Cerulario Patriarcha Constantinopolitanus electus est Constantinus Lichudes, Protovestiarius seu Vestiario Præfectus, suffragiis Metropolitarum, Clericorum, populique suffultus, qui

S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei &c. oder vielmehr GOtt der Heil. Geist hat die Bischöfe über seine Kirche gesetzet, und die Rechtgläubigen haben es also fünfzehen hundert Jahre geglaubet und gehalten. Und ein junger Herr, wie Luther, will solches abschaffen; seine Jünger haben die Bischöfe weggeworfen. Ey, ey! Herr Mosheim, Herr Windheim! wie von Herzen schlecht ist euer Kirchenrecht! Daß die Katholische Kirche kein Staat im Staate sey, wird ein andersmal vorkommen.

(*) Studioso Lectori omnino notandum est, quod hic dicit Natalis Alexander Hist. Eccles. Sæc. XI. & XII. pag. m. 162. *Schisma tamen Cerularii in universam Ecclesiam Orientalem hoc Sæculo non est propagatum: Siquidem Alexander II. anno* 1071. *misit ad Michaelem Imperatorem Petrum Episcopum Anagninum Apocrisiarium, qui Constantinopoli mansit unum annum. Nec aliam ob causam Gregorius VII. anno* 1078. *Nicephorum Botoniatam excommunicavit, quam quod Michaele, qui cum Latinis communicabat, ejecto, Imperium usurpasset.*

qui Imperante Constantino Monomacho rebus in Curia & Republica feliciter gestis magnam sibi gloriam pepererat. Non nullis tamen ejus electioni adversantibus, Imperator occasione usurus, qua Patriarcharum electionem suæ subjiceret potestati, cum Constantinus Presbyter fuisset ordinatus, consecrationem Episcopalem differri præcepit, usque dum Constantinus in Concilio causam suam diceret. At ipse, cui consilium Joannis Comneni subolebat, omnibus, quæ objiciebantur, dilutis prætextum Ordinationem suam differendi sustulit. Hic Patriarcha a munificentia laudatus, cura pastorali non solum Ecclesiasticos viros, sed etiam totum populum fovebat. Sæculum XI. A.C. 1058.

§. XXVII.

Stephani Papæ obitus.

Stephanus Papa a Monte Cassino decima Februarii anno millesimo quinquagesimo octavo Romam remeans, eodem deduxit Alfanum Monachum, electum Archiepiscopum Salernitanum, quem in Hebdomada quatuor temporum mense Martio Presbyterum, & Dominica sequente Archiepiscopum ordinavit. Post modicum exinde temporis spatium ad Præpositum Montis Cassini mandata misit; quam celerrime posset *Chro. Cass. l. II. c. 98.* *c. 99.*

&

Sæculum XI. A.C. 1058.

& secreto aurum omne argentumque, quod in Thesauro Monasterii reperiretur, ad se deferret, addito promisso, se longe majorem divitiarum vim brevi remissurum. Nam in Thusciam proficisci constituerat, cum Duce Godefrido fratre suo consilia collaturus, cui coronam Cæsaream destinasse dicebatur, & postea cum eo reverti, ut Normannos, quam gentem summe aversabatur, ex Italia ejiceret. Monachi Cassinenses, acceptis Papæ mandatis afflictissimi, nihilominus altera die jussa exequuntur. Sed Papa conspecto thesauro, quem attulerant, exhorruit; tum etiam fratrum mœrore & quadam visione, quæ uni eorum objecta fuerat, commotus, facti pœnitens, fusis lacrymis divitias reddidit, solam imaginem, quam ex Græcia attulerat, servans. Quin etiam sive ante, sive post illud tempus Monasterium Cassinense pretiosis muneribus cumulavit. §. 102.

Episcopis deinde, Clericis populoque Romano in Ecclesia convocatis districte præcepit, ut si contingeret ipsum mori, absente Hildebrando Subdiacono, qui in Reipublicæ causis ad Imperatricem mittebatur, ad novam electionem non procederent, sed Sedes Vacans usque ad reditum Hildebrandi esset, & tunc ille eligeretur Ecclesiæ pastor, quem Hildebrandus idoneum judicaret. Rebus ita com- §. 100.

compositis Stephanus Papa iter in Thu- Sæculum XI.
sciam suscipit, ubi non post longam mo- A.C.1058.
ram subito morbo corripitur, ex quo
Florentiæ vigesima nona Martii, anno mil-
lesimo quinquagesimo octavo decessit.
Morienti adfuit S. Hugo Abbas Clunia- *vit. S. Hug.*
censis, qui tunc Florentiæ versabatur.
Sepultus est vero magna pompa in Eccle-
sia Cathedrali, ubi non nulla etiam pa-
trata miracula dicuntur.

§. XXVIII.

Benedictus Antipapa.

Inter hæc Gregorius filius Alberici Co-
mitis Tusculani, & Girardus Galesen-
sis, comperto Pontificis obitu, Romæ
noctu cum potentissimis urbis civibus &
magno armatorum agmine conveniunt,
Joannem Episcopum Velitrensem in Se-
dem Apostolicam intrudunt, & Benedi-
ctum appellant. Petrus Damiani, ut
Stephani Papæ Decretum servaret, cum
ceteris Cardinalibus reclamabat, anathe-
ma illis dicens, qui Papam factiose ele-
gissent. Quia vero Joannis Velletrensis
Fautores viribus erant superiores, Petrus
aliique adversantes fugere, & in diversis
locis latere coacti. Ceterum cum Petro
Damiani, Episcopo Ostiensi competiissetPapam consecrare, ipso fuga elapso Gre-
gorius, & suæ factionis homines, Archi-
presbyterum ejusdem comprehensum vi
adhi-

Sæculum XI. A C. 1058.

adhibita trahunt, & Benedictum suum coronare cogunt, Dominica Passionis quinta Aprilis, anno millesimo quinquagesimo octavo. Is Sacram Sedem mensibus ferme decem tenuit. Pallium Stigando Archiepiscopo Cantuariensi, qui id beneficii a Legitimis Pontificibus obtinere non potuerat, concessit. Nam hic Præsul, qui jam prius relicta Ecclesia minus pingui ad Vintonienſem transierat, simplicitate Eduardi, optimi Regis, abusus Archiepiscopatum sibi conferri curaverat, nec tamen Episcopatu aliisque compluribus Abbatiis se abdicaverat. In negotiis sæcularibus exercitatissimus, literarum tamen ignarus erat, ut plerique illa ætate Angliæ Episcopi; hinc causas Ecclesiæ perinde ac Reipublicæ tractabat, atque Episcopatus & Abbatias palam venales habens ambitioni & avaritiæ indulgebat. Ita Sedem Cantuariensem annis septendecim tenuit, cumque impetrare hactenus non valuisset, quamvis illa tempestate Romæ pecunia multum posset, ut sibi Pallium mitteretur, consilium cepit, Papam venerandi hunc Benedictum, quem ceteri Archiepiscopi ludibrio habebant. Atque ut gratum animum ostenderet Benedictus, eum Pallio decoravit. Romani Benedicto cognomen *Mincio*, seu magis *Minchione*, quo

Malmesb. Pontif. l. 1. p. 204.

quo homo ſtupidus idiomate Italico ſignificatur, per contemptum dederunt. Sæculum XI. A.C. 1058.

Deſiderio Abbate duobusque aliis Stephani X. Papæ Legatis Barii commodos ventos expectantibus, ut Conſtantinopolim ſolverent, ſub noctem ante Dominicam Palmarum Monachi a monte Caſſino advenientes nunciant, ad meliorem vitam tranſiiſſe Pontificem, & totius Congregationis nomine rogant, ut ſine mora reverteretur, ac Monaſterii regimen ſuſciperet. Deſiderius, ubi illuxit, iter arripit, timens ne a Normannis detineretur, ſed ſine cauſa; nam potius Guiſchardus eorum Dux iter facienti præſidiarios & equos conceſſit. Itaque ad montem Caſſinum pervenit ſummo mane in Feſto Reſurrectionis Domini, & ipſa die in poſſeſſionem Monaſterii mittitur a Cardinali Humberto, qui, ut Schiſmaticorum inſidias effugeret, Roma illuc diverterat. *Chron. Caſſ. l. III. c. 9. 10.*

§. XXIX.

Nicolaus II. Papa.

Poſt reditum Hildebrandi, Legatione ad Imperatricem perfuncti, comperta Electione, quam aliqui Romæ contra clarum Stephani Papæ præceptum moliti fuerant, Florentiæ moram trahens, datis ad Romanos electionem Benedicti damnantes literis, cum eorum conſenſum *c. 13.*

Sæculum XI. A.C. 058.

sum nulla addita conditione recepisset, Papam elegit Gerardum, Episcopum Florentinum, in Regno Burgundiæ natum.(*) Hæc electio sine tumultu sub præsidio Godefridi Ducis Lotharingiæ & Thusciæ

Lamb. an. 1059.

peracta, & Gerardus Nicolaus II. dictus. Inter hæc Optimates Romani, missis in Germaniam nunciis, Henrico Regi promittunt, fidem se servaturos esse, qua se parenti ipsius obstrinxissent, ideo etiam se tamdiu distulisse electionem Summi Pontificis. Rogant, ut quem vellet Romam Legatum mitteret, quippe per factionem hominum, contra Canones quemquam in Sacram Sedem intrudentium, legitimam electionem Pontificis impediri non posse. Rex Proceribus ad consilium adhibitis Gerardi electionem Romanis Germanisque gratam ratam habuit, & Godefrido Principi, ut eum Romam deduceret, præcepit.

III. Epist. 4.

Petrus Damiani super negotio duplicis hujus electionis a quodam Archiepiscopo consultus respondit in hunc modum: *Qui hodie Sacram Sedem tenet* (loquitur de Benedicto Antipapa) *Simoniacus est, meo quidem judicio, nulla ratione absolvendus; cum nobis, scilicet omnibus Episcopis Cardinalibus reclamantibus,*

(*) Hic secundus est, qui Hildebrandi auctoritate ad Summi Pontificatus apicem pervenit.

Sæculum XI. A.C.1058.

tibus, & anathema frustra intorquentibus, noctu factiose, & armatorum agmine tectus in possessionem Sedis missus fuerit. Deinde ejus fautores largitionibus rem perfici posse putarunt, pecunia in plebem per omnia Urbis compita sparsa, in ædibus passim malleorum ictus audiebantur, quibus nummi signabantur, S. Petri thesaurus ad satiandam avaritiam Discipulorum Simonis Magi exhauriebatur. Cum vero ad causæ suæ defensionem dicat, quod coactus fuerit Papa esse, quamvis id satis exploratum non habeam, nolo id ipsum tamen absolute negare; nam homo iste tam obtusum a natura ingenium accepit, ut credi possit nesciviſse, quid pro se amici importuni molirentur. Noxius tamen est, quia in luto, in quod eum aliorum conjecit malitia, propria voluntate hæret.

S. Petri Damiani Epistola.

Sed nolo in enarranda ejus electione longior esse. Dum vero nos Episcopi in diversis locis latitamus, quidam Presbyter Ecclesiæ Ostiensis, literarum tam rudis, ut ne quidem alphabetum cognoscat, vi adhibita a Satellitibus Satanæ abstrahitur, ad eum, quem ipsi elegerant, in Sacram Sedem invehendum. Intelligis utique, vir Jurisprudentiæ Canonicæ perite, hoc solum adjunctum ad eos damnandos sufficere. Si enim deponendus est Presbyter, qui munere Episcopi fungi ausus est, quid illi faciendum, quem hujusmodi Presbyter ordi-

Sæculum XI. A.C. 1058.

navit? Reſponderi potuiſſet; cum Joannes jam prius Epiſcopus Vellitrenſis eſſet, non aliud opus fuiſſe, quam ut inveſtiretur, quod Presbyter præſtare poterat.

Petrus Damiani deinde refert Decretum Stephani Papæ, ne ante reditum Hildebrandi electio fieret, & de Gerardo ſubjungit: *Quod ſpectat ad Papam electum, hæc mea eſt de ipſo opinio: eſt ſatis literatus, excitati ingenii, ſine ſuſpicione caſtus, in erogandis eleemoſynis pius. Plura non addo, ne magis unius hominis laus, quam totius Eccleſiæ emolumentum mihi curæ eſſe videatur. Alter autem econtra, ſi vel unum, non dicam Pſalmum, ſed cujuscunque Homiliæ verſiculum mihi valet exponere, victas manus do, ejusque pedes exoſculor. Monuiſti, ut ſecreto reſponſorias mitterem, ne in adverſa incurrerem. Abſit a me, ut in tali negotio aſpera perpeti ſubterfugiam. Quin peto, ut epiſtola iſta in publicum ſpargatur, ſicque, quid de communi omnium Chriſtianorum periculo ſentiendum ſit, omnibus notum fiat.*

Nicolaus II. Papa electus ad conſilium adhibet Hildebrandum & Cardinales quærens, quid in cauſa Antipapæ agendum eſſe exiſtimarent. Statutum, Concilium Sutrii, Patrimonii urbe, celebrandum eſſe, ad quod non ſolum Epiſcopi

Sæculum XI. A.C.1059.

scopi Thusciæ & Longobardiæ, sed etiam Godefridus Dux & Guibertus Cancellarius invitarentur. Et sine mora, quod placuerat, executi sunt. Hujus Concilii fama ad Antipapam perveniente, pœnitentia ductus, relicta Sacra Sede ad ædes proprias remeavit. Quod cum Nicolaus Papa percepisset, Cardinalibus iterum ad consilium vocatis, cum iisdem & Godefrido Duce Romam se contulit, sed placide, nullis armatis comitantibus. Agebatur vero annus millesimus quinquagesimus nonus, & mensis Januarius. Igitur Nicolaus Papa a Clericis populoque congruo honore Romæ exceptus Sacræ Sedi a Cardinalibus de more imponitur. Post paucorum dierum lapsum Joannes Antipapa amicorum consilio impulsus, Pontificis conspectum subit, ejus pedibus provolvitur sancte affirmans, se vim fuisse passum, non tamen negans, nec usurpatoris, nec perjuri notam plene a se amoliri posse. Papa latam in eum excommunicationis Censuram sustulit, ea conditione, ut ab Ecclesia S. Mariæ Majoris non discederet, ac ab Episcopatu & Presbyteratu depositus esset. Ita extinctum est Schisma; sed aliud Papam non modice affligebat, quod scilicet Præfecti a Pontificibus constituti Ducatum Romanum & Jura Ecclesiæ a se usurpata omnibus viribus sibi retinerent.

Gest. Rom. Pont. ap. Baro.

Sæculum XI. A.C. 1059.

§. XXX.

Desiderius Abbas Cardinalis.

Porro Nicolaus Papa missо ad Montem Cassinum nuncio Desiderio Abbati præcepit, ut sibi in Marchiam proficiscenti occurreret, & Abbas in Monasterio Farvensi ad eum perveniens inter sinceræ amicitiæ signa exceptus est. Papam deinde Auximum comitatus, ibidem sexta Martii, secundo Quadragesimæ Sabbato, Presbyter Cardinalis Titulo S. Cæciliæ ab eo ordinatus est, & altera die, Dominica, Benedictionem Abbatialem ab ejusdem manibus accepit, ampliſſimamque omnium privilegiorum Monasterii confirmationem. Præterea Summi Pontificis Vicarius ad reformanda omnia monasteria in Campania, Principatu, Apulia & Calabria constitutus est.

Chro. Cass. l. III. c. 13.

Desiderius Abbas inter maximos hujus Sæculi viros non ultimo loco collocandus, ex illustrissimo Principum Beneventanorum sanguine ortus, ab unguiculis Ecclesias frequentissime obibat, Sacras Lectiones avide audiebat, & cum viris piis sermones nectebat. At Desiderii parens, unicum habens filium, eum sæculo illigari cupiebat, cumque eum videret adolescere, puellam æque nobilem invito desponsavit. Inter hæc ipsius parente a Normannis perempto, juvenis

Chron. Cass. l. III. c. 1. 2. &c.

Act. SS. Ben. Sæc. 6. p. 586.

Dauſie-

Daufierius, hoc enim primum nomen Desiderio fuit, cum esset annorum circiter viginti, clam fugere constituit. Igitur consilio suo cuidam monacho sibi notissimo, nomine Jaquinto, communicato, consanguineis se se abstulit & Habitum monasticum ab Anachoreta, cui nomen *Santari*, accepit. Verum propinqui diligentissime conquisitum & inventum Sancta veste exuunt, & quasi prædam agentes Beneventum deducunt; ubi anno ferme integro in domo matris suæ arctissime custoditus. Nihilominus ex eorum manibus elapsus ad Gaimarum virum Principem, Propinquum suum, Salernum venit, cui, *si in patria mea*, inquit, *Monachum esse non licet, da saltem, ut hic sub tuo præsidio existere possim.* Ille singularem juvenis constantiam admiratus, promisit libertatem faciendi, quod vellet, seque propinquis ipsius invitum nunquam traditurum. Ita Daufierius aliquamdiu in Monasterio Trinitatis, quod ad Cavam nuncupatur, non procul a Salerno sito, versatus est, tandemque Landulfus Princeps Beneventanus, victus matris ipsius precibus, se ipsum Salernum contulit, & eum reduxit ea conditione, ut ei in monasterio S. Sophiæ prope Beneventum degere liceret; ubi a Gregorio Abbate

Sæculum XI. A.C.1059.

Sæculum XI. A.C. 1059.

hilariter exceptus, & mutato nomine Desiderius dictus est.

In illo Monasterio Desiderius, per aliquot annos piissime commoratus, transit ad Monasterium Tremitanum, in quadam Insula maris Adriatici extructum, quod olim a Diomede nomen habebat. Sed videns, quod illius loci Abbas munere suo se abdicaturus ipsum sibi in Abbatiali Dignitate subrogare cogitaret, discedens, tribus mensibus cum quibusdam Anachoretis mansit, & tandem jussu Summi Pontificis ad S. Sophiam rediit. Erat is Leo IX. qui post breve temporis spatium Beneventum digressus, & Desiderii merita, Cardinali Humberto & Friderico Cancellario commendantibus cognoscens, strenuum hominem singulari amore prosequi cœpit, jubens sæpe, ut ad Altare ministraret, & in Missa Evangelium cantaret. Salernum deinde Desiderius concessit, ut a morbo, quem abstinentia & vigiliis sibi conciliaverat, ope medicorum liberaretur; ubi Alfano Clerico nobilissimo ac prudentissimo amicitia junctus, eidem auctor fuit, ut vitam monasticam amplecteretur, & consentientem Beneventum ad S. Sophiam deduxit.

Desiderius Monachus.

Postquam Victor II. Leoni IX. in Sede Apostolica successisset, ejus indignationem formidans Alfanus, quippe ipsius fratres

fratres cædis in Gaimarum, Principem Salernitanum, perpetratæ auctores dicebantur, Pontificis benevolentiam sibi acquirere studuit. Id consequi sperabat elegantissimo cantu, in qua arte excellebat, & Medicinæ scientia, quam sibi non vulgarem comparaverat. Quem in finem aliquot libros Salerno attulerat. Cum igitur permultas potiones medicas composuisset & diluisset, Archiepiscopum Beneventanum Florentiam ad Papam proficiscentem secutus est, secumque Desiderium eo deduxit. At perpendens Desiderius, non decere monachum inter aulæ tumultus diu versari, Alfanum ad reditum permovit. Ergo supplices pedibus Pontificis accidentes valedicunt, & licentiam petunt ad Montem Cassinum pergendi, ibi secundum Regulam monasticam mores composituri, qua impetrata ad illud Monasterium commeant cum duobus monachis a Petro Abbate ad Papam missis, qui ipsum ad Abbatialem Dignitatem fratrum electione evectum fuisse nunciarent. In eo itaque monasterio Desiderius & Alfanus aliquamdiu degentes omnium fratrum amorem sibi conciliarunt, donec Gisulfus, Princeps Salernitanus, primum Alfanum Abbatem S. Benedicti prope Salernum & deinde ejusdem Civitatis Archiepiscopum, ut memoravimus, expetiit. *Sup.*

Sæculum XI. A.C. 1095.

Sæculum XI. A.C. 1059.

tiit. Complura Opera ab Alfano edita eum inter Scriptores Eccleſiaſticos hujus ſæculi celebrem effecerunt. Deſiderius Capuam ad Monaſterium S. Benedicti miſſus, ibique Præpoſiti officium obire juſſus, Eccleſiam reſtauravit. Poſtmodum, cum Fridericus Abbas Faſtigium Sedis Apoſtolicæ conſecutus fuiſſet & nomen Stephani IX. ſibi aſſumpſiſſet, ab eo Romam vocatus, Abbas ejusdem Monaſterii eligitur, atque Legatus ad aulam Conſtantinopolitanam deſignatur. Ædificia Monaſterii Caſſinenſis omnia reparavit, quartus Caſſini Reſtaurator poſt S. Benedictum, Petronacem, & Aligernum merito habitus.

§. XXXI.

Concilium Romanum.

tom. 9. Conc. p. 1105. Ap. Grat. diſt. 23. c. 1.

EOdem anno milleſimo quinquageſimo nono, menſe Aprili, Nicolaus II. Papa Romæ Concilium celebravit, cui Epiſcopi centum & tredecim præter Abbates, Presbyteros, Diaconosque interfuere. Concilii locus fuit Palatium Lateranenſe in Baſilica Conſtantini, Sacris Evangeliis in medio poſitis. Sedentibus omnibus Papa dixit: *Noviſtis, dilectiſſimi Fratres, quanta defuncto Stephano Anteceſſore noſtro hæc Apoſtolica Sedes a Simoniacis adverſa pertulerit, usque adeo, ut ipſa Petri navicula periclitari videretur.*

Sæculum XI. A.C.1059.

tur. Unde ut futuris casibus provide occurramus, auctoritate Patrum nixi decernimus, & statuimus, ut Papa (*) fatis functo inprimis Cardinales Episcopi de eligendo Successore deliberent, deinde Cardinales Clericos advocent, & tandem Clericorum aliorum populique consensus accedat. Memores simus illius sententiæ, quam Beatus Leo Antecessor noster protulit. Nulla, inquit, ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec a Clericis sunt electi, nec a populo expetiti, nec ab Episcopis illius provinciæ, cum judicio Metropolitæ, consecrati. Et quia Papa Metropolitam non habet, Cardinales Episcopi procul dubio Metropolitani vice fungantur.

Papa autem eligatur de gremio Ecclesiæ Romanæ, si reperitur idoneus, secus ex alia advocetur, salvo debito honore dilecti filii nostri Henrici, nunc Regis, & Deo concedente futuri Imperatoris, sicut ipsi promisimus, & salva reverentia illius Successorum, qui ab Apostolica Sede hoc jus personale impetraverint. Quod si pravorum potentia tanta fuerit, ut sincera & gratuita electio in Urbe fieri non possit, Cardinalibus Episcopis, reliquis

(*) Hic videmus, qua ratione jus eligendi Summum Pontificem tandem ad solos Cardinales pervenerit.

Sæculum XI. A.C. 1059.

Clericis, Laicisque Catholicis, etsi numero paucis, potestas sit, in quocunque loco visum fuerit, Papam eligendi. Et si post electionem bellica tempestas, vel quodcunque aliud obstaculum, ab hominum malitia profectum, prohibeat, ne de more in Sacram Sedem introduci queat, nihilominus auctoritate gaudeat, ut Legitimus Papa Ecclesiam Romanam regendi & de omnibus ejus Bonis decernendi, quod Beatum Gregorium ante suam consecrationem fecisse cognovimus.

Si quis contra hoc nostrum Decretum eligatur, ordinetur aut throno imponatur, anathema sit & cum omnibus consciis tanquam Antichristus, Usurpator, & Christianæ Religionis destructor depositus. Nec in hac causa unquam audiatur. Plura alia dira denunciantur violatoribus hujus Decreti, cui Papa, Bonifacius Episcopus Albanensis, Humbertus S. Rufinæ, Petrus Ostiensis, nempe Petrus Damiani, aliique numero septuaginta sex Episcopi cum Presbyteris & Diaconis subscripserunt. Hic Privilegium personale dicitur Jus Imperatoris Pontificis electionem approbandi, quod tamen in contextu hujus Historiæ jam per complura sæcula stabilitum perspeximus. Romana Curia hoc tempus, quo Rex Henricus minorennis erat, in suum commodum vertere voluisse videtur.

In

Sæculum XI. A.C. 1059.

In eodem Concilio Romano tredecim Canones conditi sunt, atque primus memorati Decreti de Electione Summi Pontificis compendium est. Deinde prohibetur, ne quis Missæ Presbyteri interfit, quem certo scit concubinam alere. Quicunque Presbyter, Diaconus, aut Subdiaconus, qui post Constitutionem Leonis Papæ concubinam duxerit, vel retinuerit, Missam celebrare, in Missa Evangelium vel epistolam legere, in Sanctuario dum Sacrum Officium peragitur manere, aut portionem suam de reditibus Ecclesiæ percipere non præsumat. Illi Clerici, qui secundum eandem Constitutionem castitatem servarunt, juxta Ecclesias, pro quibus ordinati sunt, simul manducent & dormiant, & quidquid illis ab Ecclesiis provenit, omnibus commune sit. Monentur, ut ad vitam Apostolicam, id est communem, pervenire studeant. Hæc est Canonicorum Regularium origo. (*) Aliquis

tom. 9. Conc. p. 1099.

c. 3. Canones Concilii Romani.

c. 4.

c. 8.

(*) Facilius Nili originem quam Canonicorum Regularium, eorumque Regulæ constans principium invenias. In Opusculis posthumis R. P. Magistri Christiani Lupi Ord. FF. Eremitarum S. Augustini lego, quod subjungo: *Literio Erasmus ait, Regulam scriptam ac datam solis Sanctimonialibus, idque ex occasione tumultus istius*

Sæculum XI. A.C. 1059

quis Presbyter duas Ecclesias simul nunquam obtineat. Nullus monachi habitum suscipiat, quod speret, se Abbatem futurum.

c. 7.

Præterea Decretum peculiare contra Simoniacos editum, in quo sine ulla misericordia deponi jubentur. *De illis vero*, inquit Papa, *qui a Simoniacis gratis ordinati sunt, quæstionem jam diu agitatam resolvimus, & ex indulgentia concedimus, ut in acceptis Ordinibus maneant. Nam tanta est multitudo illorum, qui ita ordinati fuere, ut circa eos rigorem Canonum adhibere nequeamus. Nihilominus Successoribus nostris omnino interdicimus, ne quis pro Regula habeat hanc nostram indulgentiam, quam temporum necessitas a nobis extorsit. Sed deinceps si quis se ab eo, quem Simoniacum noverit, ordinari patiatur, uterque deponatur.*

Ut

istius facti in Monasterio quopiam, cui præfuerat Germana Augustini Perpetua; Gabriel autem Pennotus scriptam & datam ait primo Canonicis Regularibus, ac dein Monialibus communicatam. Verum utrique male. Constanter enim dico, primitus eam ab Augustino scriptam ac datam Fratribus Eremitis prope Hipponem in agro Valeriano, ac ex intervallo communicatam tam Regularibus Canonicis, quam Sanctimonialibus &c.

Ut hæc Concilii Romani Decreta ob- Sæculum XI.
ſervari curaret, Papa Nicolaus, data ad A.C. 1059.
Epiſcopos, Clericos & Fideles Galliæ, præ-
ſertim Aquitaniæ & Vaſconiæ epiſtola, *p.* 1096.
partem eorum, quæ ſtatuta fuerant, ſi-
gnificavit, veriſimiliter quæ in iſtis pro- *ep.* 8.
vinciis magis erant neceſſaria, videlicet
Decretum de Clericis concubinas haben-
tibus, quos Nicolaitas appellat, & illud
de Clericorum continentium vita com-
muni. Item in ea Epiſtola præcipit, ut
Clerici Apoſtatæ, qui dimiſſa Tonſura
ſuæ Profeſſioni renunciant, excommuni-
centur. Rurſus qui ſpoliant peregrinos,
Clericos, monachos, feminas, vel paupe-
res inermes. Qui graſſatores Aſylum
Eccleſiarum violant in circuitu ſexagin-
ta paſſuum, ſi ſit major Eccleſia, & tri-
ginta paſſuum, ſi ſit Sacellum, excommu-
nicentur.

§. XXXII.

Berengarius retractat.

Berengarius Romam venerat ſedente
Nicolao ſecundo, confiſus præſidio il-
lorum, quos ſuis beneficiis ſibi devinxe-
rat. Sed opinionem ſuam defendere non *Lanfr. de*
auſus, Nicolaum Papam & Synodum *corp.*
centum & tredecim Epiſcoporum roga-
vit, ut ſibi Formula ſcripta Fidei, quæ
tenenda eſſet, traderetur. Hoc negotium
commiſſum eſt Cardinali Humberto, qui *c.* 1. 2.
Formu-

Sæculum XI. A.C. 1059.

Formulam scripsit in hæc verba: *Ego Berengarius, indignus Diaconus Ecclesiæ S. Mauritii Andegavensis, cognoscens veram & Apostolicam Fidem, anathematizo omnem Hæresim, præcipue illam, cujus suspicio hucusque in me cecidit, & quæ adstruere conatur, panem & vinum, quæ in Altari ponuntur, post consecrationem solummodo Sacramentum, & non verum Corpus & Sanguinem Domini nostri JEsu Christi esse, nec posse sensualiter nisi in solo Sacramento manibus Sacerdotum tractari, vel frangi, vel Fidelium dentibus atteri. Consentio autem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedi, & ore & corde profiteor, de Sacramento Dominicæ mensæ eam Fidem me tenere, quam Nicolaus Papa & hæc Sancta Synodus auctoritate Evangelica & Apostolica tenendam mihi tradidit; scilicet panem & vinum, quæ in Altari ponuntur, post consecrationem non solum Sacramentum, sed etiam verum Corpus & Sanguinem Domini nostri JEsu Christi esse, & sensualiter non solum in Sacramento, sed in veritate manibus Sacerdotum tractari & frangi, & Fidelium dentibus atteri.* (*) *Ita juro per*

(*) Hæc non ita accipienda sunt, ac si Corpus Christi unacum speciebus frangeretur, vel dentibus communicantium læderetur, sed quod sub

per Sanctam Trinitatem & per hæc Sacrosancta Christi Evangelia. Eos vero, qui contra hanc Fidem sentiunt, cum dogmatibus & Sectatoribus suis æterno anathemate dignos esse pronuncio. Quod si ego ipse aliquando aliquid contra hæc sentire vel docere præsumpsero, subjaceam Canonum severitati. His lectis & perlectis sponte subscripsi.

Sæculum XI. A.C. 1059.

Hæc Formula a Cardinali Humberto concinnata toti Concilio probabatur. Eam igitur Humbertus Berengario obtulit, qui, postquam totam legisset, hanc fidem suam esse professus est, juramento confirmavit, & tandem sua manu subscripsit. Quin etiam foculo in medio Concilii excitato libros memoratum errorem continentes concremavit. Nicolaus Papa hac conversione lætissimus Formulam illam Fidei in omnes urbes Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & quocunque noxiæ Hæresis pestis penetrare potuerat, transmisit, ut scandalum tot Ecclesiis datum tolleretur. At Berengarius, cum vix Concilio excessisset, calamum contra suam Fidei professionem strinxit, & Cardina-

sub speciebus etiam divisis vel admorsis totus Christus non solum in Sacramento, seu in Signo visibili invisibilis gratiæ, sicut in aliis Sacramentis, sed in veritate existat.

Sæculum XI. A.C. 1059. dinalem Humbertum ejusdem auctorem conviciis insectatus est. (*)

§. XXXIII.

Guido Archiepiscopus Mediolanensis.

Sup. l. LIX. §. 35. Heriberto seu Ariberto Archiepiscopo Mediolanensi fatis functo decima sexta Januarii, anno millesimo quadragesimo sexto, postquam Episcopatum obtinuisset annis viginti sex, Guido dictus *Vavasor Velatenus*, eodem anno successit. Populus metropolitanæ Ecclesiæ Presbyteros quatuor nominaverat, ex quibus unus eligeretur; aliqua vero Procerum pars Archiepiscopum exoptabant Guidonem, qui data Henrico Imperatori pecunia litem sustulit ab eoque in possessionem Archiepiscopatus immissus est. Quantam invidiam sibi hoc facto conflasset, cum primam Missam ritu Pontificali celebraret, patuit; nam omnes Clerici populusque ex Ecclesia se se propipientes solum ad Altare stantem reliquerunt. Nihilominus Sedem Mediolanensem annis viginti duobus obtinuit. Sub initium anni sequentis millesimi quadragesimi septimi Guido Concilio Romano, a Clemente II. Papa celebrato, interfuit, ubi de altiore gradu cum Humfredo

Ital. Sacr. Sacr. to. 4. p. 141. 145.

(*) An Hæresis magis vel stultitia hujus hominis cerebrum perturbaverit, quis discernat?

do Archiepiscopo Ravennate litigans, victus est. In judicium vocatus, tanquam Simoniæ reus, a Papa Leone IX, tam apte causam dixit, ut plene absolutus, & triumphanti similis ad Ecclesiam suam revectus, in Concilio Vercellensi anno millesimo quinquagesimo cum aliis Episcopis sederit. Sæculum XI, A.C. 1059. *Sup. l. LIX. §. 51.*

§. XXXIV.

Petrus Damiani Legatus Mediolanum mittitur.

Verum Nicolao II. in Cathedra Petri sedente, Legati Mediolanenses ad eum venerunt, suppliciter rogantes, ut misericordia motus Mediolanensis Ecclesiæ malis remedium afferre dignaretur. Nimirum illa Ecclesia præcipue Simoniæ vitio, & Clericorum incontinentia turbabatur. Papa Legatos misit Petrum Damiani Cardinalem, Episcopum Ostiensem, & Anselmum Episcopum Lucensem, qui Clericos & populum illius civitatis ob memorata duo vitia vehementer collisos invenerunt. Nihilominus veneratione Legatis Sacræ Sedis debita excepti sunt, & causam Legationis suæ exponentes auditi. Sed post diem alterum, factione Clericorum, repente in populo murmur exoritur; Non debere Ecclesiam Ambrosianam Romanis Legibus subjacere, nullamque judicandi vel quid- *Gest. Pontif. ap Baro. an. 1059.* *Pet. Dam. ep. 5.*

Sæculum XI. A.C. 1059.

quam decernendi vim circa illam Sedem Romano Pontifici competere. *Indignum*, inquiebant, *ut quæ Ecclesia sub Progenitoribus nostris semper extitit libera, nunc ad opprobrium nostrum alteri fiat subjecta.* Tandem tumultuantium clamor attollitur, undique ad Palatium Episcopale convenitur, tintinnabula perstrepunt, & signum datur magna tuba, quæ per totam civitatem exauditur.

Non nemo Legatis malum minabatur, & amici Petrum monebant, non nullos ejus sanguinem sitire. Illud autem invidiæ ignem auxerat, quod congregatis quasi ad Synodum totius Ecclesiæ Mediolanensis Clericis Petrus in medio præsidens, ad dextram suam alterum Legatum, Anselmum Lucensem, & ad sinistram Archiepiscopum Mediolanensem habens conspectus fuisset. Ut ergo sedaret populum Petrus ascendit pulpitum, & impetrato utcunque silentio, ita dicere exorsus est. *Scitote, dilectissimi Fratres, non ideo me huc venisse, ut Ecclesiæ Romanæ honorem, sed vestram gloriam & vestram Salutem quæram. Quo enim pacto illa miselli hominis laudibus indigeret, quæ præconium ex ipsius Salvatoris ore sortita est? Quæ autem provincia in toto orbe terrarum ab ejus Ecclesiæ potestate exempta reperitur, cujus arbitrio ipsum quoque Cælum ligatur & solvi-*

ſolvitur? Reges, Imperatores, homines denique, Eccleſiis Patriarchalibus aut Metropoliticis, vel cujusque Epiſcopi Diæceſi limites poſuerunt, iisque privilegia conceſſerunt, Romanam autem Eccleſiam JEſus Chriſtus fundavit, cum S. Petro claves vitæ æternæ in cælo & in terra commiſit. Unde qui alteri cuidam Eccleſiæ jura ſua detrahit, injuſtus notatur, qui vero Eccleſiæ Romanæ prærogativam ſuam auferre conatur, Hæreticus dicitur.

Sæculum XI. A.C. 1059.

Deinde ad ſtabiliendam Eccleſiæ Romanæ Jurisdictionem ſingularem in Eccleſiam Mediolanenſem Petrus Damianus dicit, a S. Lino, jubente S. Petro, S. Nazarium fuiſſe baptizatum, qui cum S. Celſo Mediolani Martyr occubuiſſet. Sanctos vero Gervaſium & Protaſium S. Pauli diſcipulos fuiſſe; unde ſequeretur, Eccleſiam Mediolanenſem Eccleſiæ Romanæ filiam exiſtere. Illud hic notandum, quod Petrus de S. Barnaba fileat, quem primum Mediolanenſium Epiſcopum fuiſſe ferunt. Ceterum his argumentis populus benevolus redditus, executurum ſe promiſit, quidquid Petrus faciendum ſuggeſturus eſſet. Nunc vero in magna Clericorum Mediolanenſium frequentia vix unus reperiebatur, ſine pretio ordinatus. Nam communis Regulæ loco in illa Eccleſia poſitum erat, ut quicunque ad quemlibet Ordinem atque

vid. Tillem. to. 1. p. 687.

Sæculum XI. A.C. 1059.

etiam Episcopatum consecrandus accederet, præscriptum prius absque ulla tergiversatione pretium daret. Itaque Petrum Damiani utrinque premebant angustiæ. Siquidem omnibus nobilissimæ Urbis & latissimæ Diœcesis Ecclesiis Sacris interdicere, quid aliud videbatur, quam Christianam Religionem velle evertere? sed & invidiæ plenum erat, indulgere aliquibus, cum fere omnium communis culpa esset, nec minus periculosum in partes scindere populum furentem, qui postea sine cæde & sanguine effuso non quiesceret.

Inter multas Disceptationes Petro Damiani occurrit illa Regula, ab Innocentio Papa tradita; *quod a multis peccatur invultum est.* Nempe in totum populum rigorem Canonum non esse adhibendum. Illa quoque indulgentia in memoriam rediit, qua antiqui Patres in Donatistas, Novatianos, aliosque hujusmodi Hæreticos usi fuissent; cumque Ecclesiæ Mediolanensis mala Canonum severitate sola non posset corrigere, saltem perverso usui finem imponere, & efficere studuit, ut exinde cuncti gratis & nullo dato pretio ordinarentur.

§. XXXV.

Sæculum XI
A.C. 1059.

§. XXXV.

Juramentum Archiepiscopi & Clericorum.

Igitur Legatus, ut id Scripto promitterent & jurejurando se obligarent, ab Archiepiscopo & Clericis Mediolanensibus exegit. Guidonis Archiepiscopi promissum ad populum & Clericos suos directum ferme hujusmodi erat: *Non ignoratis, quam detestabilis consuetudo antiquitus in hac Ecclesia inoleverit, dum scilicet, qui Subdiaconus ordinandus accedebat, duodecim nummos, Diaconus octodecim, Presbyter viginti quatuor, quasi conditione legitima dabat. Quapropter in conspectu Dei & Sanctorum ejus, Petro Episcopo Ostiensi Papæ Legato, Anselmo Lucensi & vobis omnibus præsentibus, damno, detestor, ac reprobam judico hanc perversam negotiandi consuetudinem, omnemque Simoniacam Hæresim. Præterea me adstringo, Clericos meos, & omnes Successores nostros, ne de promovendis ad Ecclesiasticos Ordines aliquid accipiamus. Quod si quis præsumpserit, qui dedit & qui accepit cum ipso Hæresis hujus auctore Simone perpetuo anathematis vinculo ligetur. Nicolaitarum quoque Hæresim damnamus, & non modo Presbyteros, sed & Diaconos & Subdiaconos ab uxorum vel Concubinarum fœdo con-*

Sæculum XI. A.C. 1059.

sortio, quantum in nobis fuerit, arcendos esse promittimus. Item promittimus, nec nos, nec Domesticos nostros pro concessione Abbatiarum, pro Sacellis, vel quibuslibet Ecclesiis tradendis, pro Episcopis promovendis, pro Sacro oleo, aut Chrismate, aut pro consecrandis Ecclesiis quidquam ab ullo exacturos esse.

Huic Promisso subscripserunt Guido Archiepiscopus, Presbyteri tres, Diaconi quatuor, & Subdiaconi quinque. Tum Archiepiscopus accedens ad Altare juravit in manu Petri Damiani, idque juramentum Vicedominus Ecclesiæ Mediolanensis, Cancellarius, ceterique Clerici præsentes confirmarunt. Arnulphus quoque Clericus & nepos Archiepiscopi accedens nomine Propinqui sui juravit & addidit, nullum Clericorum ipsum ordinaturum, nisi prius ab ordinando juramentum exegisset, quod ordinationis suæ causa nemini quidquam dedisset vel promisisset. Hoc facto Archiepiscopus in pavimento humiliter prosternitur, & injungi sibi pœnitentiam petit, quod nefandum commercium in sua Ecclesia, ut debuisset, non extirpasset. Centum itaque annorum pœnitentiam Petrus ei injunxit, & redemptionem per unumquemque annum certa pecunia præfixit. Mox majorem Ecclesiam simul ingressi pulpitum conscenderunt, ibique præsente

te magna populi frequentia Clericus Archiepiscopi (videlicet ut puto ejus Nepos) jubente Petro tangens Sacrosancta Evangelia juravit, quod Archiepiscopus, quoad viveret, has duas Hæreses, videlicet Nicolaitarum & Simoniacam, totis viribus extirpare conaturus esset. Id ipsum Jusjurandum magna pars populi non modo civilis, sed etiam agrestis jam prius ediderat. Quibus ita gestis, visum est, ut omnes illi Clerici, injuncta pœnitentia, inter Missarum Solemnia reconciliarentur, ornamenta de manu Episcopi accipientes, postquam juramentum hujusmodi recitassent singuli: *Ego profiteor, me eam Fidem tenere, quam septem Concilia Apostolica auctoritate confirmarunt, & quam Pontifices Romani exposuerunt. Anathematizo quoque generatim omnes Hæreses & speciatim illas duas, quibus Ecclesia hodie affligitur, Nicolaitarum & Simoniacam, earumque Sectatores æterno anathemate dignos pronuncio.* Pœnitentia Clericorum fuit hujusmodi: Illi qui solum constitutum a Diabolo Canonem dederunt, pro sua Ordinatione, quod non nulli eorum vix peccatum esse cognoscebant, quinque annorum pœnitentiam acceperunt, ita ut duos dies in Hebdomada in pane & aqua jejunarent, item tres dies in Adventu & Quadragesima. Eorum autem, qui plus

Sæculum XI. A.C. 1059.

Pœnitentia Simoniacis & Incontinentibus injuncta.

Sæculum XI. A.C. 1059.

quam constitutam pecuniam dederunt, fuit annorum septem pœnitentia de cetero priorum pœnitentiæ per omnia æqualis, post quam, quamdiu viverent, Feria sexta jejunarent. Qui jejunare facile non poterat, ei licebat unam diem redimere recitando Psalterium, vel medium cum quinquaginta genuflexionibus, aut pascendo unum pauperem, cui lotis ejus pedibus nummum porrigeret. Præterea promisit Archiepiscopus, se omnes illos Clericos longæ peregrinationis & orationis causa vel Romam, vel Turonem dimissurum, seque ipsum ad S. Jacobi tumulum in Hispania iter suscepturum.

Clericis Mediolanensibus ita reconciliatis, decretum est, ut non mox omnibus redderetur officium, sed his duntaxat, qui & literis eruditi, casti, & morum gravitate viderentur honesti, ceteris autem sufficeret, quod Sanctæ Ecclesiæ, a qua juste fuissent præcisi, per divinam gratiam rursus essent inserti. Petrus Damiani adhuc ignorans, an Sacræ Sedis judicio placerent, quæ Mediolani egisset, omnium Actorum seriem transmisit Hildebrando, amico suo, tunc Ecclesiæ Romanæ Archidiacono, a quo sæpe rogatus fuerat, ut in compendium colligeret omnia, quæ in Decretis & in historiis Summorum Pontificum de Au-

Opusc. V.

ctoritate

ctoritate Sacræ Sedis notatu digna inve- Sæculum XI.
niret. Huic petitioni satisfacere se mit- A.C.1059.
tendo narrationem rerum Mediolani ge-
starum existimavit.

In itinere Mediolanensi Petrum Da- *Opusc. XLII.*
miani comitabatur quidam Clericus, no-
mine Landulfus, literarum studiis & na-
talibus clarus, quippe ex familia Senato-
rii ordinis natus erat. Cum Mediolani
seditionis commotæ tempestas maxime
fureret, & utrique fremens populus ne-
cem minaretur, Landulfus voto se ob-
strinxit, quod se totum Deo amplecten-
do Institutum monasticum consecraturus
esset. Monuit Petrus, ne se mortis me-
tu obligaret, nisi votum suum sincera
mente implere vellet, & Landulfus se
Dei judicio submittendum affirmavit, si
hoc suo promisso non staret. Petrus ali-
quamdiu expectavit, & videns, amicum
suum adhucdum Sæculo illigatum perse-
verare, datis ad eum literis instanter
hortatus est, ut voto se exsolveret, pro-
cul dubio ratus, quod non ideo minus
fuisset validum, quia metu extortum.

§. XXXVI.

Petrus Damiani ab avaritia alienus.

Petro Damiani Mediolani commoranti *Opusc. LIII. c. 4.*
cum Abbas S. Simpliciani exiguum
vas argenteum dono attulisset, nihil
prius occurrit, quam illud esse respuen-

Sæculum XI. A.C. 1059.

dum; prius tamen pensare cœpit, an huic Abbati non esset negotium, quod eum benevolentiam Judicis captare cogeret, vel an non dignitatem suam per Simoniam esset consecutus. Quippe Sacræ Sedis Ministris Regulæ loco erat, ab illis, quorum causa necdum erat definita, nihil accipere, ab illis vero, qui nullo implicabantur negotio, sponte data non respuere. Postquam ergo Petrus Damianus cognovit, Abbatem sibi hoc munusculum nullo alio consilio dedisse, quam ut ipsius amicitiam sibi conciliaret, nihilominus eum rogavit, ut donum suum iterum reciperet, nec enim suam amicitiam venalem esse. Attamen Abbate vehementer instante illud lubenti animo retinuit. Noctu autem, cum Psalmos recitaret, redit scrupulus, & ubi illuxit, Abbatem adiens rogat, ut vas suum argenteum sibi iterum haberet. Abbate renuente, postquam diu altercatum, inter ambos convenit, illud vasculum alteri ex duobus monasteriis, quæ Petrus novissime fundaverat, transmittere. Postquam vero Petrus in suum desertum rediisset, iterum eum pœnituit, quod istud donum qualicunque demum ratione acceptasset, nec prius quiescere potuit, quam illud restitui jussisset. Adeo teneræ conscientiæ in hac re Petrus Damiani fuit.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Sæculum XI. A. C. 1059.

Petrus Damiani Episcopatu se abdicat.

Is jam se ipsum simplicem monachum æstimabat, qui Ordini Episcopali renunciasset, ut ex duabus epistolis ad Nicolaum II. datis apparet. In prima subtiliter conqueritur, quod sibi reditus sui Episcopatus subtracti fuerint, adjiciens, id ipsum Dignitatis Episcopalis a se auferendæ indicium esse. Et in fine declarat, se se, quoad viveret, Episcopatu abdicare. In altera epistola, quam potius integrum librum dicere fas est, serio loquitur, & sic exorditur: *Non te fugit, quod, nisi Sacræ Sedis necessitas & antiqua nostra amicitia me detinuisset, me illico, postquam Stephanus Papa ex humanis ereptus est, depositurum fuisse Episcopatum, quo me invitum contra Canones oneraverat; non enim nescis frequentissimas querelas meas, gemitus & lacrymas vidisti. Tunc vero abeundi veniam obtinere non potui, Romanæ Ecclesiæ ædificio, quod ruinam minari videbatur, id probibente. Sed nunc, postquam rediit malacia, & S. Petri cimbam in pace regis, ne quæso quietem senectuti meæ invideas. Igitur tibi denuncio, quod pro remissione peccatorum meorum dimittam Episcopatum. Reddito tibi hoc annulo spem*

Lib. 1. ep. 8.

Op. 19.

Sæculum XI. A.C. 1059.

ſpem quoque reliquo vitæ meæ tempore eam Dignitatem iterum recipiendi abjicio. Utrumque etiam monaſterium tibi reſtituo. Tum Petrus complura affert exempla, quibus oſtendit, licite Epiſcopatum dimitti poſſe. Sed huc usque fruſtra, nam quamdiu Nicolaus ſedit, voti compos non eſt factus.

§. XXXVIII.

Petrus Damiani pro Cœlibatu Presbyterorum.

Opuſc. XVII. Petrus Damiani alium quoque Libellum de Cælibatu Presbyterorum eidem Papæ inſcripſit, cujus exordium hujusmodi eſt: *Nuper cum, ut mandatis tuis obſequerer, apud quosdam Epiſcopos deliberarem de neceſſitate ſervandæ a Clericis caſtitatis, & id ipſum perſuadere conarer, obtinere non potui, ut quidquam certi & fixi promitterent. Nam primo deſperant, ad ſublimitatem hujus virtutis pervenire ſe poſſe, & ſecundo non formidant fore, ut eorum incontinentia in Concilio pro merito puniatur. Eccleſia Romana, noſtra ætate, iſta peccata diſſimulare ſolet, quia ea a Sæcularibus nobis exprobrantur. Tolerabilis foret excuſatio, ſi malum eſſet occultum. Nunc vero manifeſta eſt infamia, nemo non de plebe lupanaria digito monſtrat, nomina pellicum & parentum ipſarum omnes norunt, conſpicium-*

ſpiciuntur nuncii, qui epiſtolas ad Ama- Sæculum XI.
ſias & munuſcula deferunt, auditur riſus A.C.1059.
excuſſus, quæ ſecreto confabulantur, pau-
poſt in vulgus ſparguntur. Denique tu-
mentes feminarum uteri, & infantum va-
gitus celari nequeunt. Sequitur, eos mi-
nime excuſari poſſe, qui peccatores adeo
publicos punire debent, & diſſimulant.
In peroratione Petrus Papam incitat, ut tantorum malorum torrenti vigore Apoſtolico ſe ſe opponat.

§. XXXIX.

Papa Apuliam Normannis concedit.

Concilio Romano ſoluto Nicolaus Papa iter ſuſcepit in Apuliam, rogatus a Normannis, qui miſſis Nunciis petierant, ut veniret, fideles Subditos reciperet, & Eccleſiæ reconciliaret. Papa, poſtquam de re tanta in Synodo deliberaſſet, relicta Roma Apuliam petiit, cumque in Civitate Melphitana (*) Concilium celebraret, Normannorum præcipui conſpectum ipſius ſubeuntes Ditiones S. Petri omnes, a ſe olim occupatas, Sacræ Sedi reſtituerunt. Papa vero ſupplices ab excommunicatione, qua innodati erant, abſolvit, & in gratiam recepit. Porro quia Normanni in illis Italiæ partibus

Geſt. Pont. ap. Bar. 1059.

Chron. Caſſ. lib. III. c. 13. 16.

(*) Eſt urbs diverſa ab Amalphia. vid. Ant. Pag. ad hunc annum.

Sæculum XI. A.C.1059.

bus erant potentissimi, & protegendis Pontificibus, contra Patrimonii Romanæ Ecclesiæ invasores, pares, Nicolaus Papa iis, excepta Beneventana civitate, totam Apuliam & Calabriam concessit, ipsique Vasallorum more fidem Pontifici jurarunt.

In illis Actis duo Normannorum Principes occurrunt; Richardus, cui Papa Usumfructum Principatus Capuani, quem Longobardis ereptum tenebat, confirmavit, & Robertus Guischardus, cui Ducatus Apuliæ & Calabriæ, nam & isto potiebatur, concessit, addito jure in Siciliam, cujus aliquam partem, pulsis Saracenis, jam tunc sibi subjecerat. In prima hac Concessione Robertus Papæ in annuum censum ad Festum Paschæ perpetuo reddendum pro singulis boum jugis duodecim æris Ticinensis nummos promittit, seque Sacræ Sedis Vasallum profitetur (*), quod ex ejus juramento patet. Hæc Regni Neapolitani origo fuit.

ap. Baron.

Exinde Nicolaus Papa rebus, quæ ad Patrimonium Beneventanum pertinebant, compositis, Concilioque ibidem mense Augusto celebrato, Romam rediit, Normannis, ut jusserat, se cum copiis

(*) Hoc jure Ecclesia Romana hodieque gaudet.

piis sequentibus, qui Prænestinorum, Tusculanensium & Nomentanorum, Papæ Domino suo rebellium, agris devastatis, Tiberi deinde superata, territorium Galesinum omnesque Comitis Gerardi, insignis latronis, arces everterunt. Ita Normanni Romam ab antiqua exiguorum Dominorum tyrannide liberare cœperunt. Sæculum XI. A.C. 1059.

§. XL.

Constantinus Ducas Imperator.

Inter hæc Isaacus Comnenus Imperator, dum venationi indulget, repente fulgure perstrictus, de equo in terram frendens & vitæ suæ nescius dejicitur. Redeunte animo credidit, hanc ægritudinem sibi in pœnam peccatorum suorum immissam; ergo ut iratum Deum placaret, Imperium usurpatum abdicavit, & vestem monasticam induit. Illud vero sinceram esse pœnitentiam demonstravit, quod nec Joannem fratrem, nec Theodorum nepotem, nec talem, quem generum habere posset, nec ullum ex amplissima sua familia, sed Constantinum Ducam sibi in Solio Successorem delegerit, quem in negotiis Orientalis Imperii versatissimum, & rebus restituendis aptissimum judicabat. Isaacus, postquam aliquamdiu deliberasset, intelligens vim morbi sui (epilepticum fuisse credi- *Curopal.* p. 811.

Sæculum XI. A.C. 1059.

credibile est) omni arte Medicorum esse superiorem, Monasterium Studiense, ipsa Imperatrice Catharina conjuge sua hortante, ingressus est. Agebatur tunc annus 1059. postquam Isaacus annos duos & menses tres regnasset. In monasterio autem ne quidem duorum annorum spatium totum implevit, Abbati suo obedientissimus: quippe etiam janitoris ceteraque abjecta illius domus officia humili mente subibat. Eum toto vitæ suæ tempore castitatis decus singulariter commendasse Scriptores referunt. Ceterum ipsius uxore Imperatrice & Maria ejus filia quoque Institutum monasticum amplectentibus, Constantinus Ducas vigesima quinta Decembris anno millesimo quinquagesimo nono coronatur. Is annos septem & dimidium imperavit.

p. 812.

Cang. famil. 26. *p.* 161.

§. XLI.

Philippus I. Rex Franciæ coronatur.

Nicolaus Papa Legatos duos in Franciam miserat, qui eodem anno, cum Philippus, filius Henrici Regis primogenitus, coronaretur interfuerunt. Nempe puerum necdum septenni majorem Rex Pater, se vivo, ab omnibus Regem salutari curavit, secutus exemplum parentis, & avi sui. Ceterum primus hic de tertia stirpe Rex est, cujus unctionis

Acta

Acta authentica supersunt. Unctus est autem Remis Gervasii Archiepiscopi manibus in Festo Pentecostes, vigesima tertia Maji anno millesimo quinquagesimo nono. Legati Papæ aderant Hugo Archiepiscopus Vesuntinus, & Hermenfridus Episcopus Sedunensis in Vallesia. Præsules Franci, Mainardus Archiepiscopus Senonensis, & Bartholomæus Turonensis. Item Episcopi, Heido Suessionensis, Rotgerus Catalaunensis, Elinandus Laudunensis, Balduinus Noviomagensis, Frolandus Silvanectensis, Isembertus Aurelianensis, Imbertus Parisiensis, & complures alii, tum ex Francia, tum ex Burgundia & Aquitania, viginti quatuor universi. Item Abbates viginti novem & inter alios Abbas S. Remigii Remensis, S. Benedicti ad Ligerim, S. Dionysii & S. Germani in Francia. Inchoata Missa, antequam Epistola legeretur, Gervasius Archiepiscopus ad juvenem Principem conversus, Fidem Catholicam ei exposuit, sciscitans, utrum hanc crederet, & defendere vellet. Quo annuente, allata est juramenti Formula, quam puer septennis legit eique subscripsit. In ea promittebat, se Episcopis eorumque Ecclesiis secundum Canones jura sua servaturum, eosque & Ecclesias ex officio Regis defensurum, tum etiam populo secundum Leges jus dicturum.

Sæculum XI. A.C. 1059.

Duchesne to. 4. p. 161. tom. 9. Conc. p. 1107.

Sæculum XI. A.C.1059.

Perlectam Formulam Philippus posuit in manus Archiepiscopi Remensis, qui tenens Baculum pastoralem S. Remigii differuit; electionem Regis & consecrationem ad se pertinere, ex quo S. Remigius Clodoveum Regem baptizasset & consecrasset. Item quod per illum Baculum Hormisdas Papa Sancto Remigio hanc consecrandi Regem potestatem, & totius Galliæ Primatum dederit, sibi vero & Ecclesiæ suæ eandem potestatem Victor Papa contulerit. Nempe Gervasius Pallium a Victore II. acceperat. Tunc Archiepiscopus, annuente Henrico patre, Philippum ejus filium Regem elegit. Post eum Legati Romanæ Sedis suffragium suum dederunt, quod eis honoris causa concessum, nam Papæ consensus non erat necessarius, ut in his Actis diserte cavetur. Tum suffragiis suis accesserunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates & Clerici. Deinde etiam Principes Regni, quorum primi fuere Guido Dux Aquitaniæ, Hugo filius & Delegatus Ducis Burgundiæ, Legati Balduini Comitis Flandriæ, Legati Geofridi Comitis Andegavensis, Hebertus Comes Vermanduensis, Guido Pontesiensis, Guilielmus Arvernensis, Fulco Engulismensis & complures alii. Tandem viri ordinis Equestris & omnis populus uno ore ter proclamantes: *Laudamus, volumus, fiat!*

fiat! Rex deinde Philippus Literas tradidit, quibus Jura Eccleſiæ Remenſis confirmabantur. His ſubſcripſit Archiepiſcopus Remenſis cum titulo Cancellarii Primarii, tunc enim ei Rex hanc Dignitatem, quam Archiepiſcopus Anteceſſoribus ſuis debitam affirmabat, contulit. Ceterum cura Henrici Regis, filium ſuum coronari jubentis, præpropera non fuit, nam is anno ſequente milleſimo ſexageſimo, quarta Auguſti, annos natus quinquaginta quinque, rebus humanis ereptus eſt, poſtquam annos viginti novem Francorum Solium obtinuiſſet. Philippus Rex annos quadraginta novem Francis imperavit. Sæculum XI. A.C. 1059.

§. XLII.

Gervaſius Archiepiſcopus Remenſis.

Gervaſius Archiepiſcopus Remenſis natus erat Patre Aimone, Arcis ad Ligerim Domino, & Matre Hildeburga Belleſima, ſorore Avesgaudi Epiſcopi Cenomanenſis, ſucceſſitque in Epiſcopatu Avunculo ſuo anno milleſimo trigeſimo quinto. At poſt aliquot annorum lapſum Geofridus, Comes Andegavenſis, Gervaſium in carcerem miſſum detinuit annis ſeptem, & quamvis Leo IX. Papa, ac Concilium Remenſe Cenſurarum metu eum deterrere conarentur, captivum tamen dura non niſi conditione, qua Arce *Mariot. to. 2. c. 34.* *Sup. l. LIX. §. 63.*

Sæculum XI. A.C. 1060.

sua Ligerina cedere cogebatur, libertati restituit. Gervasius in Normanniam ad Ducem Guilielmum se recepit, donec eum tandem Rex Henricus, ut faventem sibi haberet Præsulem, Archiepiscopatu Remensi, Guidonis obitu vacantem, donavit. Ergo ad illam Sedem consentientibus Clericis populoque undecima Octobris, anno millesimo quinquagesimo quinto, translatus est.

tom. 9. Conc. p. 1042.

Quatuor extant Epistolæ Nicolai Papæ ad Gervasium Archiepiscopum datæ. In prima Papa significat, Archiepiscopum accusatum fuisse, quod Benedicto Antipapæ faveret. Hortatur, ut Regem salutaribus monitis roboraret adversus malos Consiliarios, qui in divisione Ecclesiæ Romanæ criminum suorum impunitatem quærebant. In alia epistola Archiepiscopo præcipit, ut Episcopo Bellovacensi Sacris interdiceret, qui Simoniace ordinatus ferebatur, donec Romam veniret, in Concilio ibidem celebrando causam dicturus. In alia rursus monet, ut damnum Ecclesiæ Virdunensi illatum resarciri juberet, quia illa Ecclesia speciatim sub Tutela Sacræ Sedis existeret.

tom. 9. Conc. p. 1091.

ep. 2.

ep. 3.

§. XLIII.

Concilia in Galliis.

tom. 9. Conc. p. 1108.

Eodem anno millesimo sexagesimo Nicolaus Papa duo Concilia in Galliis, primum

primum Viennæ Feria ſecunda ultima die Januarii, alterum Turone Feria IV. prima Martii, a Legato ſuo Stephano Presbytero Cardinale celebrari juſſit. Quæ de his Conciliis ad nos pervenerunt, de verbo ad verbum eadem ſunt, ſi ſolam diem, urbis Eccleſiæque nomina excipias. Unde conjectura eſt, Canones, qui iis adſcribuntur, non poſt deliberationem Epiſcoporum conditos, ſed jam prius conſcriptos a Legato Roma fuiſſe allatos. Dicuntur autem ideo facti, ut vacillantes & pæne everſæ in toto orbe terrarum Eccleſiæ præſertim in Galliis confirmarentur.

Sæculum XI. A.C. 1060.

Marten. Coll. n. p. 224.

Dicti Canones fuere numero decem, quorum tres primos ſolum ſub Titulo Concilii Viennenſis habemus. De Simonia autem & continentia Clericorum in iis præcipue agitur, & ea ſolummodo, quæ jam toties in hac cauſa & quibusdam aliis Diſciplinæ articulis ſtatuta fuerant, repetunt. Si quis Epiſcopus quodcunque miniſterium Eccleſiaſticum aut Præbendam, id eſt, penſionem miniſterio annexam, alicui Simoniace conferat, liceat Clericis repugnare, & ad Epiſcopos vicinos, ac etiam, ſi opus ſit, ad Sacram Sedem converti. Epiſcopi Bona Eccleſiæ titulo Beneficii, id eſt Feudi, non alienent. In fine Concilii Turonenſis decem Antiſtites tam Archiepiſcopi,

Can. 1.

c. 8.

Sæculum XI. A.C. 1060. quam Episcopi interfuisse dicuntur, sed non est vestigium, quod Johon, qui se Archiepiscopum Dolensem dicebat, quamvis a Stephano Legato nominatim citatus fuerit, advenerit.

§. XLIV.

Concilium Jaccetanum.

In Hispania eodem anno millesimo sexagesimo, æra 1098. Concilio Jaccæ in Arragonia celebrato interfuere Episcopi novem ex Ecclesiis tam citra, quam ultra Pirenæos positis, atque inter alios Paternus Archiepiscopus Cæsaraugustanus; Rex Ramirus quoque Sanctii Magni filius cum liberis suis & Regni Proceribus advenerat. Complura edita fuere Decreta ad corrigendos mores, & Disciplinam Ecclesiasticam restituendam, inter assiduos bellorum tumultus labefactatam. Abrogato ritu precandi Gothico, Romanus est introductus, & translata Jaccam Episcopalis Sedes, quæ Oscæ prius fuerat, quia hæc civitas sub potestate Infidelium gemebat, ea tamen conditione, ut si aliquando ab impiorum Dominatu eriperetur, Jaccetana Sedes Oscensi subjiceretur. Ex eo tempore Episcopi Jaccetani dici cœperunt, qui prius Episcopi Arragoniæ appellabantur

tom. 9. Conc. p. 1111.

§. XLV.

§. XLV.

Sæculum XI. A.C. 1060.

Aldredus Archiepiscopus Eboracensis.

In Anglia Quinsino Archiepiscopo Eboracensi defuncto, vigesima secunda Decembris, anno millesimo sexagesimo, Aldredus Episcopus Vigorniensis data pecunia effecit, ut mortuo subrogaretur. Is primum monachus Vintoniensis, deinde Abbas Tavestonensis, anno millesimo quadragesimo sexto, Livingio Episcopo Vigorniensi successit, & post annorum decem lapsum Episcopatum Herfordiensem sibi conferri obtinuit. Verum illud quidem, quod hanc Ecclesiam amore Archiepiscopatus Eboracensis dimiserit, sed Vigorniensem servavit, & simplicitati Eduardi Regis illudens eidem, id sibi licere, adductis Antecessorum suorum exemplis & consuetudine, persuasit. Deinde Rege consentiente Romam profectus est, Episcopos duos Gisonem Velinensem, & Gualterium Herfordiensem, tum etiam Tostinum, Comitem Nordhumbriæ, Goduini filium, & Regi Eduardo affinitate proxima junctum, itineris socios habens. Ubi Romam pervenerunt, Nicolaus Papa Comitem, perbenigne exceptum, sibi Concilium contra Simoniacos celebranti proximum considere præcepit. Aliis duobus Episcopis concessit, quæ petebant, nimirum, ut ego conjicio, Dignitatem

Malmesb. Pontif. lib. 3. p. 271.

vit. S. Vulst. Sæc. 6. Ben. p. 2. p. 847. Roger. An. p. 445.

Sæculum XI. A.C. 1060.

tatem ambobus confirmavit, quod non omnino scientiarum rudes, nec Simoniæ rei essent. Aldredum vero propriis responsis convictum, quod Simoniacus esset, & stupidi ingenii homo, omni Dignitate eo magis exuit, quod Episcopatum Vigornienſem pertinaciter nollet dimittere.

Ecce vero, cum domum remeaturi iter faciunt, grassatores, Duce Galesino Comite, in incautos irruunt, omniaque, solis vestibus, quibus tegebantur, exceptis, rapiunt. Illi Romam repetunt, ubi ad mendicitatem redacti, paulo ante divites, omnium commiserationem moverunt. At Tostinus Comes linguæ non temperabat, & acriter cum Papa jurgabatur; ejus excommunicationem frustra a nationibus remotis timeri, dum eam fures non procul positi riderent. Nisi raptores ad omnia, quæ sibi abstulerant, restituenda compelleret, non dubitaturum se, quin Papa latrocinii hujus vel conscius esset, vel auctor, quod ubi Rex Angliæ comperisset, tributum S. Petro denegaturum esse. Romani his comminationibus perterrefacti Papam impulerunt, ut Aldredo Archiepiscopatum concederet & Pallium; neutiquam enim crudelitatis notam effugiturum Pontificem, si virum non Dignitatibus modo privatum, sed etiam rebus suis omnibus spolia-

Sup. §. 39.

spoliatum remitteret. Dedit id Romanorum precibus Papa, ea addita conditione, ut Aldredus Episcopatu Vigornienſi se abdicaret, & alius Episcopus ibi ordinaretur. Ita Nicolaus Anglos muneribus cumulatos, ut spoliatis solatium suggeret, dimisit, & Legatos, qui mandata sua effectui dari curarent, sequi jussit. Sæculum XI. A.C. 1061.

§. XLVI.

Nicolai II. obitus. Alexander II. Papa.

Nicolaus II. Papa naturæ debitum solvit Florentiæ, exeunte mense Junio anno millesimo sexagesimo primo sepultusque est in Ecclesia S. Reparatæ; nam Sedem Florentinam semper cum Romana servavit, in qua annis duobus & quinque ferme mensibus sedit. Refert Petrus Damiani, testimonio nixus Mainardi Episcopi S. Rufinæ, Nicolaum nullo die omisisse pedes duodecim pauperum lavare, & quod si id cum luce diei fieri negotia non permisissent, eum noctu pium officium inopibus exhibuisse. *Papebr. conat.*

At Romani de electione Successionis infelici schismate dividebantur. Cumque in Germaniam ad Henricum Regem adhuc puerum matremque ipsius Imperatricem Agnetem Stephanum Presbyterum Cardinalem, cum epistolis nomi- *Chron. Cass. lib. III. c. 21. Contin. Herman. a. 1061.*

Sæculum XI. A.C. 1061.

ne S. Sedis ſcriptis, Legatum miſiſſent, ei in conſpectum Principum venire non licuit, ſed re infecta & clauſas referens literas Romam rediit. Tandem poſtquam Sacra Sedes tres menſes vacaſſet, Hildebrandus Archidiaconus, Cardinalibus & nobiliſſimis Romanorum ad deliberationem convocatis, decrevit, reſponſum ab aula Regia non amplius eſſe expectandum, ne interea ſeditio invaleſceret, & Anſelmum, filium Anſelmi civis Mediolanenſis, Epiſcopum Lucenſem, Papam eligi (*) curavit, Alexandrum II. appellatum, cujus electionem Regi Henrico non ingratam fore, quia ipſi familiaris erat, confidebant. Deſiderius quoque Cardinalis Abbas montis Caſſini cum Roberto Guiſchardo, Apuliæ Principe, Romam venerant, Papam legitime eligentibus præſidio futuri, ad quod Robertus juramento ſe obligaverat. Alexander corona Pontificali in Dominica, die trigeſima Septembris, anno milleſimo ſexageſimo primo, redimitus Romanæ Eccleſiæ

Diſcept. Synod. Pet. Dam. opuſc. IV.

(*) Jam tertium ex Anteceſſoribus ſuis Hildebrandus in Sacra Sede collocat. Quocum aliquando S. Petrus Dam. ſequenti Diſtycho ſimpliciter & innocenter luſit: Card. Bar. ad h. ann.

Papam rite colo, ſed te proſtratus adoro:
Tu facis hunc Dominum, te facit ipſe Deum!

cleſiæ annos undecim & dimidium præ- Sæculum XI.
fuit. A.C. 1061.

§. XLVII.

Cadalous Antipapa.

Illa tempeſtate Italiæ Regno moderaba- *Geſt. Pont. ap. Baron. an.* 1061. 1062.
tur Guido Parmenſis, vir majorum ceris inclytus, ab Imperatrice Cancellarius creatus, quo auctore Epiſcopi Longobardiæ, plerique Simoniæ & luxuriæ vitiis notati, cum magna multitudine Clericorum iisdem morbis laborantium, congregati, ſtatuerunt, nullum alium Papam, quam in Paradiſo Italiæ (hoc nomine Longobardiam indicabant) natum recipere, & denique non alium, niſi virum, qui ipſorum fragilitati indulgeret. Tum ut cogitata exequerentur, aliqui eorum ſuperatis Alpibus coronam juveni Regi deferunt, atque in conſpectum matris ipſius, Imperatricis, admiſſi ei ſuggerunt, Henrico filio Dignitatem Patricii, quam Imperator ejus parens habuiſſet, jure eſſe conferendam. Simulque rogant feminam, ut Papam eligi curaret, affirmantes, Nicolaum II. ſanciviſſe, ut deinceps nemo legitimus Pontifex haberetur, niſi quem Cardinales elegiſſent, & cujus electionem conſenſus Regis confirmaſſet.

His Legatis in Regia verſantibus, Conventus, ſeu Comitia generalia Baſileæ aguntur, in quibus, Italiæ, id eſt, Longo-

Sæculum XI. A.C. 1061. Longobardiæ, Episcopis præsentibus, Rex iterum coronatur, & Patricius Romanorum appellatur. Postquam vero allatum est nuncium, Anselmum Lucensem Papam electum fuisse & coronatum, non expectato Imperatoris consensu, Imperatrix & purpurati, quos a consiliis habebat, rati, id sua contumelia factum, Cadalum seu Cadaloum, Episcopum Parmensem, Papam, quem Honorium II. dixerunt, eligi curant; quæ electio in Festo SS. Simonis & Judæ vigesima octava Octobris ab Episcopis Vercellensi & Placentino, publicis Concubinariis, peracta. (*)

Sed & Cadalous concubinatus & Simoniæ vitio infectus, a Petro Damiani in epistola post aliquod temporis spatium ad eum data, acerbe increpatur. In exordio memorem esse jubet, Ecclesiam Romanam ipsi sæpius in tribus Conciliis Ticinensi, Mantuano, Florentino ignoviisse & peperciisse. *Quo pacto ergo*, inquit, *præsumpsisti, vel acquiescere potuisti,*

Lib. 1. ep. 20.

(*) S. Petri Damiani de his duobus in sua epistola verba sunt: *Multum sane lætificat, quod hujusmodi te Pontifices elegerunt, Placentinus videlicet & Vercellinus, qui nimirum multum petulci & proletarii, sicut norunt disputare de specie feminarum, sic utinam potuissent in eligendo Pontifice perspicax habere judicium. &c.*

Sæculum XI. A.C.1061.

sti, ignorante Romana Eccleſia Romanum te Epiſcopum eligi, ut de Senatu, Clericis inferioribus, populoque nihil dicam? Quid vero tibi videtur de Epiſcopis Cardinalibus, quorum in eligendo Pontifice præcipuæ partes ſunt, & qui aliis prærogativis non modo quorumlibet Epiſcoporum, ſed & Patriarcharum atque Primatum jura tranſcendunt? (*) Deinde Mitram & rubeam Cappam Dignitatis Papalis eſſe indicia dicit, & ſubjungit, Papam eligi oportere primo ab Epiſcopis Cardinalibus, ita ut ſecundo loco Clerici, & tertio loco populus conſentiant. Rem deinde ſuſpendi debere, donec Rex conſulatur, niſi urgens periculum conſecrationem differri prohibeat.

S. Petri Damiani Epiſtola ad Antipapam.

Tum ad crimina Cadaloi oratione converſa, *bucusque*, inquit, *Præbendarum Eccleſiarumve damnanda tua commercia, aliaque longe turpiora, quæ proferre erubeſcimus, in tuo tantum narrabantur oppidulo; nunc vero omnis conditionis hominibus in toto Regno confabulandi materiam*

(*) Primi Cardinales delecti fuere Epiſcopi, & procul dubio ideo, quia Epiſcopi erant. Ceterum Cardinales auctoritatem & poteſtatem ſuam ex ſolius Summi Pontificis arbitrio habent, Epiſcopi vero eam a Spiritu Sancto, teſte S. Paulo Act. Apoſt. cap. 20. ſalva Sacræ Sedis prærogativa, acceperunt.

Sæculum XI. A.C. 1062.

teriam tua infamia præbet. Si ego in os tibi tua flagitia objicerem, cum illa Cælo terraque teſtibus commiſeris, negare non poſſes, & protinus emendationem promitteres, quod omnes faciunt, qui Dignitatum culmina ambiunt, & conſcientia malorum facinorum remordente anguntur. Sed talibus ipſa celſitudo pejus peccandi occaſio fit. Petrus Damiani ſuæ Declamationi pro Epilogo ſubjungit carmen, comminationibus plenum, cujus ultimus verſus eſt: *Non ego te fallo, cæpto morieris in anno.* At iſtud Vaticinium non comprobavit eventus. (*)

Geſt. Poſt. ap. Baron.

Interea Cadalous magna vi auri inſtructus, & copiis auctus, decima quarta Aprilis, anno milleſimo ſexageſimo ſecundo, ad portas Urbis omnibus improviſus exercitum admovet. Favebant multi intus, præſertim Civitatis Romanæ Centuriones, quos largitionibus ſibi devinxerat. Caſtra poſuerat in prato Neronis prope Vaticanum, & primo prælio commiſſo, edita magna Romanorum ſtrage victor extitit. Cum vero haud diu

(*) Hic Cardinalis Baronius: Quod autem pertinet ad pronunciatum de exitu ejusdem vaticinium, alibi ipſe declarat, non de vitæ præſentis exitu intellexiſſe, ſed ejus Depoſitione, cum eſſe deſineret, quod affectabat, Summus Pontifex, in Concilio condemnandus.

diu post Godefridus Dux Hetruriæ advenisset, Cadalao usque adeo acciſæ ſunt vires, ut ne ipſe quidem ſine precibus & largiſſimis donis in hoſtes ſparſis effugere potuerit. Ergo Parmam revertitur, necdum tamen Romæ potiundæ ſpe abjecta. Tunc Petrus Damiani altera epiſtola ad eum data objurgavit, quod Eccleſiam propriam peſſumdaret, ut raperet alienam, quod poneret fiduciam in theſauris, & Romanos, quorum patrem ſe ſe jactaret, ferro perimeret. Sæculum XI. A.C. 1062. *lib. 1. ep.*

§. XLVIII.

S. Anno Archiepiſcopus Colonienſis.

In Germania Henricus Rex, Feſto Reſurrectionis Ultrajecti cum matre Imperatrice celebrato, haud diu poſt ab ea avellitur. Namque Imperii Proceres invidia urebat, quod Agnete jubente Henricus Epiſcopus Auguſtanus præcipue Regni negotia adminiſtraret; in ſuſpicionem pudicitiæ quoque inducebatur Imperatrix ob frequentiorem cum illo Præſule conſuetudinem. Itaque Anno Archiepiſcopus Colonienſis, conſentientibus non nullis aliis, Regem juvenem, tunc decennem cum S. Lancea & ornatu Cæſareo Coloniam abducit. *Cont. Herm. Lamb. an. 1062.*

Annonem tunc temporis Archiepiſcopum Colonienſem, quippe hanc Eccleſiam jam annis ſex regebat, in ſuperiore *vit. S. Anno ap. Sur. 4. Dec.*

Sæculum XI. A.C. 1062.

riore Germania mediocris fortunæ, sed honestis parentibus natum, avunculus, Canonicus Bambergensis, ad eam Ecclesiam deduxerat, ubi literarum studiis tanto profectu incubuit, ut dignus habitus fuerit, qui Scholæ ejusdem Ecclesiæ præficeretur. Cum viri fama usque ad Imperatorem Henricum Nigrum perveniſſet, ille ad se vocatum Annonem inter omnes aulæ Clericos cariſſimum habuit, eique Præposituram Goslariensem, quæ clientum feliciſſimis dari solebat, contulit. Anno amicitiam Principis, & bonorum omnium, solis meritis suis, doctrina, amore Justitiæ, & libertate, qua eam tuebatur, sibi conciliabat. Multæ etiam corporis dotes eum commendabant, justa statura, optimus vultus, & eloquentia singularis. Cibo & somno, ubi neceſſarium urgebat negotium, carere poterat, præterea ad omne virtutis genus proniſſimus.

Lamb. ann. 1075. p. 239. &c.

Hermanno II. Archiepiscopo Colonienſi ad meliorem vitam translato, Imperator Succeſſorem delegit Annonem, eique Virgam & annulum Pastoralem contulit; sed non defuere Coloniæ, qui refragarentur, quod dicerent, non decere virum mediocri loco natum Cathedram occupare, in qua Bruno Ottonis Imperatoris frater sediſſet. Vicit tamen Imperatoris constantia, & Anno in Dominica

Annonis Sanctitas.

minica die tertia Martii, anno milleſimo quinquageſimo ſexto ſolemni ritu conſecratus eſt. Non erraſſe in hac electione Imperatorem Annonis vita demonſtravit, qui brevi tempore inter omnes Regni Proceres tantum virtutibus, quantum Dignitate eminuit. Eccleſiæ pariter & Reipublicæ amantiſſimus non minore fulgore, quam quisquam alius Anteceſſorum ſuorum Sedem Colonienſem illuſtravit. Quamvis enim externa non omitteret, non minore zelo exercitiis Spiritualibus incumbebat. Frequenter jejunabat, plerasque noctes orando tranſigebat, Eccleſias nudis pedibus, unico famulo veſtigia Domini ſequente, adibat. Eleemoſynas large diſtribuebat, in Clericos quoque, monachos, & peregrinos munificus. Nullam in ſua Diœceſi præteriit congregationem piam, quam non datis fundis, penſionibus annuis, aut reparatis ædificiis ſibi devinxiſſet, omniumque teſtimonio nullus Anteceſſorum ejus, ex quo Eccleſia Colonienſis fundata fuiſſet, eam Sedem vel tantis opibus auxit, vel tanto ſplendore decoravit.

Sæculum XI. A.C. 1062.

Herm. & Lambert.

Annonis Sanctitas.

Juſtitiam ſubditis reddebat recto corde; cum ad populum diceret tanta eloquentiæ vi pollebat, ut ex obſtinatiſſimis peccatoribus lacrymas eliceret; ipſo in Cathedra perorante Eccleſia pœnitentium gemitibus & fletibus reſonabat.

Sæculum XI. A.C. 1062.

Coloniæ Anno duo Monasteria Canonicorum, & in diversis locis tria Cænobia monachorum, quorum celeberrimum Sigebergense fuit, fundavit, quia vero Disciplinam in tota Germania relaxatam summo dolore cernebat, angebatur, ne tanti sumptus, quos faciebat, sine utili-

Sup. l. LIX. §. 21.

tate impenderentur. Cum Romam Reipublicæ causa iter faceret, atque ad Monasterium Fructuarienſe in Longobardia situm divertisset, miratus, Regulam a Monachis Religiose servari, non nullos inde evocatos Sigebergam deduxit. Ejus exemplum secuti alii in Germania Episcopi pleraque monasteria, adscitis ex Cænobiis Gorzienſi, Cluniacenſi, Sigebergenſi, aliisque locis, alumnis reformarunt. Ipse vero Monachos suos Sigebergenses usque adeo reverebatur, ut iis velut Magistris suis obsequeretur, suis manibus ministraret, & quotiescunque cum ipsis versaretur, silentium ceterasque Regularium cœtuum consetudines solicite servaret. Talis fuit Anno Archiepiscopus Colonienſis. Postquam vero Regis Henrici pueritiam moderari, consentientibus Imperii Optimatibus,

Gest. Pont.

cœpit, munus Cancellarii in Italia Guiberto Parmenſi ademptum Gregorio Epi-

Opusc. IV.

scopo Vercellenſi (*) dedit, & Concilium

(*) Is verisimiliter prioris Episcopi, qui Antipapam creavit, depositi Successor fuit.

lium Osboriæ (*) in Saxonia, ubi Cadalous depositus fuit, celebrari curavit. Petrus Damiani comperto, quod Episcopi propediem ad Synodum commigraturi essent, Defensionem Alexandri II. Papæ in se suscepit, edito Dialogo, in quo Regis Henrici Causidicum, & Ecclesiæ Romanæ Procuratorem in Concilio, quo conjectura est Scriptum hoc missum fuisse, loquentes inducit. Summam damus. Sæculum XI. A.C. 1062. *tom. 9. Conc. p. 1156.*

§. XLIX.

Disputatio Synodalis Petri Damiani.

Regius Advocatus: *Papam in Sacram Sedem evexistis ignorante Rege, non sine contemptu Regiæ Majestatis. Nam secundum Canonum auctoritatem illorum est Pontificem eligere, quorum deinde est electo obedire. Sed Rex, qui Populi Romani caput est, Papæ obedire tenetur, ergo constat, nisi Romani Regis consensus accesserit, Romani Pontificis electionem non esse perfectam.* Defensor Romanæ Ecclesiæ: *Ergo neque S. Stephanus, nec S. Cornelius, non S. Clemens, non ipse Beatus Petrus Papali nomine digni erant, quia ab illorum temporum Imperatoribus electi non sunt?* Advocatus: *Imperatores illi erant Gentiles; ceterum Christiani Prin-*

(*) Hic locus hodie ignoratur.

Sæculum XI. A.C. 1062.

cipes ſemper Romanos elegere Pontifices. Defenſor: *Percurre mecum Eccleſiaſtica antiquitatis Hiſtorias; perpaucos invenies, in quorum electione Principum acceſſerit conſenſus.* Tunc commemorat plerosque Pontifices a Damaſo Papa usque ad S. Gregorii tempora, & Imperatores ejusdem ætatis, affirmatque eorum conſenſum in electione Pontificum non fuiſſe requiſitum. Hisque ſubjungit: *Quod autem in electione Beati Gregorii legitur Mauritius Imperator aſſenſum præbuiſſe, ſicut pauci alii Principes, cum Pontifices eligerentur, hoc dictavit perturbatio temporum, & tempeſtas horrenda bellorum.* Deinde Donationem Conſtantini, quam tunc nemo impugnabat, in medium affert. Advocatus: *Verumtamen negare non potes, quod Imperator Henricus pater Domini mei Regis factus ſit Patricius Romanorum, & primas partes in electione Summi Pontificis ab ipſis acceperit. Huc etiam, quod præſtantius eſt, accedit, Nicolaum Papam hoc privilegium Domino meo Regi, quod paterno jure habebat, conceſſiſſe, & Synodali Decreto confirmaſſe. Quo igitur pacto Regia Majeſtas Domini mei hanc prærogativam amiſit?* Defenſor: *Hoc privilegium Regis noſtri ipſi quoque defendimus, & ut ſemper plenum illibatumque poſſideat, optamus. Quid autem mali fecit Romana Eccleſia, ſi filio ſuo*

Sup. lib. XXXV. §. 1.

Sup. §. 30.

suo adhuc puero, & tutela egente, ipsa Tutoris officium subiit? quis nescit, quod Sacerdotem eligere puer ignoret? accedit, quod non nunquam ob varietatem temporum mutandus sit rerum ordo. Tunc enim quando Pontificem Romana sibi præfecit Ecclesia; tantæ simultatis fomes in seditiones cives accenderat, tantus livor & odium tumultuantium, civium corda turbaverat, ut si responsum a Rege vastis terrarum spatiis remoto expectassemus, populi furor in mutua vulnera & cædes prorupisset. Sæculum XI. A.C. 1062.

Advocatus: *Dicitis, quod breve temporis spatium non permiserit consensum Regis expectare. Quod est frivolum, constat enim, tres plus minus menses effluxisse, ex quo Nicolaus Papa occubuit, usque ad Calendas Octobris, cum iste successit.* Defensor: *Ecce compellis me ad proferendum publice, quod, ut Palatio Imperiali parcerem, silentio involvere decreveram. Nam vos, aulæ Regiæ Rectores, cum quibusdam Germaniæ Episcopis Concilium celebrastis, in quo Papam, & omnia, quæ ipse decreverat, damnastis, atque ex consequenti etiam privilegium, quod Regi concesserat. Sed absit a nobis, ut, propter cujuscunque insolentiam, Rex qui innocens est, & quem Auctore Deo ad Imperiale fastigium perventurum speramus, rem sui juris amittere velimus. Ut vero totam* Dialogus Petri Damiani.

Sæculum XI. A. C. 1062.

calamitatis noſtræ percurramus Hiſtoriam; Stephanus Cardinalis Presbyter, vir gravis & omnibus ob merita maxima conſpicuus, ad aulam Regiam cum epiſtolis Apoſtolicis miſſus, aulæ Rectoribus eum arcentibus, in conſpectum Principis Matrisve ejus non potuit penetrare, ſed per quinque fere dies, ad Beati Petri & Apoſtolicæ Sedis injuriam, præ foribus manſit excluſus. Quod ille, utpote vir patiens, æquo animo tulit, Legati autem officium implere non potuit; unde cum literis clauſis & ſignatis domum remeavit, quia eum aulicorum temeritas Regem adire non permiſit. Hunc vero reatum nec Imperatrici matri, nec Regi filio adſcribimus; eum ætatis infirmitas, illam ſexus imbecillitas excuſat. Sed omiſſis ceteris, cur tandem ignorante Roma Romanum Pontificem eligere auſi eſtis? Advocatus: *Jam diu Gerardus Comes, aliique Romani, quos inter numerabatur Abbas Monaſterii, quod dicitur Clivus Scauri, inſtabant, ut Papam eligeremus. Non ergo, ut aſſeris, ignorante Roma, electio peracta eſt.* Defenſor: *Belliſſime in rem meam facis, dum fateris, quod cum Gerardo, viro ſub anathemate conſtituto, communicaveritis. Nam ut de Abbate & aliis interim ſileamus, Gerardus excommunicatus fuit ab omnibus ferme Pontificibus, quicunque Romanæ Eccleſiæ ejus tempo-*

temporibus præfuerunt. Demum, paulo antequam moveretur, iterum anathematizatus est ob injuriam atrocissimam illatam cuidam Comiti Anglo, & Archiepiscopo, quos a Beati Petri liminibus redeuntes invasit, spoliavit, & mille Papienses monetæ libras rapuit. Ideo igitur in plena Synodo, Papa Nicolao præsidente, excommunicatus est, & extinctis luminaribus sub perpetuo anathemate condemnatus. An talem hominem decebat Ecclesiæ Romanæ Caput præficere? an dignum fuit, ut hostis Ecclesiæ infensissimus, qui eam feraliter persecutus fuerat, Summum ejusdem Ecclesiæ Pontificem eligeret? An non ille potius Legitimus Papa est, quem Cardinales Episcopi unanimi voce elegerunt, Clerici populusque exoptaverunt, non ab extremis terris advocatum, sed Romanum? Porro ut charitatem in Regem profiteremur, hunc aliis dignis, qui in gremio Ecclesiæ Romanæ existebant, prætulimus, Regis Domesticum & familiarem.

Sæculum XI. A.C. 1062.

Sup. §. 44.

His auditis Advocatus Regis Henrici se acquiescere profitetur; sed meminerit Lector, eum a Petro Damiani loquentem induci. In peroratione Petrus hortatur tam Regios, quam Sacræ Sedis Ministros, ut in fovenda inter Sacerdotium & Imperium concordia conspirent, atque ita Genus Humanum ab his Supremis Potestatibus gubernatum nunquam

Sæculum XI. A. C. 1062.

dissensionibus dividatur. Altera alteram stabiliat. Pontifex, ubi opus erit, delinquentes Principis Legibus coerceat, & Rex cum Episcopis suis de iis, quæ ad animarum salutem spectant, secundum Canones decernat. Papa tanquam Parens paterno semper jure emineat, Rex unicus & dilectissimus filius in amoris illius amplexibus requiescat, ac gemino utriusque studio Christianæ Religionis Disciplina refloreat.

Opusc. XVIII. c. 8.

Quid hoc Petri Damiani dialogo actum fuerit nescimus, sed ex aliis ipsius Scriptis discimus, Cadaloum primo anno, quo electus fuerat, & in Vigilia SS. Simonis, & Judæ, id est, vigesima octava Octobris, anno millesimo sexagesimo secundo, ab omnibus Episcopis Germaniæ & Italiæ præsente Rege damnatum fuisse & depositum. Hoc facto putabat Petrus salvari posse vaticinium suum, quod confidenter ediderat, hoc ipso anno moriturum esse Cadaloum, dicens, quod dignitati suæ & honori mortuus esset.

§. L.

Alia Petri Damiani Scripta.

Petrus Damiani ab Episcopatus onere liberatum se arbitrabatur, ex quo primum sub Pontificatu Nicolai II. iterumque Sedente Alexandro II. tanto muneri

neri renunciaſſet, atque exinde in ſuis epiſtolis monachum ſe vocitabat. Haud diu poſtquam ſeceſſiſſet, ad Epiſcopos Cardinales prolixam dedit Epiſtolam, in qua præſumens, eos in Conciliis Judices eſſe & Papæ Conſiliarios, (*) hortatur ad fugam avaritiæ. Dicit, non ſolum mu-

Sæculum XI. A.C. 1062.

Opuſc. XXXI.

(*) Cardinales tam intra, quam extra Concilium Summi Pontificis Conſiliarios eſſe conſtat. Epiſcopos vero non Conſiliarios ſolum, ſed etiam in Eccleſia Judices eſſe, illuſtriſſimum habemus Teſtimonium Sanctiſſimi Patris Noſtri, Beatæ memoriæ, Benedicti XIV. de Synod. Diœceſ. Lib. XIII. Cap. II. num. 2. *Canonici autem ad Diœceſanam Synodum vocantur tanquam meri Epiſcopi Conſiliarii, non vero, ut Judicis partes ibidem aſſumant: quapropter non debent Synodo ſubſcribere, ne videantur ſibi cenſoriam & Judiciariam uſurpare poteſtatem, quam ex Subſcriptione inferri animadvertit laudatus Canus Loc. Theol. lib. 5. cap. 5. p. 154. Patavinæ Edit. anno 1714. inquiens, Conſiliarii, qui non ſunt ſimul Judices, non ſolent Judicio ſententiæque ſubſcribere. At in Synodali Sententia* (loquitur de Concilio Generali) *non Pontificis ſolum, ſed ceterorum Epiſcoporum Subſcriptiones adponuntur. Sunt igitur ſine dubio Judices.* Hæc Benedictus XIV. ex Melchiore Cano. At mihi irrepſit error per oſcitantiam in Nota tom. I. pag. 83. ubi non legendum: *illa verba ex Patavino*, ſed ex Melchiore Cano *Patavinæ Editionis.*

Sæculum XI. A.C. 1062.

nera clientum non esse captanda, sed etiam sponte oblata rejicienda esse, quod etiam ista animum Judicum erga eos, a quibus accipiunt, plus æquo faventem reddant. Multis deinde de avaritia disserit, quæ omnes virtutes corrumpit, & omnia bona opera pervertit. *Etsi avarus*, inquit, *Ecclesias ædificet, Verbum Dei prædicet, dissidentes reconciliet, vacillantes in Fide confirmet, Sacrificia quotidie offerat, a Sæcularibus negotiis abstineat, quamdiu avaritia animum ejus occupat, nulla virtutum in eo genuina est & sincera.* c. 3.

Tum inferius: *Simoniæ rei sunt, non solum Sacros Ordines vendentes, aut ementes, sed etiam, qui pro sententia in Concilio ferenda pretium accipiunt. Non tamen eum, qui pecuniam dat, ut quod justum est obtineat, damnare ausim. Vidi* c. 4. *ego*, subjungit, *Fratrum nostrorum aliquem non parum lætari, quod dies inchoando Concilio præstituta appropinquaret, quasi tempus opimæ messis aut dulcissimæ vindemiæ adveniret. Habebat enim subornatos homines, qui ipsi a clientibus promissam pecuniam comportarent.* Et infra: *Qui dona accepit, contra benefactorem suum causam dicere non audet, & si etiam finito judicio acceperit, saltem in futurum libertatem suam venumdedit.* c. 5.

Rur-

Rursus: *Non ideo avari homines divitiis inhiant, ut naturæ necessitati subveniant, sed ut pelves & pateræ, lautitiis cumulatæ, aromata Indica redoleant, & vinum melle conditum in vasis crystallinis rutilet. Ut ubicunque pedem intulerint, protinus parietes & pavimentum conclavium pretiosis tapetibus & sellæ velaminibus holoseric is vestiantur. Tumidorum istorum famuli servitia partiuntur: aliqui reverentissime adstant, quemlibet Dominorum nutum attente præstolantes, alii currunt, ut jussa capessant. Eorum lecti magnificentius quam in Ecclesia Altaria nitent, vilescit purpura, pannis diversorum colorum decorantur. Lana agnorum vilipenditur, & pelles mustellarum, aut vellera pontica peregrino ex orbe advebi jubentur. Ut nihil dicam de Cappis auro & gemmis tumentibus, de Baculis auro penitus contectis, & annulis, in quibus uniones enormis magnitudinis fulgent.*

Sæculum XI. A.C. 1062.

Luxus Clericorum.

Petrus Damiani iterum Episcoporum fastum & Romanæ Curiæ vitia carpit, in quodam Apologetico, quo se Episcopatum prudenter fugere contendit. *O tempora! o mores!* inquit, *jam modestum esse, sensus custodire, severitatem & gravitatem Sacerdotalem servare non amplius licet. Ego ipse, cum sæpe ad vos veni* (sermo ad Pontificem & Hildebrandum dirigitur) *quam multa dissolute fieri notavi!*

Opusc. XX. c. 7.

vix

Sæculum XI. A.C. 1062.

vix bene acceſſeris, audies ſexcentas cavillationes, facetias, jocos, quæſtiones innumeras, verba otioſa. Videas animos effuſos in curas non neceſſarias, quibus devotio extinguitur, & bonum exemplum proximis debitum corrumpitur. Si vero cum diſſolutis diſſoluti non ſumus, homines Stoicorum more aſperi & inhumani audimus. Cetera his turpiora commemorare erubeſco, venandi ſtudium, aucupium, accipitres, furorem alearum vel latrunculorum luſu optimas horas perdendi, quæ ex Epiſcopo Scurram faciunt. Quadam die cum Epiſcopo Florentino iter mihi facienti aliquis nunciavit, ipſum latrunculis ludere. Ingemui, & deinde tempus opportunum nactus monui, quam male conveniat Epiſcopo hujusmodi recreatione tempus fallere, viro, cujus manus Corpus Domini Noſtri offerunt, & quem lingua Mediatorem inter Deum & hominem conſtituit, etſi illud ſilentio præterirem, quod Canones Epiſcopis omni luſu interdicant. Reſpondit Epiſcopus, *ſolas aleas fuiſſe probibitas; at ego probavi, de omni ludorum genere illud Decretum eſſe accipiendum. Ille ſe erraſſe confeſſus me rogavit, ut ſibi injungerem pœnitentiam. Præſcripſi, ut ter Pſalterium recitaret, pedes duodecim pauperum ablueret, & ſingulis denarium daret, quo peccatum & lingua & manibus commiſſum deleret.*

Luſus Latrunculorum.

In

In alio Scripto Petrus Damiani damnat modum, quo aliqui ad Episcopatum tendebant, videlicet aulas Principum sectando. *Ecclesiam relinquunt,* ait, *quia in Ecclesia dominari cupiunt, & quasi Laici fiunt, ut ad Episcopatum perveniant. Ego vero affirmare non dubito, tales in omni genere Simoniæ reos esse. Nam pecuniam pro acquirendis Dignitatibus Ecclesiasticis dant, cum ingentes sumtus in itinera & vestes pretiosissimas faciunt. Ponamus duos Clericos, quibus singulis centum libræ denariorum in ærario sunt. Unus ad Regiam proficiscitur ibique sensim expendit, quæ prius collegerat. Alter domi manet, & pecuniam servat. Jam si una die Episcopatus utrique conferantur, hic tota pecunia simul data Dignitatem emit, & alter quidem nihil novi dat, quia longo tempore in aula serviit. Quæso! uter caro magis Episcopatum emit? an non magis ille, cui præter suam pecuniam Dignitas Episcopalis maximo labore stetit, quam alter, qui præter pecuniam nihil dedit?*

Sæculum XI. A.C. 1062.

Opusc. XXII. c. 1.

Simoniæ varia genera.

Si spectemus duas alias Simoniæ species, nempe quæ per linguam & obsequia præstita vel præstanda committitur, evidenter constat, Clericos aulicos utroque modo peccare. His enim antiquius nihil est quam Principi adulari, ejusdem propensiones & indolem explorare, nutibus obedire,

Sæculum XI. A.C. 1062.

obedire, sermoni applaudere, in cunctis assentari. Regibus abjectissime serviunt, & sicut patrimonia sua & opes proprias profundunt, ut Ecclesiæ divitias acquirant, ita dominandi cupiditas mancipia efficit. Profecto nimium caro Dignitates Ecclesiasticas emunt, qui eas post longam servitutem acquirunt, & parasitorum Sycophantarumque more vivunt, ut Episcopatum consequantur. Qui hac ratione Episcopatu potiti sunt, Bona Ecclesiæ postea prodigunt, ut sibi amicos concilient, sibique devinciant illos Fideles, a quibus libere eligi debuissent. Sic autem Simoniæ rei fiunt, etiamsi prius Simoniaci non fuissent, dant enim aliquid, ut quiete Episcopatum tenere sinantur, & parum interest, an pro munere Ecclesiastico vel ante vel post consecrationem quidquam detur.

§. LI.

S. Dominicus Loricatus.

vit. S. Dom. Sæc. 6. Ben. p. 143.

Anno millesimo sexagesimo secundo Petrus Damiani amisit amicum clarissimum, cujus historiam prodigiis plenam ad nos transmisit, Dominicum, cognomento Loricatum, quod Loricam ferream pœnitentiæ studio semper gereret. Cum Clericus esset, ejus parentes pellem hirci Episcopo obtulerunt, ut eum Presbyterum ordinaret. Quæ culpa con-

Sæculum XI. A.C. 1062.

converſionis ipſius occaſio extitit, usque adeo enim exhorruit, ut relicto ſæculo monachorum, & deinde cum Petro Damiani Anachoretarum inſtitutum in loco quodam Umbriæ, qui *Luceoli** diceba-tur, arripuerit, ſub Magiſterio Viri Sancti, Joannis de Monte Feretri. Quia vero Simoniace ordinatus fuerat, donec vixit, Sacroſancti Altaris uſurpare Miniſterium non præſumpſit. Virgo usque ad obitum fuit Dominicus, corporis macerandi tam ſtudioſus, ut nemo unquam magis.

* Ponte rezzoli.

Eremitæ Luceolenſes in decem & octo Cellulis habitabant, & hac lege vivebant: nunquam bibebant vinum, nunquam adipe alimenta condiebant, ſolum in die Dominica & Feria quinta coctum pulmentum ſumebant, quinque per hebdomadam diebus in pane & aqua jejunium celebrabant, ſemper orationi, aut manuum operi vacabant. Unicum habebant ſagmarium vel aſellum, quem cellerarius annona onuſtum agebat. Silentium tota hebdomada ſervabatur, niſi quod in Dominica poſt Veſperam usque ad Completorium loquendi libertas eſſet. Nudis præterea pedibus & cruribus jugiter in cellulis morabantur. Ceterum Dominicus, conſentiente Priore, ſe totum Petri Damiani curæ commiſit, & in cellula ipſius cellulæ proxima, quippe

Sæculum XI. A.C. 1062.

pe sola Ecclesia media dividebantur, permanebat. Longo annorum spatio ferrea ad carnem lorica præcinctus, eam tunc solum deponebat, quando flagellorum ictibus corpus castigabat. Vix autem dies ulla præteribat, quin duo Psalteria modulando utraque manu scopis armata nudum corpus tunderet, & hoc remissiore quidem tempore, nam in Quadragesima, sive cum pro alio pœnitentiam impleret, per dies singulos, ut minus tria Psalteria meditans & se ipsum verberans persolvebat. Sæpe duo Psalteria continuo, semper stans, nunquam sedens & a verberatione nunquam cessans, recitabat.

Petro Damiani aliquando inquirenti an lorica gravatus genuflectere posset, respondit: *Quando bona utor valetudine, per omnes totius Psalterii quindenos Psalmos centies* (id est per totum Psalterium millies) *genuflectere consuevi.* Quadam die post vesperam cellulam Petri ingressus, cum totus ejus vultus vibicibus liveret, *Magister*, inquit, *hodie feci, quod hactenus me fecisse non memini. Octo nempe Psalteria inter diem ac noctem modulatus explevi.* Verum ut Psalterium citius absolveret, ut ipse asseruit, non totos Psalmos pronunciabat, sed satis ipsi erat, verborum sensum mente percurrere, atque ad id ipsum, ajebat, majore animi attentione opus erat.

Aliquan-

Aliquando a Magistro suo remotus habitavit Dominicus, a quo deinde interrogatus, quibus tunc se vitæ legibus regeret, respondit, se more hominis carnalis vivere, seque Feriis quintis & Dominicis diebus a solito abstinentiæ rigore aliquid relaxare. Statimque Petrus: *An ovis vescaris vel caseo?* illoque negante, rursus: *an piscibus vel pomis?* & respondit: *hæc ægrotantibus relinquo.* Tandem post longum examen nihil aliud exploratum, quam quod, Italorum more, præter panem fœniculo libenter vesceretur. Sæculum XI. A.C. 1062.

Cum comperisset Dominicus, Petrum Damianum literis adnotasse, quod una die novem Psalteria inter continuos virgarum ictus recitasset, expavit, atque an id posset iterum experiri statuit. Quarta igitur Feria vestibus se exuit, & armata scopis utraque manu, totam noctem vigil, psallere ac se verberare non destitit, atque ita altera die completis duodecim Psalteriis partem decimi tertii usque ad Psalmum, *Beati quorum*, absolverat. Dominici exemplo corpus flagellis castigandi consuetudo in illa regione ita inolevit, ut non modo viri, sed & nobiles mulieres se ipsas zelosissime cæderent. Legit aliquando, quod si quis duodecim in illo Scripto notatos Psalmos vicies quater erectis in modum Crucis Frequens flagellatio.

Sæculum XI. A.C.1062.

manibus caneret, pro uno anno pœnitentiam Ecclesiasticam compensare posset; protinus Dominicus, id quod legebat faciendum arripuit, & duodecim illos Psalmos extensis, ut dictum est, brachiis vicies quater non interrupte quotidie decantavit. Ceterum recitato Psalterio centum quinquaginta Psalmorum non fatigatus addebat etiam Cantica, Hymnos, Symbolum S. Athanasii, & Litanias, quæ hodieque in fine antiquorum Psalteriorum adnexa visuntur.

Vita S. Dominici.

Aliquot ante obitum annis aliquando expertus, quod corrigiarum scuticæ virgarum scopis duriores essent, his se verberare adsuevit; hujusmodi itaque flagellum, quando foras egrediebatur, portabat in sinu, ut ubicunque eum jacere contingeret, verberibus se posset afficere. Cum vero deesset occasio loci, in quo totum se posset exuere, per crura saltem & femora, per caput atque cervicem se se non cessabat affligere. Nam quamvis nudis incederet pedibus, vestes tamen ejus ad tibias vix medias descendebant, cum alii Eremicolæ, ut a frigore pedes communirent, vestimentis usque ad pavimentum defluentibus uterentur. Exesis autem jejunio membris, & hamatæ loricæ mole detritis Æthiopicam nigredinem contraxisse videbatur. Circulis quoque ferreis quatuor, nam duo-

duobus in coxis, & duobus in cruribus stringebatur, quatuor alios postea addidit. Horrida viri pœnitentia non obstitit, quo minus ad ultimam senectutem perveniret, & post ejus obitum invenerunt Fratres, quod præter loricam ferream, cui adsueverat, aliam haberet ejusdem metalli, quæ ipsi lintei, in quo decumberet, loco erat. E vivis vero migravit anno millesimo sexagesimo secundo, decima quarta Octobris, qua die Ecclesia ejus memoriam colit. Primum sepultus est in sua cellula, ne monachi vicini eum raperent, Petrus Damiani vero eum deinde in Capitulum honorifice transferri jussit, corpusque ipsius nono post mortem die sine corruptionis indicio integrum repertum.

Sæculum XI. A.C. 1062.

Martyr. 14. *Octobr.*

§. LII.

Quomodo Pœnitentia redimi potuerit.

Non solum ut deleret propria peccata, sed etiam aliena, Dominicus tanto rigore in corpus suum sæviebat, atque ut pœnitentiam aliis injungendam impleret. Tunc temporis enim opinio plerisque inoleverat, pro singulis peccatis ad implendam pœnitentiam Christianos teneri, in Canonibus præscriptam, eum in modum, ut si uno homicidio commisso decem pœnitentiæ anni implendi essent, ille, qui viginti homines interemisset,

Sæculum XI. A.C. 1062.

set, ducentorum annorum pœnitentiam suscipere teneretur. Quia vero tantum vitæ spatium natura homini non indulget, modum invenerant, hujusmodi pœnitentiam redimendi. Nunc vero Petrus Damiani, docente Dominico, didicisse se dicit, centum annorum pœnitentiam vicesies Psalterium recitando accedentibus flagelli ictibus redimi posse. Nam ter mille verbera unum annum pœnitentiæ redimebant, & mille verbera per decem Psalmos incutiebantur; unde sequebatur, centum quinquaginta Psalmis quinque pœnitentiæ injunctæ annos compensari, & viginti Psalteriis recitatis annos centum redimi. Dominicus sex diebus pœnitentiam centum annorum facile explebat, atque ita peccatores a tanto onere liberabat. Quin aliquando ineunte Quadragesima Petrum Damiani rogavit, ut sibi mille annorum pœnitentiam injungeret, & parum defuit, quin eam ante Quadragesimæ finem absolveret.

Opusc. LI. c. 8.

c. 9.

In quodam Opere, cui titulus Perfectio Monachorum, Petrus Damiani affirmat; si monachi, prius in Sæculo degentes, gravia peccata commisissent, non sufficere, quod in monasterio communem Regulam observent, sed opera pœnitentiæ criminibus perpetratis congruæ addenda esse. *Quidam Monachus*, inquit Petrus

p. 22. *Opusc. XIII* c. 6.

Sæculum XI. A.C.1062.

Petrus in hoc libro, *venit aliquando ad me, confessusque est omnia peccata sua, quæ quondam Laicus commiserat. Ei septuaginta annorum pœnitentia, nisi me fallat memoria, secundum Canones peragenda fuisset, jamque annos septem in habitu monastico vitam ducebat. Interroganti mihi quantum pœnitentiæ tempus pro his peccatis expleſſet, respondit, se omnia Abbati suo confessum fuisse, qui nullam sibi pœnitentiam nisi jugum communis Regulæ in monasterio portandum injunxisset, affirmans, solam Conversionem, id est Regulæ observationem, ad remissionem omnium peccatorum suorum sufficere. Ego horrescens exclamavi, deceptum fuisse bonum hominem, qui necdum pœnitentiam inchoasset, quam peragendo varia opera corpus affligentia dudum potuisset implere.* Petrus Damiani, ut ego quidem existimo, nullum affert idoneum argumentum hujus opinionis, quæ nullo alio fundamento, quam tot annorum in pœnitentia computatione, antiquis ignota, nitebatur.

In epistola ad quemdam Episcopum data dicit: *Non ignoras, nos, quando a pœnitentibus agrum recipimus, pro magnitudine doni aliquam pœnitentiæ partem relaxare.* Hæc praxis ex eodem pœnitentiam æstimandi commutandique princi- *Lib. IV. ep. 21.*

Pœnitentiæ modus.

Sæculum XI. A.C. 1062.

pio fluebat. Modum profecto facillimum Ecclesias locupletandi!

Attamen non nulli flagella, & universim injunctæ pœnitentiæ redemptionem damnabant, quod ex ipsius Petri Damiani Scriptis dispicimus. Nam in epistola ad Clericos Florentiæ data conqueritur, quod ea, quæ de flagellorum usu scripsisset, in publicum prolata fuissent, quamvis ista nec Laicis, nec Clericis, sed solis monachis destinasset, & ea tantum, quæ ipsi quotidie agunt, retulisset. Illos deinde, qui hunc usum vituperabant, objicientes inducens ait: *En, pœnitentiam novam, inquiunt, & hactenus per tot sæcula inauditam! qua semel recepta destruuntur Canones, & traditio perit.* Volebant dicere, his compensationibus admissis fore, ut Pœnitentia Canonica abrogaretur. Qua in re minime fallebantur, ut postea experientia & eventus docuit. (*)

Lib. V. ep. 8.

§. LIII.

(*) Hic disceptatur de quæstione, an expedierit tempus pœnitentiæ publicæ aliis pœnitentiæ occultæ operibus redimi, ipsamque sensim antiquam Ecclesiæ Disciplinam mutari. Et Fleurius putat, meliorem fuisse praxim antiquam quam novam. At putida calumnia est, quod Protestantes comminiscuntur, cum dicunt cum Interprete Fleurii in Præf. Man hat di. Herzens-

Sæculum XI.
A.C.1062.

§. LIII.
Flagella.

Verum respondet Adversariis Petrus Damiani: *An non Servator Noster flagel-*

2. *Cor.* 11. 24.
Act. 5. 40.

buß in Geldesstrafe verändert. Nam semper Ecclesia Romana docuit, peccatori nec flagella, nec jejunia, nec datam pecuniam, quamvis hæc opera sua natura salutaria sint, sine interna cordis conversione & emendatione quidquam prodesse. Ceterum observabit Disciplinæ Ecclesiasticæ studiosus Lector, in hoc Sæculo Episcopos frequentius quam in superioribus cœpisse pœnitentibus singulis Indulgentias concedere. Necdum tamen Generales vel futuris pœnitentibus applicandæ concedi solebant. At constans & firma contra Protestantes Ecclesiæ Catholicæ Doctrina est, vi potestatis, a JEsu Christo Ecclesiæ suæ traditæ, vel aliquam partem pœnitentiæ Canonicæ, vel etiam postulante necessitate maximam relaxari posse. Cumque JEsus Christus semel ad Apostolos dixerit Matth. XVIII. *Quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in Cælo.* & iterum ad solum S. Petrum: Matth. XVI. *Et tibi dabo claves Regni Cælorum .... & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in Cælis.* credere debemus tantum pœnitentiæ solvi & remitti in altero mundo, quantum eidem, Ecclesiæ potestate super terram relaxatur. Risu autem & commiseratione digni sunt Protestantes, qui se Evangelicos perperam jactant, & contra clarissima Evangelii verba aliud docent.

Sæculum XI. A.C. 1062.

Hier. ep. 22.

flagellatus fuit? an non S. Paulus quinquies quadragenas una minus accepit? an non omnes Apostoli flagellati? Quot non Martyres eundem cruciatum sustinuerunt? S. Hieronymus aliique Divino mandato flagellati leguntur. Dices haud dubie; omnes hos Sanctos ab aliis non a semetipsis fuisse cæsos. Respondeo, ergo etiam forsan non amplius portandam esse Crucem nostram, quia hodie desunt persecutores, qui nos crucifigant? quin potius, sicut ille Christianus, qui propria voluntate, nullo præcipiente Sacerdote, jejunat, a nemine temeritatis accusatur, ita etiam qui propriis manibus corpus suum cædit, damnandus non est. Optimum pœnitentiæ genus est, flagellis carnem suam castigare, ut jactura, quærendo carnis delicias facta, reparetur.

Quod si, se ipsum virgis cædere, Disciplina nova, ideoque vituperabilis illis videtur, qui cuticulæ suæ parcunt, an forte etiam rejiciendus erit Venerabilis Beda, qui secundum veteres Canones vult, ut quidam pœnitentes ferreis vinculis constringantur? Tum Auctor aliquot singularis rigoris exempla ex Vitis Patrum excerpta affert, sed nullum de aliquo eorum se ipsum flagellante; unde silentio suo fatetur, novum fuisse istud se ipsum castigandi genus. Nec quidquam aliud probat, quam licitum esse pœnitentiæ opera,

opera in Libris Canonum non contenta, exercere. Unde ante hoc Sæculum XI. non legi, quemquam Sanctorum suis manibus vapulasse. Sed prima exempla de S. Guidone Abbate Pompositano, anno millesimo quadragesimo sexto mortuo, & de S. Poppone Abbate Stabulensi, anno millesimo quadragesimo octavo vita functo, referuntur. Sæculum XI. A.C. 1062. *Mabil. præf. Sæc. 6. n. 33. Sup. l. IX. §. 48. §. 33.*

Tum Petrus Damiani sermonem prosequitur in hunc modum: *Quando Episcopi peccatoribus non nullis pœnitentiam multorum annorum injungunt, an non sæpe pecuniæ summam præscribunt, qua tempus redimant, atque in jejunio, quod ipsis nimium grave est, dispensant? quis vero banc redemptionem pœnitentiæ data pecunia damnare audeat, quia hæc consuetudo in antiquis Canonum collectionibus non reperitur? at si Laicis pecunia pauperibus collata peccata sua redimere permittitur, quid præscribendum erit monachis, quibus longa pœnitentia implenda restat, & qui dudum omnia Bona sua reliquerunt? cur non carnem suam castigando peccata sua redimere valeant?* De Flagellorum usu.

Eandem materiam tractat in epistola data ad quemdam Monachum Petrum, cognomento Capitosum, qui in novum morem, humeros suos & tergum scopis exarandi, acerbissime invectus fuerat, nec tam rem ipsam, quam immodicam *Lib. VI. ep. 27.*

Sæculum XI. A.C. 1062.

verberum multitudinem & durationem explodebat. Huic respondet Petrus Damiani: *Si licet sibi ipsi vel alteri flagello quinquaginta plagas incutere, cur non etiam sexaginta, aut etiam centum? si centum, cur non etiam quinquies centum, aut mille? quod Bonum est, nimium esse non potest. Si unius diei jejunium bonum est, jejunium duorum aut trium dierum melius est.* Itaque, si Petro Damiani credimus, perfecta erit pœnitentia, vel fame emori velle, vel sub scuticarum ictibus expirare. Nempe in Scriptis Petri nostri non semel argumenta stringentia desiderantur.

Monachi Cassinensis disciplinam se flagellandi cum jejunio Feriæ VI. auctore Petro Damiani receperant, atque pium istud exercitium non modo in Monasteriis ejusdem Regulæ, sed etiam in urbibus & pagis propagari cœperat. Non defuere autem in monte Cassino, qui in recentem hunc morem flagella sustinendi acriter declamarent; honestatem vitæ humanæ lædi, si quis coram tota frequentia nudaret corpus. Nam ritus erat, ut in pleno Capitulo cæderentur. Nemo autem majore vigore obsistebat, quam Cardinalis Stephanus, olim Montis Cassinensis monachus, qui istud pœnitentiæ genus adhiberi prohibuit. Econtra Petrus Damiani, hac de re ad

Chron. Cass. lib. III. c. 22.

Opusc. 43.

Con-

Congregationem data epistola, contendebat, honestum esse & salutare, pœnitentiæ amore, nuditatis confusionem pati, cumque Cardinalem Stephanum mors velox, haud diu postquam flagellorum usum damnasset, e vivis abstulisset, dicebat, forte ei mortem in pœnam obstinati contra flagella animi fuisse immissam, quamvis alias fateatur, hunc Cardinalem virum fuisse virtutis amantem. Sæculum XI. A.C. 1062.

§. LIV.

Devotio & Pietas in Sanctam Virginem.

Petrus Damiani etiam mentionem facit de quibusdam aliis novis quidem, sed sua ætate jam stabilitis modis, quibus S. Virgo colebatur, qualis erat Officium parvum Beatæ Virginis, & Sabbatum ipsius honori Sacrum. Item de Feria VI. Cruci, & Feria II. Angelis dedicata. De his in epistola ad Cardinalem Desiderium Abbatem Cassinensem ita loquitur: *In quibusdam Ecclesiis pulcherrima consuetudo introducta est; ubi omnibus diebus Sabbati Missa Sanctæ Virginis celebratur, nisi Festum incidat, aut Feria quadragesimalis. In nostris quoque Monasteriis & Eremis tres dies in Hebdomada ad colendos Sanctos destinantur, in quorum honorem Missas celebramus. Jam vero, ut quidam clarissimi viri pie credunt,* *Opusc. XXXIII. c. 3.*

Sæculum XI. A.C. 1062.

dunt, animæ defunctorum in Die Dominica non cruciantur, & die Lunæ ad locum supplicii revertuntur. Hinc illa die Missa in honorem Sanctorum Angelorum celebratur, ut ipsorum præsidium mortuis & brevi morituris paretur. Merito etiam Cruci dies Veneris tribuitur, qua Fratres nostri alter alterum in Capitulo virgis cædunt, atque in pane & aqua jejunant. Et infra: *Eadem die Missam de Cruce ad impetrandum ejusdem præsidium celebrant. Quod spectat ad Sabbatum, qua die, ut scriptum est, Deus requievit, eam congruit Sacram esse Sanctæ Virgini, in cujus sinu Divina Sapientia per Mysterium Incarnationis requievit. Nec ullatenus dubitandum, quin iis honoribus Virginem colentes, ejusdem patrocinium sibi concilient.*

Parvum Officium Beatæ Virginis jam Sæculo superiore recitari solebat, cum legamus, S. Udalricum Augustanum illud quotidie persolvisse. Petrus Damiani deinde hortatur monachum, nomine Stephanum, ut istud pensum Beatæ Virgini reddere non omittat, & refert ad suum propositum exemplum cujusdam Clerici Nivernensis, quem ad extrema deductum Sancta Virgo invisit, in os languentis ex uberibus suis lac immisit, & protinus sanavit, quia ejus officium singulis diebus diligenter recitaverat. In alio

vit. n. 44.

Sup. l. LV. §. 46.

lib. VI. ep. 29.

alio loco narrat exemplum alterius Clerici, cui, etsi magnis criminibus atque etiam impudicitia fœdus esset, morti proximo S. Virgo revelavit, remissa esse ejus peccata, quod etiam ipsam Virginem recitatione ejus Officii omnibus Horis assidue coluisset. Scripta Petri Damiani similibus scatent historiis, suntque frequentissima eorum, quæ probanda suscepit, argumenta. Ceterum negari non potest, ejusmodi precationes in se bonas esse; verum sequentia tamen tempora patefecerunt, consultius futurum fuisse sapienti Veterum Instituto inhærere. Dum enim Clerici & Monachi tot officiis obruuntur, tempus literarum studiis & labori manuum dandum minuitur, & ipsæ preces in Choro, quia valde prolixæ sunt, minore fervore persolvuntur.

Sæculum XI. A.C.1062.

Opusc. X. c. 10.

§. LV.

S. Wulstanus Episcopus Vigornienſis.

Inter hæc Nicolaus Papa duos in Angliam miserat Legatos, quorum alter Hermenfridus Episcopus Sedunensis erat. Hos Aldredus Archiepiscopus Eboracensis, itineris in Angliam suscepti comes, in conspectum Regis Eduardi deduxit, qui, ut erat piissimus Princeps, honorifice exceptos remisit ad Archiepiscopum (cum eo enim in itinere arctam inierant amici-

Sup. §. 45. *vit. Wulst. c.* 10. *Sæc.* 6. *Ben. p.* 2. *p.* 848.

Sæculum XI. A.C. 1062.

amicitiam) dum tempus Comitiorum in Paschate celebrandorum adveniret, quo redirent ad Regem & ad colloquium admitterentur. Archiepiscopus, expletis Papæ mandatis, & in societate Legatorum omnibus ferme Angliæ provinciis peragratis, cum Quadragesima immineret, anno millesimo sexagesimo secundo Vigorniam repetiit, indeque ad prœdia sua digressus, Legatos reliquit in Ecclesiæ Cathedralis Monasterio, cujus Wulstanus Præpositus erat.

Wulstanus hospites humanissime & liberalissime habuit, quin tamen de vitæ Regularis rigore quidquam relaxaret. Noctes cantans Psalmos & frequentissime genuflectens transigebat. Tres in hebdomada dies nullo cibo reficiebatur, & silentium servabat. Tres reliquos dies cum pane suo caulibus, aut porris, & in Dominica piscibus vescebatur, vinumque bibebat. Singulis diebus tres pauperes alebat, eorumque pedes abluebat. Legati optimam vitæ rationem, & doctrinam Wulstani, quam sanctis moribus fulciebat, admirati, ubi ad Regiam redierunt, cum de eligendo Episcopo Vigornensi deliberaretur, Wulstanum nominarunt, & maxima viri merita commemorantes Eduardi optimi Regis consensum facile obtinuerunt. Suis quoque suffragiis accesserunt Archiepiscopi duo Stigan-

Stigandus Cantuarienſis & Aldredus Ebo- Sæculum XI.
racenſis. Hunc vero ad eligendum A.C 1062.
Wulſtanum nihil aliud movebat, quam quod ſciret, eſſe virum ſimplicem, quem Eccleſiæ Vigornienſis fructus, quos ſibi retinere cogitabat, uſurpari paſſurum ſperabat.

Igitur Wulſtanus celeriter accerſitur. Poſtquam vero ad aulam pervenit, non facile negotium fuit, Sanctum virum eo adducere, ut Epiſcopatum ſuſcipere vellet. Opus fuit, ut Legati totam Summi Pontificis auctoritatem adhiberent. Aliquis etiam Recluſus, nomine Vulſinus, qui annis plus quadraginta in eremo degerat, vehementer cunctantem impulit, ut conſentiret, pertinaciam & ſacræ obedientiæ contemptum exprobrans. Tandem accepta a Rege Vigornienſis Epiſcopatus Inveſtitura ab Aldredo Archiepiſcopo, die Dominica, octava Septembris anno milleſimo ſexageſimo ſecundo, Eboraci conſecratur. Hæc ordinatio quidem ad Archiepiſcopum Cantuarienſem, cujus Suffraganeus erat, pertinebat; ſed Stigando, qui tunc illi Sedi præerat, Papa Sacris interdixerat, quod Eccleſiam vivo adhuc Anteceſſore ſuo occupaſſet. Ei tamen Wulſtanus obedientiam promiſit, declaravitque Aldredus, nolle ſe per hanc Ordinationem in novum

vit. ap. Boll. 19. Jan. to. 2. p. 239.

Sæculum XI. A.C. 1062.

novum Episcopum quamcunque jurisdictionem acquirere.

Wulstanus tunc annum ætatis agebat quinquagesimum, natus in Comitatu Varvicensi nobilissimis parentibus, qui inclinata jam ætate ambo professionem Monasticam amplexi sunt. His vita functis Wulstanus in familiam Brithegi, Episcopi Vigornienſis adlectus, ab eodem ob præclaras dotes & pietatem singularem adhuc juvenis Presbyter ordinatur, & parochiæ pinguissimæ prope civitatem sitæ præficitur. At Wulstanus curam animarum in se suscipere detrectavit, & post breve tempus Monachis Ecclesiæ Cathedralis in eadem civitate adscribi voluit. Ibi varia Monasterii munera obiit, jam puerorum Magister, cantoribus præfectus, & Custos rei Sacræ existens. Singulis diebus septem Psalmos, ad singulos versiculos genuflectens, & omnibus noctibus eodem ritu longum Psalmum centesimum decimum octavum recitabat. Quotidie ante unumquodque Ecclesiæ Altare, erant vero Altaria octodecim, septies prosternebatur.

Tandem circa annum 1046. Monasterii Præpositus electus non solum monachorum, sed etiam populi curam paternam gessit. Tempore matutino ad portam Ecclesiæ quibuscunque sui copiam faciebat, sive, ut miseris & oppressis

sis succurreret, sive ut pauperum infantes baptizaret, nam Presbyteri jam introduxerant malam consuetudinem, & gratis non baptizabant. Tanta Wulstani Charitas magnam populi multitudinem, cives & agrestes, divites & pauperes attraxit, nullusque parvulus rite baptizatus videbatur, nisi Wulstani manibus ablutus fuisset; usque adeo inoleverat Sanctitatis ejus opinio. Quia etiam populi mores inde corrumpi cernebat, quod Verbum Dei raro prædicaretur, singulis Dominicis & Festis solemnibus in Ecclesia ad Fideles dicere instituit. Cumque quidam monachus doctus & facundus cum eo jurgari ausus fuisset, quod in Officium Episcopale involaret, a Sancto viroveniam petere coactus est. Talis erat Wulstanus Præpositus, cum Episcopus Vigornienſis ordinatus est, quam Sedem annis triginta quatuor tenuit. Sæculum XI. A.C. 1062.

§. LVI.

S. Eduardus Rex Angliæ.

Sanctum Eduardum, tunc in Anglia ab annis viginti regnantem, Regis Ethelredi & Emmæ, Richardi Ducis Normaniæ Sororis, filium Pater paulo post quam natus fuisset, unacum matre in Normanniam misit, ut eum Danorum *vit. ap. Boll. 5. Jan. to. 1. p. 290.*

Sæculum XI. A.C. 1062.

Sup. l. LIX. §. 14.

crudelitati eriperet. Postquam vero sub regno Canuti Magni, atque duorum filiorum ejus Haroldi & Canuti II. in Normannia permansisset, iis defunctis anno millesimo quadragesimo secundo revocatur a Goduino Comite Cantiorum, qui Canuti I. filiam in conjugem acceperat, & sororem suam Eduardo in matrimonium dederat, solus vero dominabatur; nam Eduardus vir miræ simplicitatis erat, pietate quam regnandi solertia clarior. Singulari tamen Dei Beneficio, Eduardo plus annis viginti tribus imperante, quem sui amabant, & exteri verebantur, Anglia tranquillæ pacis quietem gustavit.

Primo regni sui anno, Goduino impellente, Reginæ matri suæ irascens, ei prœdia & reditus omnes abstulit, monasterio inclusit, compulitque, ut suspicionem turpis consuetudinis, sibi cum Episcopo Vintonienſi intercedentis, cujus accusabatur, probatione ferri candentis dilueret. Regina Emma probationem subiit, & nudis pedibus ignitos novem cultros aratri illæsa calcavit. Veniam ergo petiit Rex, flagellis ab utroque accusato, scilicet ab Episcopo & Matre, cædi sustinuit, & ablata restituit. Leges a Rege Edgaro, avo suo, promulgatas, & Danis dominantibus abrogatas, Eduar-

dus

dus collegit. Hæ Leges Regis Eduardi celeberrimæ, & cunctis sequentibus sæculis magnæ auctoritatis, summatim referebant, quæ olim antiquissimi Reges decreverant, multaque ad causas Ecclesiasticas pertinentia complectebantur. Sæculum XI. A.C.1062. *tom.* 9. *Cons.* *p.* 1020.

Sanctus Rex gratum in Deum animum ostensurus, quod se Majorum suorum Solio restituisset, voto edito promisit, Romam se peregrinaturum; jamque itineris sumtus & dona SS. Apostolis offerenda præparaverat. At Angliæ Proceres, turbarum præteritarum memores, & veriti, ne Rege absente novæ cierentur, præsertim cum esset improlis, vehementer rogabant, ut hoc propositum dimitteret; ipsos enim pro Regis voto Missas preces & eleemosynas offerendo Deo satisfacturos. Rege in sua sententia perseverante, tandem utrinque convenit, ut ab utraque parte Legati quatuor, nempe Eldredus Episcopus Vigornienſis, postea Archiepiscopus Cantuarienſis, & Hermannus Episcopus Schireburgenſis cum duobus Abbatibus Romam mitterentur, qui Votum Regis & Optimatum repugnantiam exponerent, pollicitusque est Rex, id se acturum, quod Pontifex decrevisset. *Charta I. Eduardi.* *tom* 9. *Conc.* *p.* 1189.

Cathedram S. Petri illa tempestate tenebat Leo IX. atque Episcopi Angliæ

Sæculum XI. A.C. 1062. Romam pervenientes Papam habuerunt, Synodum cum ducentis quinquaginta Episcopis celebrantem. Ergo in pleno Concilio causam sui itineris aperiunt. Pontifex explorata Patrum sententia, Epistolam ad Regem Eduardum dedit in hunc sensum: *Cum nos Fides doceat, Deum omnibus, in quocunque demum loco sincero corde invocantibus se, proximum esse, & Anglia te absente de salute periclitatura credatur, nos auctoritate Dei & Concilii absolvimus te a peccato, quod occasione voti tui te commisisse times, tum pro pœnitentia injungimus, ut pecunias ad iter Romam suscipiendum præparatas in pauperes distribuas, & Monasterium in honorem S. Petri fundes, sive mavis novum ædificare, sive vetus collapsum restaurare. Jamque nunc omnes donationes & privilegia, quæcunque huic concesseris monasterio, confirmamus, & nulli alteri potestati sæculari quam Regiæ subjectum esse volumus.*

Westmonasterium. Rex Eduardus, ut exequeretur, quæ in hac Bulla præcipiebantur, & quæ Vulfinus Recluſus eremita sibi speciatim a S. Petro revelata esse dicebat, vetus Monasterium S. Petri prope civitatem Londinensem, a principio conversionis Anglorum fundatum, illa ætate pæne destructum,

Sæculum XI. A.C.1062.

ſtructum, reparare ſtatuit, quod dicebatur Weſtmonaſterium ex ſitu loci, nimirum ad Occidentem poſitum. Ad hoc opus perficiendum Rex decimas omnium rerum, quas poſſidebat, nempe auri, argenti, pecorum, & prædiorum conſtituit & ſeparavit, tumque dirutis antiquis muris novam Eccleſiam erexit.

Inter hæc Leone IX. Papa fatis functo Rex Eduardus ad Nicolaum II. Papam miſit Aldredum Archiepiſcopum Eboracenſem, duosque Epiſcopos electos, a Papa ordinandos, cum Epiſtola, qua Rex petebat, ut Papa fundationem dicti Monaſterii ratam haberet, & ipſe viciſſim in annuos cenſus, qui ex Anglia Romam mitti ſolebant, conſentiebat, morem confirmabat, & quæ pro elapſo temporis ſpatio competebant, unacum muneribus Regiis tradi jubebat. Nicolaus autem Papa, re in Concilio, in quo Legati Regis auditi, propoſita, Abſolutionem ab Anteceſſore ſuo Regi datam, & fundationem Monaſterii confirmavit, ab omni Epiſcopali Jurisdictione exemptum pronunciavit, illudque Regis Tutelæ, ſicut omnes ceteras in Anglia Eccleſias commendavit. Itaque ex hac profectione redux Aldredus Archiepi-

Sæculum XI. A.C. 1062. ſcopus Papæ Legatos in Angliam adduxit.

§. LVII.

Eccleſiæ in Septentrione.

Adam. l. III. c. 18. p. 43. Illa tempeſtate Haroldus Rex Norwegiæ ſæva tyrannide illas gentes øpprimebat. Complures Eccleſias deſtruxit, multos Chriſtianos diris ſuppliciis excruciatos necavit. Quin etiam maleficiis infamis habebatur, quibus abolendis & extirpandis, cum Sanctus Frater ejus Olaus Rex maximo fervore inſudaret, in eo conatu vitam amiſerat. At Haroldus miraculis, quæ ad Fratris tumulum fiebant, nullatenus motus, a Fidelibus oblata rapiebat & ſuis militibus dabat. Quare Adalbertus Archiepiſcopus Bremenſis tantis malis commotus Nunciis ad Haroldum miſſis, datisque literis, crudelitatem exprobravit, monuitque ſevere, Deo oblata in luxum Laicorum non eſſe convertenda, nec expedire, ut advocaret Epiſcopos ex Anglia & Francia, contempta ſua Jurisdictione, cujus, utpote Sacræ Sedis Legati, eſſet Epiſcopos in illis partibus ordinare.

Sup. l. LIX. §. 15.

Haroldus his objurgationibus offenſus Legatos Adalberti probroſe dimiſit; dicebat enim, ſe in Norwegia Archiepiſco-

Sæculum XI. A.C. 1061.

episcopum, aut virum potentem præterse neminem noviſſe. Cum deinde Adalbertus Archiepiſcopus ob hanc cauſam ad Alexandrum II. Papam querelas detuliſſet, ſcripſit is ad Regem Haroldum in hæc verba: *Cum ea, quæ ad Fidem Chriſtianam & Diſciplinam Canonicam pertinent, necdum ſatis edoctus ſis, noſtrum eſſet, quibus totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt, frequentiſſimis epiſtolis varia monere; quia vero maxima locorum diſtantia id facere prohibemur, ſcias velim, nos id negotii Adalberto Archiepiſcopo Bremenſi Legato noſtro injunxiſſe. Is autem per literas ad nos datas queſtus eſt, quod Epiſcopi Provinciæ veſtræ vel non conſecrentur, vel data pecunia in Anglia aut in Francia ordinentur. Hinc admonemus te & Epiſcopos tuos, ut Archiepiſcopum Adalbertum audiatis & ſic obſequamini, ac ſi vobis mandata ab ipſa Sacra Sede redderentur.* Adalbertus Archiepiſcopus *Suecin* quoque ſeu Suenonem, Regem Daniæ, ſibi offenſum habebat, quem acerrime increpaverat, quod feminam ſanguine propinquam illicitis nuptiis ſibi junxiſſet, quin etiam excommunicationis fulmen ei comminatus fuerat. Tandem Rex etiam Papæ epiſtolis perterrefactus affinem dimiſit; attamen plures alias uxores atque etiam concubinas

Alex. ep. 2. tom. 9. Conc. p. 116.

Adam. c. 13.

c. 20.

Sæculum XI. A.C. 1062.

accepit. Elapso exinde aliquo temporis spatio Archiepiscopus nihil non egit, ut in gratiam rediret cum hoc Principe, quod speraret, ipsius opera a se destinata facilius effectui dari posse. Eo igitur consilio Sleswicum se contulit, ubi multis largitionibus primo populum, & postea etiam Regem datis muneribus, & adornatis conviviis, in quibus magnificentiam Regiam superare conabatur, sibi devinxit; quippe antiquo Barbarorum illorum more per dies octo se se invicem ad epulas invitarunt, quo tempore multæ causæ Ecclesiasticæ pertractatæ, actumque de pace Christianis concedenda, & Gentilibus ad Fidem convertendis. Inde Archiepiscopus lætissimus domum remeans Imperatorem permovit, ut, Rege Daniæ in Saxoniam accersito, fœdera perpetua cum eo sanxerit, unde Ecclesia Bremensis eximie florere, & Fides inter Septentrionis populos mire propagari cœpit. Hæc reconciliatio
ep. 4. Henrico III. Imperatore luce fruente processit; Ceterum ex aliqua epistola Alexandri II. Papæ ad Regem Suenonem data dispicimus, Reges Sueciæ censum annuum Sacræ Sedi persolvisse.

§. LVIII.

Sæculum XI.
A. C. 1062.

§. LVIII.

S. Gotheſcalcus Sclavorum Princeps.

Inter Sclavos quoque ultra Albim amnem poſitos Chriſtiana Religio magna capiebat incrementa; nam Gotheſcalcus, Regis Daniæ gener, Religioſiſſimus Princeps, & ſincerus Adalberti Archiepiſcopi amicus, potentia Reges æquabat. Genitus fuit ex Utone de Sclavorum Principibus uno, cujus fratres infideles, & ipſe malus Chriſtianus erat, unde eum quidam Saxo transfuga, viri crudelitatem peroſus, interfecit. Utonis filius Gotheſcalcus tunc temporis in Monaſterio Lumburgenſi literarum ſtudiis vacabat, qui comperta parentis cæde usque adeo ſuccenſuit, ut, literis & Religione Chriſtiana valere juſſis, Albique trajecto, ad Vinulos, populum infidelem, defecerit; eorumque exinde adjutus viribus, bello Chriſtianis illato, compluribusque Saxonum millibus interemptis, patri ſuo parentavit. Cum Gotheſcalcum aliquando Bernardus Saxoniæ Dux inter alios captivos in ſuam poteſtatem redegiſſet, eum ut Graſſatorum ducem carceri dedit; ſed brevi poſt intelligens, eſſe fortiſſimum virum, ſancito cum ipſo fœdere, amicum ad ſuos remiſit. Ipſe ad Canutum Regem profectus, cum eo-

c. 21. Boll. 7. Jun. to. 20. p. 4. ex Adamo. Adam. l. 2. c. 48.

Sæculum XI. A C. 1062.

dem in Angliam trajecit, ubi diu moratus est, atque inter hæc cum ad sinum Ecclesiæ rediisset, Canutus Rex ipsi filiam suam nuptui dedit.

Tum Gotheſcalcus ex Anglia redux irascebatur Sclavis, qui ipsum bonis paternis spoliatum ad exteram gentem fugere compulerant; itaque bello eos lacessebat, quocunque deveniſſet, Infidelium terror. At recepto patrimonio exinde Deo militare, & gentem suam ad Religionem Christi, olim susceptam, iterumque ex memoria deletam, reducere statuit. Sæpe Hamburgum votorum a se editorum causa veniebat, & magno fidei propagandæ ardore incensus omnes Paganos ad ejus confeſſionem compellere cupiebat, namque jam tertiam partem illorum, qui sub Mistivoji, avi sui, regimine ad cultum Idolorum redierant, converterat. Itaque Gotheſcalco regnante omnes Sclavorum populi, qui provinciæ Hamburgensi accensebantur, numero septem, quos inter Obotritæ numerabantur, Christiana Sacra colebant. Regiones Ecclesiis, & Ecclesiæ Sacerdotibus, libere munere suo fungentibus, repletæ erant; quin Princeps Gotheſcalcus Dignitatis Regiæ oblitus sæpe in Ecclesia Prædicatoris officium occupans, idiomate Sclavonico fidelibus clarius

Helm. l. 1. *c.* 20.

expo-

exponebat, quod Episcopi Presbyterive dicebant. Sæculum XI. A.C.1062.

Innumera hominum multitudo quotidie fidem amplectebatur, in omnibus civitatibus claustra Canonicorum, Monachorum, & Virginum construebantur, jamque Monasteria tria Megalopoli, quæ Regionis Obotritarum Caput erat, existebant. Adalbertus Archiepiscopus vero, tanto Religionis incremento delectatus, Principi Episcopos & Presbyteros misit, qui Neophytos in Fide confirmarent. In Castro veteri* Monachum Eizonem, Megalopoli Joannem Scotum, Ratzeburgi Aristonem, a Jerosolyma advenam, Episcopos, & in aliis locis alios ordinavit. Ipso invitante Gotheschalcus Hamburgum venit, ubi eum Archiepiscopus vehementer exhortatus est, ut usque in finem pro JEsu Christo laboraret, pollicitus, victoriam ejus castra ubique secuturam, quin etsi ipsi contingeret pro causa optima etiam adversa pati, nihilominus Beatum futurum. Eodem fervore Adalbertus Regem Daniæ, sæpe ad se ad Eidoram amnem invisentem, monitis suis in cultu Religionis roborabat, quem Rex auscultabat magno studio & profectu, nisi quod vitia gulæ & immodicæ Veneris non emendaverit. Denique tunc Sclavi omnes converti potuissent,

*Altenburg.

c. 25.

Sæculum XI. A.C. 1062.

tuissent, nisi Saxonicorum Præfectorum, qui limites provinciarum custodiebant, quibusque major exigendorum vectigalium quam Religionis cura erat, avaritia obstitisset.

c. 26. Adalbertus Archiepiscopus prædicationem veræ fidei in Septentrione nunquam non solicite curavit, etiam postquam negotiis sæcularibus, quibus plus justo vacabat, obrutus non nihil eorum, quæ officii sui erant, relaxavit, vir omnibus accedentibus ad se jucundus, comis, & munificus; quare, ingenti populorum frequentia Bremam confluente, parva illa urbs Roma Septentrionalis videri poterat. Quippe Legati adveniebant ex Islandia, Grœnlandia, Orcadibus, prædicatores Verbi Divini expetentes, quibus ipse viros idoneos mittebat.

Danorum Episcopo fatis functo Sueno Rex ejus Diœcesin in quatuor partes divisit, quibus singulis Archipræsul Episcopum dedit. In Sueciam quoque, Norwegiam aliasque adjacentes Insulas viros misit, qui in Vinea Domini laborarent.

FINIS TOMI XIV.

INDEX

INDEX
RERUM ET NOMINUM
TOMI XIV.

Abbas. Ob incontinentiam & violatam censuram in Concilio depositus. pag. 380. Electio Abbatis ad solos Monachos pertinet. p. 651.
Abbo Floriacensis. Ejus obitus. p. 40.
S. *Adalbertus.* Ejus Corpus an Gnesna fuerit ablatum. p. 314.
Adalbertus Bremensis. p. 758. & seqq.
Adelmannus. Ejus epistola ad Berengarium. p. 409.
Ademarus. De Manichæis sui temporis scripsit. p. 156.
Africa. Califæ Fatimitæ. p. 76. Mœz Lidinilla Ægypto potitur. ibid. Califa Haquem Biamrillla. p. 77. Interficitur. p. 84. Ecclesiæ Africanæ status. p. 581.
Agnes Imp. Henrici IV. Mater. Loco Filii quinquennis Imperio præest. p. 648. Filius Henricus Rex avellitur ab ea. p. 719.

Aldre-

Aldredus Eboracenſis. p. 711.
Alexander II. Papa. p. 714. Epiſtola ad Haroldum Regem. p. 759.
Alexandria. Patriarcha Melchita Arſenius. p. 77. Patriarchæ Jacobitæ Cosmus, Macarius, Theophanes Apoſtata, Menas, Ephrem. p. 80. Philotheus. p. 83. Zacharias. ibid. Leonibus objectus. ibid.
Alexius Patriarcha Conſtantinopolitanus. Ejus Conſtitutio Synodalis. pag. 235. Diſpenſat in impedimento propinquitatis. p. 241. Epiſtola ad Metropolitas. p. 300.
Alfanus Salernitanus, p. 678. & ſeq.
Altaha. Godehardus Abbas. pag. 184. Poſtea Epiſcopus Hildesheimenſis. p. 185.
Angelrannus Abbas Centulæ. p. 180.
Anglia. Ethelredus Rex. p. 88. Concilium Ænhamenſe. ibid. Canutus Rex. p. 226. Ethelredum ac Edmundum Angliæ Reges devicerat. p. 228. Eduardus Rex Ethelredi Regis Filius. p. 753. Canutus Magnus Danus. p. 754. Haroldus & Canutus II. ejus Filii. ibid.
S. *Anno Colonienſis.* Henricum IV. a Matre ſeparat. p. 719.
Antiochia. Petrus Patriarcha. pag. 575. Epiſtola ad Leonem IX. & Communio cum Eccleſia Romana. p. 576. Theodorus Patriarcha. p. 658.

Apo-

Apoſtoli. Quinam dicendi. p. 257.
Aquileja. Joannes Patriarcha intereſt Dedicationi Bambergenſi. p. 93. Popo Patriarcha. p. 303.
Aquileja Nova ſeu Gradum. Metropolis Venetorum & Iſtriæ. p. 446.
Archiepiſcopus. An ipſi competat conſecrare Eccleſias in alterius Diœceſi. p. 4. & ſeqq.
S. *Arduinus* Presbyter Ariminenſis. p. 72.
Arduinus Regulus in Italia. p. 38.
Arefaſtus Manichæorum inimicus. p. 141. & ſeqq.
Aribertus Mediolanenſis. Cæſari rebellis. p. 303.
Aſcelinus Beccenſis. Ejus Epiſtola ad Berengarium. p. 405.
Athenæ. Leo Epiſcopus. p. 611.
Attrebatum. Gerardus Epiſcopus hæreticos in Synodo damnat. p. 199.
S. *Aufridus* Epiſcopus Ultrajectenſis. p. 64.
Auguſta Vindelicorum. Bruno Epiſcopus. p. 19. Gebhardo ſuccedit Henricus. p. 353. Jubente Agnete Imp. negotia Imperii adminiſtrat. p. 719.
S. *Auguſtinus.* Ejus brachium ex Italia in Angliam defertur. p. 229.

Bamberga. Epiſcopatus fundatur. p. 60. Eberhardus Epiſcopus. p. 64. Dedicatio Eccleſiæ. p. 93. Eccleſiæ Romanæ donatur. p. 120.

Baptis-

Baptiſmus. Errores circa Baptiſmum. p. 195. & ſeq. Neceſſitas Baptiſmi probatur. p. 196. Græci Latinos rebaptizant. p. 596.

S. *Bardo* Archiepiſcopus Moguntinus. p. 284.

S. *Bartholomæus* Tuſculanus. p. 357.

Baſilius Imp. obit. p. 193. Conſtantinus ejus Frater ſolus Imperator. ib. Obit. p. 240.

Bavaria. Dux Henricus Ottonis III. Imp. propinquus. p. 7. Imperator. p. 19.

Benedictini. In Hungaria. p. 24.

Benedictus Antipapa. p. 669.

Benedictus V. Papa. Ejus oſſa Hamburgo Romam transferuntur. p. 3.

Benedictus VIII. Papa. p. 96. In Germania coram Imperatore. ibid. Coronat Henricum Sanctum. p. 100. Bellum cum Græcis. p. 112. Profectio ſecunda in Germaniam. p. 119. Obit. p. 190.

Benedictus IX. Papa. Duodennis. p. 289. Sanctorum Catalogo adſcribit S. Simeonem Trevirenſem. p. 294. Imperatorem accedit. p. 305. In Votis Solemnibus diſpenſat. p. 316. Cedit. p. 336. Denuo Sedem Romanam invadit, & relinquit. p. 357. & ſeq.

Berengarius. Quis fuerit p. 391. & ſeq. Ejus hæreſis. p. 392. & ſeqq. Epiſtola ad Lanfrancum. p. 393. Excommunicatur. p. 396. Epiſtola ad Aſelinum. p. 402.

p.402. Turona abjurat hæresim.p.637. In Concilio Romano simulate retractat p. 685.
S. *Bernuardus* Hildesheimensis. Romæ. p. 4. Obit. p. 184.
Brema & Hamburgum. Unvan Episcopus. p. 230. Succedit Libentius II. p. 234. Adalbertus Episcopus Reges Haroldum & Suenonem corripit. p. 758. & seq. Veræ Fidei propagator. p. 764.
S, *Bruno* Martyr in Russia. p. 69.
Bruno Tullensis. p. 224. Papa dictus Leo IX. p. 362.
Bulgaria. Leo Acridanus Metropolita. p. 577. Ej. epistola ad Joann. Tranensem. ib. Leoni sufficitur Theodulus. p. 656.
Burchardus Wormatiensis. Ejus Collectio Canonum. p. 136.
Burgundia. Rudolphus Rex. p. 226.
Cadalous seu Honorius II. Antipapa. p. 715. Deponitur. p. 728.
Cæremoniæ Legales. A sanguine & suffocatis abstinendum. p. 596.
Camaldulenses. Eorum origo. p. 219.
Campanæ. Dicuntur baptizari. p. 251. Adhibetur S. Oleum & Chrisma. ibid.
Canones. Vel a Conciliis, vel a Pontificibus promulgantur. p. 428.
Canonici Regulares. Eorum origo. p. 211.
Canonizatio Sanctorum. Qualis. p. 221.
Cantuaria. S. Elfegius Archiepiscopus. p. 85. Ejus vita. p. 86. Ethelgarus, Si-

ricius, & Alfricus ante Elfegium Episcopi. ibid. Alfrici Opera. p. 87. S. Elfegii Martyrium. p. 89. Succedit Livingus, & huic S. Elnothus. p. 229. Stigandus Archiepiscopus. p. 670. Sacris interdicitur. p. 751.

Canutus Rex Angliæ & Daniæ. Romæ. p. 228.

Cardinales. Quot, & quale eorum officium. p. 653. & seq. Primi de eligendo Pontifice deliberent. p. 681.

Casimirus Rex Poloniæ. Monachus Cluniacensis fuit. p. 315.

Cassinense Monasterium. Atenulphus Abbas naufragio periit. p. 128. Joannes II. ante Atenulphum Abbas. p. 130. Atenulpho succedit Theobaldus. ib. Henricus Sanctus Imp. hoc Monasterium accedit. ibid. An ibi sint Reliquiæ S. Benedicti. p. 131. Conradus II. Imp. ibi excipitur. p. 306. Theobaldo Abbati succedit Richerius. p. 307. Et huic Petrus. p. 651. Fridericus Abbas. ibid. Cardinalis creatur. p. 652. Et Papa, dictus Stephanus X. ib. Desiderius Abbas, postea etiam Papa. p. 653. Legatus Constantinopolim mittitur. p. 655.

S. *Catharina Martyr.* Ejus Reliquiæ & cultus in Francia. p. 275.

Catholicus. Quid nominis in Oriente. p. 613.

Clemens II. Papa. p. 347. Henricum III. coronat. ib. Obit. p. 354. *Cle-*

Clerici. Eorum concubinatus frequentissimus. p. 88. Eorum Liberi ad Ordines non admittantur. p. 255. Diaconus cum Dispensatione uxorem ducit. p. 316. Episcopi & Clerici in Normannia uxores habent. p. 417. In Ecclesia Græca Sæculo VII. exeunte uxores retinent. p. 508. Græci Episcopi Clericos non gratis ordinarunt. p. 661.

Cluniacum. S. Odilo Abbas a S. Henrico Imp. invisitur. p. 105. Mediator inter Regem & populum. p. 158. S. Odiloni succedit Hugo. p. 370.

Colocia Episcopatus in Hungaria. p. 25.

Colonia. Heribertus Archiepiscopus in Concilio Romano. p. 14. Origo tituli Archicancellarii per Italiam. p. 15. Heribertus interest Conventui Moguntino, & subscribit Fundationi Bambergensi. p. 61. & seqq. Eum S. Henricus antea illi infensus, accedit. p. 124. & seqq. Heriberto succedit Pilegrimus. p. 127. In Concilio Francofordiensi. p. 227. Pilegrimo succedit Hermannus. p. 295. Et huic S. Anno. p. 719.

Communio. Ter in anno peragenda. p. 89. In Paschate. p. 402.

Compostella. Archiepiscopus ob usurpatum titulum Apostolici excommunicatur. p. 387.

Concilia. Eorum auctoritas. p. 205. Necessitas vel Utilitas. p. 543. & seq.

Concilium Ænhamenſe. p. 88.
Concilium Anſanum. p. 203.
Concilium Attrebatenſe. p. 193.
Concilium Aurelianenſe. p. 150.
Concilium Bituricenſe. p. 254.
Concilium Coyacenſe. p. 422.
Concilium Francofordienſe. p. 62. Aliud. p. 227.
Concilium Helenenſe. p. 277.
Concilium Jaccetanum. p. 710.
Concilium Legionenſe. p. 84.
Concilium Lemovicenſe II. p. 256.
Concilium Moguntinum. p. 389.
Concilium Narbonenſe. p. 631.
Concilium Pariſienſe. p. 411.
Concilium Pictavienſe. p. 42.
Concilium Ravennatenſe. p. 103.
Concilium Remenſe. p. 377.
Concilium Romanum. In cauſa S. Bernuardi. p. 7. Aliud ſub Silveſtro II. p. 12. Aliud in cauſa Abbatis Peruſini. p. 34. Aliud ſub Clemente II. p. 350. Aliud ſub Leone IX. de Simoniacis. p. 363. Aliud contra Berengarium. pag. 395. Aliud. p. 680.
Concilium Selingeſtadienſe. p. 133.
Concilium Sutrinum. p. 346.
Concilium Ticinenſe. De incontinentia Clericorum. p. 121. & ſeqq. Aliud. p. 345.
Concilium Toloſanum. p. 643.

Con-

Concilium Vercellense. Contra Berengarium & Joannem Scotum. p. 400.
Confessio peccatorum. Frequens p. 89.
Confirmationis Sacramentum. Ejus collatio solis Episcopis reservatur. p. 104.
Conradus II. Imp. p. 189. Coronatur a Joanne XIX. p. 226. Romæ ejectum Pontificem restituit. p. 288. In Italia. p. 302. Obit. p. 307.
Constantinopolis. Romanæ Ecclesiæ unita. p. 71. Papæ subjecta. p. 190. Episcopus Constantinopolitanus petit titulum Episcopi Oecumenici. ib. Patriarchæ Sergio succedit Eustathius, & huic Alexius. p. 192. & seqq. Alexio succedit Michael Cerularius. p. 330. Evnuchi ordinantur Episcopi. p. 579. Aliquando fæmina in hac Sede dicitur sedisse. ib. Variæ ibidem consuetudines absurdæ. p. 592. & seqq. Constantinus Lichudes Patriarcha. p. 666.
Constantinus Ducas Imp. p. 703.
Constantinus Monomachus Imp. p. 329. Romanis favet. p. 602. Obit. p. 629.
Continentia Clericorum. Quomodo explicandus textus S. Pauli: *Propter Fornicationem &c.* p. 122.
Corbejense Monasterium. Reformatur. p. 106.
S. *Cunegundis.* Virgo & Conjux. p. 20. Ejus secessus & obitus. p. 201. & seq.
Damasus II. Papa. p. 359.

Dania. Rex Canutus. p. 226. Romæ. ib. Suenoni succeſſerat. p. 228. Sueno Rex ab Adalberto Archiepiſcopo ob illicitas nuptias increpatur. p. 759.

Dedicatio Eccleſiæ. Sine Miſſa peragitur. p. 116.

Defuncti. Eorum commemoratio inſtituitur. p. 367. Non torquentur Die Dominica. p. 748.

Deſiderius Abbas Caſſinenſis. Cardinalis creatur. p. 676.

Ditmarus Merſeburgenſis. Ejus vita & Scripta. p. 117. & ſeq.

S. *Dominicus* Loricatus. p. 734.

Eccleſia. Quomodo Barbari ei nocuerint. p. 451. & ſeq. Redituum nulla diviſio. p. 485. Vera per ſucceſſionem Epiſcoporum probatur. p. 541. Papa in Signum Communionis Eccleſiaſticæ Sæculo XI. in Dyptichis Alexandriæ, Antiochiæ, Jeroſolymæ. p. 618. Conſuetudines Eccleſiæ Occidentalis. p. 619. & ſeqq.

S. *Eduardus* Rex Angliæ. p. 653.

S. *Emmerami* Monaſterium Ratisbonæ. An ibi Reliquiæ S. Dionyſii Areopagitæ. p. 442.

S. *Emericus* Stephani Hungariæ Filius. Ejus vita & mors. p. 309. & ſeq.

Epiſcopus. Germaniæ Epiſcopi vocantur in Italiam ad præſtanda obſequia militaria. p. 12. Electio Epiſcoporum locum habe-

habebat, quamvis nominarentur ab Imperatore. p. 15. Rotomagensis Episcopus uxorem duxit. p. 51. Electio Episcoporum libera. p. 56. Episcopi militant. p. 64. & seq. Eorum translatio frequens. p. 86. & seq. Modus Electionis Episcoporum in Germania sub Henrico Sancto. p. 93. Militantem Imperatorem sequuntur in Italiam. p. 128. & seq. In Oriente Episcopatus conferuntur ab Imperatoribus. p. 242. Episcopi concionantur. p. 286. In Oriente deponuntur ab Imperatoribus. p. 302. An ad prædicandum mitti debeant Episcopi. p. 562.

Evchariſtia. An tantum dignis præbenda. p. 68. Alia verba quam nunc in administratione adhibita. ib. Christi præsentia. p. 169. & 197. Eadem ibi est caro, quæ passa est in Cruce. p. 200. Ordinato Presbytero datur Evchariſtia per quadraginta dies consumenda. p. 245. Probatio per Evchariſtiam. p. 389. Hæresis Berengarii eam impugnat. p. 393. Præsentia realis probatur. p. 394. Negatur. p. 403. Probatur clarissime. p. 407. & seqq. Consuetudines Constantinopolitanæ afferuntur. p. 592. & seqq. in azymis conficitur. ib. Consuetudines Jerosolymitanæ indicantur. p. 594. & seq. Sepelitur & comburitur. p. 595. Qam luride eam tractent Græci. p. 600.

& seq. Argumenta pro consecranda Evchariſtia in pane fermentato. p.614. Realis præſentia aſſeritur.p.638. Quomodo frangatur. &c. p. 686.

Eutychius Alexandrinus Hiſtoriæ Arabicæ Auctor. p. 478.

Excommunicatio. Solemniter ab Epiſcopis lata. p. 261. Excommunicatio totius Regionis.p.266. Ejus modus in veteri Eccleſia. p.519.& ſeqq. effectus.ib.

Fecamenſe Monaſterium in Normannia. p. 49.

Ferri candentis probatio. p. 754.

Fulbertus Carnotenſis. p. 159. Ejus obitus. p. 244. Script. ibid. & ſeqq.

Gauslinus Bituricenſis.p.157. Filius Naturalis. ibid.

Gerardus Attrebatenſis. Ejus Synodus & Sermones excellentes. p. 193. & ſeqq.

Gerardus Cameracenſis. Ejus monita. p. 281.

S. *Gerardus* Epiſcopus in Hungaria.p.331. Ejus Oratio ad Regem Abam.ib. Vita. p.332. & ſeq. Martyrium. p.354.

Gifella S. Henrici Soror, & Stephani S. Uxor. p. 26. Coronatur. ibid.

Glaber Scriptor & Monachus Cluniacenſis. p. 48. Ejus argumenta contra Manichæos. p. 156. & ſeq.

Godehardus Abbas Altachenſis, & poſtea Epiſcopus Hildesheimenſis. p. 184. & ſeq.

Gothe-

Gotheſcalcus Sclavorum Princeps. Fidei propagator. p. 761. & ſeqq.
Gradum, ſeu Aquileja. Dominicus Patriarcha. p. 611.
Gregorius VI. Papa. p. 336. Abdicat ſe dignitate. p. 343. Tres Papæ. p. 345.
Gregorius Turonenſis. Criſis contra eum. p. 453. & ſeq.
Guido Aretinus. Inventor *Ut, Re, Mi, &c.* p. 221. Ejus epiſtola. p. 222.
Guido Mediolanenſis Archiepiſcopus. Ejus cauſa. p. 688. Legatio Pontificia. p. 689.
Guido Pompoſitanus Abbas. Primus ſe flagellaſſe legitur. p. 745.
Guido Præfectus Italiæ. p. 715.
Guilielmus Aquitaniæ Dux. Concilium Pictavienſe convocat. p. 42. Ejus pietas & obitus. p. 165. & ſeqq.
Guilielmus Divionenſis Abbas. Obit. p. 252.
S. *Guntherus* Anachoreta. p. 311.
Halinardus Lugdunenſis. p. 347. Imperatori fidem non jurat. p. 348. & ſeq. Obit. p. 440.
Hamburgum. Lievezo Archiepiſcopus. p. 11. Unvan. p. 98. Libentio II. ſuccedit Hermannus. p. 287. Bezelinus Alebrandus, & Adalbertus. p. 317. & ſeqq. Adalbertus Henricum Imp. in Italiam ſequitur. p. 347. Patriarchatum ambit. p. 390.

Hamza Sectarius. p. 79.
Henricus II. Imp. Dux Bavariæ. p. 7. Imperator. p. 19. Lancea Sacra ei pro Sceptro datur. p. 20. Rex Italiæ. p. 38. Imperator coronatur. p. 100. Interrogatur, an Papæ fidelis esse velit. p. 101. Pomum aureum a Papa accipit. ibid. Confirmat Donationes Ecclesiæ Romanæ factas reservato supremæ potestatis jure. p. 120. In Italia Victor. p. 127. In Conjugio Virgo. p. 188. Obit. ibid.
Henricus III. Imp. Conradi II. Filius. Rex. p. 302. Imperator. p. 308. Petrum in Hungariam restituit. p. 334. In Italia. p. 345. Concilium convocat. p. 346. Clementem II. eligi curat. ibid. A quo coronatur. p. 347. Obit. p. 648.
Henricus IV. Imp. Succedit Patri. p. 648.
Henricus Roberti Regis Franciæ Filius. Coronatur. p. 243. & seq. Rex Franciæ. p. 254.
Heribertus Colonienſis. Cum Imperatore reconciliatur. p. 124.
Heriveus Præfectus Ærarii S. Martini. p. 44.
Herluinus Beccensis Abbas. p. 415.
Hermannus Contractus. Ejus Chronicum. p. 591.
Hildebrandus. Ad Henricum Imp. mittitur. p. 634. In Germania Victorem II. eligi curat. ibid. Legatus in Francia. p. 635. In Concilio Turonensi. p. 637.

Hispa-

Hiſpania. Alphonſo V. ſuccedit Filius Veremundus III. p. 85. Et huic Ferdinandus I. Rex Caſtiliæ primus. p. 422. Ramirus Rex Sanctii Magni Filius in Concilio Jaccetano. p. 710.

Honorius II. Antipapa. p. 715. Deponitur. p. 728.

Horæ Canonicæ. An liceat in Adventu & Quadrageſima *Te Deum Laudamus* cantare. p. 43.

Hugo Lingonenſis. Ejus Epiſtola contra Berengarium. p. 394. In Concilio Remenſi depoſitus. p. 395.

Humbertus Legatus Pontificius. Ejus Reſponſum contra Cerularium. p. 591. & ſeqq. Contra Nicetam Pectoratum. p. 597. & ſeqq.

Hungaria. Stephanus Sanctus Geiſæ Filius. p. 21. Natio convertitur. ib. Et quidem a Benedictinis. p. 24. Regibus Crux præferenda conceditur. p. 26. Patrocinio B. V. Mariæ ſe committit. p. 27. S. Stephano ſuccedit Petrus. p. 330. Huic fugere coacto Aba. ib. Et denuo Petrus. p. 334. Petro ſuccedit Andreas. p. 357.

Jejunium. Sine Collatione ſeu refectione ſecunda. p. 601.

Jeroſolyma. Templum S. Sepulchri deſtructum. p. 73. Jeremias Patriarcha Melchita. p. 77. Peregrinatio Jeroſolymitana valde numeroſa. p. 324.

Indul-

Indulgentiæ. Earum ſpecies pro defunctis. p. 199. Frequentius quam in præcedentibus Sæculis conceduntur. p. 740.
Inveſtitura. Papa Epiſcopo Hildesheimenſi Baculum tradit præſente Imperatore. p. 8.
S. *Joannes* Baptiſta. Ejus caput an in Gallia. p. 166.
Joannes Papa XVII. Siccus. p. 37.
Joannes Papa XVIII. Faſanus. p. 38. Obit. p. 71.
Joannes Papa XIX. p. 190. Laicus, & Anteceſſoris Germanus. ib. Pellitur. p. 288 Ab Imperatore reſtituitur. ib. Obit. p. 289. Ej. epiſtola ad S. Odilonem. p. 322.
Iſaacus Comnenus Imp. p. 657. Imperio ſe abdicat. p. 703. Obit. p. 704.
Judæi. Ab eis ſeparentur Fideles. p. 423.
S. *Lanfrancus* Beccenſis Monachus. p. 392. Ejus vita. p. 413.
Leo Papa IX. Antea Epiſcopus Tullenſis. p. 360. In Francia. p. 371. Berengarii hæreſim damnat. p. 391. In Germania. p. 440. A Normannis captus. p. 446. Ejus epiſtola ad Petrum Antiochenum. p. 575. Ad Michaelem Cerularium. p. 577. Epiſtolæ ad Epiſcopos Africæ. p. 581. Legatio Conſtantinopolitana. p. 582. Aliæ epiſtolæ. p. 583. & ſqq. obit. p. 589.
Leodium. Notgerus, Baldericus, S. Wolbodo, & Durandus Epiſcopi. p. 114. ſeq.
Leutardus Fanaticus. p. 52.

Leutherius Senonenſis. Ejus error de S. Evchariſtia. p. 67.
S. *Libentius* Bremenſis & Hamburgenſis Archiepiſcopus. Obit. p. 96.
Liberius Papa. Fuit hæreticus & ſeditioſus. p. 433.
Literarum occaſus. p. 453. & ſeqq.
Lotharingia. Godefridus Dux Lotharingiæ & Thuſciæ potentiſſimus. p. 672.
Magdeburgum. Giſelerio ſuccedit Tagmundus. p. 54. Tagmundo Waltherus, & huic Gero. p. 93. & ſeq. Geronis obitus. p. 186. Ei ſuccedit Hunfridus. ib.
Mahometani. Abbaſideni Bagdati Fatimitæ in Ægypto. p. 76.
Manichæi. In Francia. p. 141. Stephanus & Liſogus. ib. Eorum doctrina. p. 142. & ſeqq. Combuſti. p. 154.
S. *Maria.* Ejus Annuntationis Feſtum quando celebrandum. p. 43. & ſeq. Ejus Nativitatis Feſtum inſtituitur. p. 248. Ejus cultus. p. 747.
S. *Martialis.* An Apoſtolus dicendus. p. 254. & 256. ac ſeqq.
Martyres. Criſis contra eorum Acta. p. 456
Matrimonium. Diſpenſatur a Patriarcha Conſtantinopolitano in impedimento propinquitatis. p. 241. Matrimonium inter duos Fratres, & duas Sorores reprobatur. p. 620. & 625.
Maugerus Rotomagenſis. p. 399.
Mediolanum. Aribertus Archiepiſcopus. p. 123.

p. 123. Conradum Imp. excipit. p. 302. Ei succedit Guido. p. 688. Mediolanensis Ecclesiæ exordia. p. 691.
S. *Meinvercus* Paderbornensis. p. 105.
Merseburgum. Wigbertus Episcopus. p. 58.
Michael Imp. p. 299. in Habitu Monastico obit. p. 326.
Michael Calæphatus Imp. p. 327. Pellitur. p. 328.
Michael Cerularius. Ejus epistola ad Joannem Tranensem. p. 577. Excommunicatur. p. 603. Ejus Decretum contra Legatos Pontificios. p. 608. Epistola ad Petrum Antiochenum. p. 615. Altera ad eundem. p. 628. Pellitur. p. 662. Obit. 663.
Michael Stratioticus Imp. p. 657.
Miracula. Non amplius petenda. p. 46. A malis patrata. p. 632.
Misnensis Episcopatus. S. Æidius. p. 115.
Missa. Symbolum seu *Credo* quando Romæ in Missa dici cæptum. p. 102. Prohibitum in die plures quam tres Missas celebrare. p. 134.
Moguntia. Archambaldus Archiepiscopus. p. 116. Aribo. p. 133. Ariboni succedit Bardo. p. 284. Et huic Liupoldus. p. 443. Jurgium de Diacono. ibid.
Monachi. Jussu Imperatoris carceri dantur. p. 106. Non eximantur a Jurisdictione Ordinarii quoad Ordinationes. p. 204.

p. 204. Majori cura apud Monachos Officium Altaris celebratur. p. 263. Possunt ex Monasterio Laxiore ad magis Regulare transire. p. 264. Neminem magis quam Abbates decet esse subjectos Episcopis. ib. Apud Monachos in Paschate & Pentecoste collatus fuit Baptismus solemnis. p. 267. In Hispania omnes sequantur Regulam S. Benedicti. p. 423. Monachis femoralia non sunt prohibita. p. 597.

Monasteria. Exemptio. p. 50. Eorum Status in Græcia. p. 237. & seqq. In aliis Regionibus. p. 548. In iis solis Literarum Studia conservabantur, & Subsidium fuerunt, ne periret Religio. ibid. & seqq. In temporalibus Patriæ utilia. p. 565.

Mundus. Semper fuit. p. 142.

Musica. Ut, re, mi &c. invenitur. p. 221.

Neapolis. Regni initia. p. 702. Robertus Guiscardus Princeps Apuliæ & Calabriæ. ibid.

Nicetas Pectoratus. Ejus Scriptum contra Latinos. p. 597. & seqq. Retractat. p. 602.

Nicolaus II. Papa. p. 671. Concilium Romanum celebrat. p. 680. Obit. p. 713.

S. *Nilus.* Obit. p. 29.

Normannia. Richardus I. Dux. p. 48. Richardus II. p. 50. Normanni in Italia. p. 112. Richardo II. succedit Robertus II. p. 275. Guilielmus Dux. p. 399. Normannis Apulia & Campania in Feudum conceditur. p. 702. *Nor-*

Norwegia. Olaus Rex Christianus. p. 231. Haroldus. p. 758.

S. *Odilo.* Archiepiscopatum Lugdunensem acceptare recusat. p. 321. Obit. p. 367.

Officium Divinum. Primis Sæculis in Lingua vulgari fuit peractum, non autem postea. p. 566.

Olaus Rex Norwegiæ. Martyr. p. 233.

Ordinatio. Simoniaca an valida. p. 431. & seqq. Ordinationis valor non dependet a probitate Ministri ordinantis. p. 432.

Ordines. Ad Ordines nulli illegitimi admittantur. p. 255.

Otto III. Imp. Tertio in Italia. p. 1. Obit. p. 16.

Papa. Solet nominari Apostolicus. p. 26. An sit supra Canones. p. 48. & 205. Inscio Episcopo Diœcesano neminem ab Excommunicatione absolvat. p. 271. Paucas Urbes & Fidelium Oblationes aliquando possedit. p. 343. Ab Imperatore in Germania designatur. p. 359. Nemo alius Ecclesiæ Universalis Caput. p. 380. Nulla ejus potestas in temporalibus, sicut Imperatoris in Spiritualibus. p. 488. Germani Sæculo XI. advocandi fuere. p. 504. An possit deponere Reges. p. 528. An habeat potestatem in temporalia. p. 530. A Constantino M. potestatem & Dignitatem Imperatoriam accepisse dicitur. p. 578. & seq.

seq. Nullus passus est se dici Universalem. p. 585. In Electione Papæ partes aliquæ sunt Imperatoris. p. 672. Papæ Electio ad Cardinales devoluta. p. 681. Eligatur de Gremio Ecclesiæ Romanæ salvo Jure personali Imperatoris. ib. Ecclesiæ Romanæ prærogativam impugnare hæresis est. p. 691. Ei Apulia & Campania vinculo feudali subjicitur. p. 702. A quibus Papa eligendus. p. 715.

Paschа. An Christus in azymo consecravit. p. 593 & seq.

Patriarchæ. Quinam appellentur. p. 613.

Pax publica. In Conciliis sancita. p. 276. & seqq. Hanc non Episcopi sed Reges conservent. p. 283.

Peregrinationes piæ. Quid de iis sentiendum. p. 471. & seqq.

Petrus Antiochenus. p. 575. Ejus epistola ad Dominicum Gradensem. p. 611.

S. *Petrus Damiani.* Vitam S. Romualdi scripsit. p. 212. Ejus epistola ad Gregorium VI. p. 337. Vita. p. 338. & seqq. Epistola ad Clementem II. p. 352. Scriptum contra Clericos impudicos. p. 426. Liber Gratissimus. p. 430. Episcopus Ostiensis & Cardinalis creatur. p. 653. Epistola ad septem Cardinales. ib. Epistola de Benedicto Antipapa. p. 672. Legatio Mediolanensis. p. 689. Oratio ad Populum Mediolanensem. p. 690. Episcopatu se abdicat. p. 699. Epistola de

Cœlibatu Presbyterorum. p. 700. Dialogus de consensu Imperatoris in Electione Papæ. p. 723. & seqq. Scripta alia. p. 728. & seqq.

Philippus I. Henrici Regis Filius. Rex Franciæ coronatur. p. 704.

Pluvia Sanguinea. p. 157.

Pœnitentia. A proprio Sacerdote, non Romæ recipienda. p. 135. Pœnitentiarum exempla. p. 138. Tempore Excommunicationis Generalis conceditur solum in articulo mortis. p. 266. Canones pœnitentiales apocryphi. p. 427. & seqq. Pœnitentia labefactatur. p. 472. Non per alium peragatur. p. 516. Pœnitentia injuncta Episcopo, quod latrunculis luserit. p. 732. Pœnitentiæ tempus quomodo explicetur. p. 740. Flagellorum ictus sunt opus Pœnitentiæ. p. 744. De his quid sentiendum. ibid. Nullum habetur exemplum, quod seipsum quis flagellaverit ante XI. Sæculum. p. 745.

Polonia. Boleslaus Dux. p. 118. Ecclesiæ Protector. p. 119. Miecislai Filius. ibid. Miecislao succedit Casimirus Monachus. p. 313.

Popo Stabulensis Abbas. p. 295.

Poppo Trevirensis. Ejus epistola ad Benedictum IX. p. 209. & seqq.

Ravenna. Gerberto succedit Leo, & huic Fridericus antea Legatus in Germania. p. 12. Arnulphus Henrici S. Frater. p. 103. Adalbertus usurpator. ibid. Humfridus. p. 350. Papa eum suspendit ab Officio Sacerdotali. p. 401. Absolvitur & obit. p. 424. Henricus Archiepiscopus. p. 431.

Reliquiæ. Igne probatæ. p. 128. Earum usus. p. 320. Reliquiæ SS. Petri & Pauli Romæ alte defossæ. p. 466. Reliquiarum & Imaginum cultus in Oriente. p. 626.

Remi. Eblesius Episcopus succedit Arnulpho. p. 163. Guidoni succedit Gervasius. p. 707.

S. Remigius. Ejus Translatio prima Octobris. p. 389.

Richardus Virdunenſis Abbas. p. 174. Inducias ſacras promovet. p. 320. Obit. p. 326.
S. Robertus Caſæ Dei Fundator. p. 435.
Robertus Rex Franciæ. Ejus Religio. p. 66. Epiſtola de Evchariſtia ad Leutherium Senonenſem. p. 67. Manichæos comburi jubet. p. 154. Ejus pietas. p. 167. & 250. Jurgia cum Filiis. p. 251. Obit. p. 253.
Robertus Rotomagenſis. Ejus vita licentioſa. p. 51.
Roma. Rebellio ibidem. p. 9. Diœceſis non extenditur extra Civitatem. p. 364.
Romanus Argyrus Imp. Orientis. p. 241. Veneno tollitur. p. 298.
S. *Romualdus* Imperatori ſuadet, ut Monachum induat. p. 2. Mortem prædicit. ib. Continuatio ejus vitæ. p. 206. & ſeqq. Monaſteria. p. 215. Obitus. p. 219.
Rotomagus. Maugerus deponitur in Concilio præſente Papæ Legato. p. 638. Mauritius Succeſſor. ib.
Rudolphus Normannus. In Italia. p. 112.
Ruſſia. In Civitate Kiovenſi quadringentæ Eccleſiæ. p. 119.

Salisburgum. Hartungus Archiepiſcopus in Concilio Francofordienſi. p. 64. S. Hartwicus Epiſcopus obit. p. 187.
SS. *Savinianus* & *Potentianus*. Eorum inventio. p. 169.
Scholæ ſeu Studia Litterarum. p. 545. & ſeqq.
Sclavi. Seditioſi. p. 98. Chriſtiani. p. 761. & ſeqq.
Sergius IV. Papa. p. 71. Obit. p. 96.
Severus Aſmoninus Jacobita. p. 81. Ejus Opera. ib. & ſeq.
Silveſter Papa. Concilium Romæ celebrat. p. 7. Coronam Regiam Duci Hungariæ mittit. p. 26. Obit. p. 36. Sermo ad Epiſcopos. p. 37.
Silveſter III. Antipapa. p. 335.
S. *Simeon* Trevirenſis. p. 271. Ejus extrema. p. 290. & ſeqq.
Simonia. In Eccleſia. p. 37. S. Romualdus eam corripiebat. p. 211. Romæ in ipſa Papæ electione.

ne. p.289. Mediolani multum grassata fuit. p.689. Simoniæ species. p. 730. & 733.
Stephanus & *Lisoyus* Manichæi. p. 141.
Stephanus X. Papa. p. 652. Legatio Constantinopolitana. p. 655. Obit. p. 667.
Stephanus Rex Hungariæ. Baptizatur. p.21. Rex. p. 23. Coronam Regiam a Summo Pontifice petit, & accipit. p. 25. & seq. Obit. p. 310.
Strigonium Archiepiscopatus. p. 25. Sebastianus Archiepiscopus. ibid.
Suecia. Olaus Rex Christianus. p. 231. Edmundus & Arnundus ejus Filii. p. 232. Reges annuum censum S. Sedi tribuunt. p. 760.
Suidgerus, postea Clemens II. Papa. p. 288.
Theodora Imp. p. 631. Obit. p. 656.
Theodoricus Abbas S. Ebrulfi. p. 640.
Theoduinus Leodiensis. Ejus epistola ad Regem Franciæ. p. 408.
Treviri. Luitulfus Archiepiscopus in Concilio Moguntino. p.61. Poppo. 116. Huic successit Eberhardus. p. 353.
Vaza Martyr. p. 81.
Victor II. Papa. p. 633. Fuit Episcopus Eichstettensis. p. 634. Concilium Florentiæ celebrat. p. 636. Hildebrandum mittit in Franciam. ibid. Concilium Tolosanum celebrari jubet. p. 643. Obit. p. 649.
Vigilius Papa. Sceleſtus dicitur. p. 432.
Vilgardus Fanaticus. p. 53.
Westmonasterium. Restauratur. p. 756. & seq.
Willegisus Moguntinus. Causa Hildesheimensis. p. 7. & seqq.
Wippo Scriptor Vitæ Conradi II. p. 304.
S. *Wulstanus* Episcopus Vigornensis. p. 749.
Zoe Imp. p. 298. Relegatur. p. 327. Denuo Imperatrix. p. 328. Obit. p. 630.

ERRA-

ERRATA.

Pag.		*sic Corrige*
31.	miſi mortis	niſi mortis.
55.	tandem	tantum.
83.	hanc locum	hunc locum.
92.	commodavit	commendavit.
95.	GeroniTheodoricum NB. Eſt error ipſius Fleurii poſt impreſſionem primum obſervatus	eumque Theodorico.
99.	crudeliſſimi	crudeliſſime.
101.	ſupereminente	ſupereminente.
114.	§. XLIII.	§. XLIV.
119.	Eccleſias --- fundatas	Eccleſiis --- fundatis.
138.	de deſperationem	in deſperationem.
141.	vulgo dictæ	vulgo dictæ Præfectus.
167.	Peregrinanes	Peregrinantes.
201.	adhita	adhibita.
230.	defectis	devectis.
258.	Limovici	Lemovici.
268.	conſulit	conſuluit.
289.	Sed qui a	Sed qui ad.
303.	Corinthiæ	Carinthiæ.
308.	recepit ſe Uxor	recepit ſe. Uxor.
309.	pervenit	pervenerit.
ibid.	Pate,r	Pater.
310.	dicima	decima.
316.	& quam tam Reipublicæ ſalutiferum, quam Religioni	& quam Reipublicæ ſalutiferum, ac Religioni.
320.	notabat	notabit.
335.	oppoſita	appoſita.
ibid.	egendum	legendum.

ERRA-

ERRATA.

Pag.	*sic*	*Corrige*
336.	illus	illius.
361.	urbi	urbe.
365.	data, & data, & ad	data, & ad.
372.	Papæ, civitatem	Papæ civitatem.
404.	in conſecrationem	in conſecratione.
412.	& obſiderent	& obſideret.
415.	Herluinis	Herluinus.
455.	Dogmata Religionis	Dogmata, Religionis.
458.	dicantur	dicatur.
465.	ingnorantiæ	ignorantiæ.
473.	Sanctorm	Sanctorum.
486.	eſſent, literati utiliora	eſſent literati, utiliora.
496.	propoſitione	proportione.
537.	Rector u. S.	Rector U. S.
549.	complurimum	complurium.
559.	referunt	refert.
563.	Ludoci	Ludovici.
579.	congnoſcunt	cognoſcunt.
ibid.	Joanne Papiſſa	Joanna Papiſſa.
599.	Cangrenſis	Gangrenſis.
604.	obruentur	obruerentur.
641.	inquit	inquiunt.
654.	& nomen	& more.
699.	fugit, quod, niſi	fugit, niſi.
708.	vacantem	vacante.
713.	ſuggeret	ſuggereret.
714.	cum Roberto Guiſchardo Apuliæ Principe Romam venerant	& Robertus Guiſchardus Apuliæ Princeps Romam venerant.
719.	Cadalao	Cadaloo.
743.	eidem, Eccleſiæ	eidem Eccleſiæ.
746.	Caſſinenſis.	Caſſinenſes.

Reliquos errores corriget Lectoris benevolentia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AVERTISSEMENT.

Bey Verlegern dieß sind auch zu haben, von eben diesem Auctore, nemlich

Claudii Fleury, die Sitten der Israeliten, und diejenigen der Christen. Aus dem Französischen ins Deutsche übersetzt, mit einem vollständigen Register versehen, und in zween Theile abgefasset. 8. 1761.

Item

Ejusdem Auctoris Institutiones Juris Ecclesiastici. 8. 1753.

Ferner

Die wahre Andacht des Christen, untersucht, und von dem weltberühmten Ludwig Anton Muratori unter dem Namen Lamindi Pritanii Italiänisch beschrieben, nun aber ins reine Deutsche übersetzet, und nach der neuesten Wiener Ausgabe, zum Nutzen eines jeden wahren Christens sowohl, als besonders zur Richtschnur eifriger Seelsorger, in Druck gegeben, mit Gutheissen der Obern. 8. 1761.

Ferner ist zu haben

R. P. Jacobi Besombes Theologia Moralis Christiana, ex Scriptura Sacra, Traditione, Conciliis, Patribus, & insignioribus Theologis excerpta: In qua positis & statutis Principiis Generalibus deducuntur Consectaria, quibus Casus Conscientiæ sigillatim explicantur. 4. 1761.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

I. LEL
HISTORIA
CLESIASTICA
TOM. XIV.

Th 14
5178

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN